Petrarcha

33258

Opera
varia

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.

Sala Est. Tab. Núm.

1ª
33258

1ª
33258

Librorum Francisci Petrarche Impressorum Annotatio.

De ignorantia suiipsius ⁊ multoꝝ. Liber.I.
De ocio religiosoꝝ. Liber.I.
Itinerarium.
Propositum factum corā rege vngarie.
De vita solitaria. Libri.II.
De Remedijs utriusq; fortune. Libri.II.
Libri quem secretum siue de conflictu curarum suarum inscripsit: Colloquium trium dieruꝝ.
De uera sapientia. Dialogi.II.
De rebus memorandis. Libri.IIII.
Contra medicum obiurgantē: Inuectiuaꝝ Libri.IIII.
Epistolaruꝝ de rebus familiaribus. Libri.VIII.
Ad quosdam ex illustribus antiquis quasi sui ꝓtēporanei forent. Epłe.V.
Epistolarum sine titulo. Liber.I.
Ad Karolum quartum Romanorum regem. Epła.I.
Septem psalmi penitētiales.
Inuectiua contra Gallum.
Epitoma Illustrium virorum ad Franciscum de Carraria.
Eiusdem Epitomatis: post obitum Francisci Petrarche: Lombardi de Serico Supplementum.
Beneuenuti de Rōbaldis Libellus qui Augustalis dicitur.

Por Comission delos Señores Inquisidores se ha corregido q
libro segun el Exemp.r de 1612. Luis gonçalez.

Rafael Mey. de Carayuca

Q 16559861

¶ Epistola Frãcisci Petrarche Poete Laureati: Ad Donatum Apeninigenam: grãmaticum cum pzesentatione operis.

b Abes en amice iam tandem expectatũ pzo missũq; libzũ paruũ de materia igẽti mea scilicet ac multorũ ignorãtia. quam si ingenij in incude studij malleo extendere licuisset: crede mihi in cameli sarcinam excreuisset. Nam que latioz loquẽdi area? quis campus ingẽtioz? q̃ humane tractatus ignorantie: ⁊ pzesertim mee? Ita vo hunc leges: ut me ante focum hibernis noctibus fabulantem audire soles: ⁊ qua impetus fert uagantem. Liber quidem dicitur. colloquium est. Nil de libzo habet pzeter nomen. non molem: non ordinem: non stilum: non deniq; grauitatez. ut qui cursim in itinere appzopante conscriptus sit. Sed ideo libzum appellare mos fuit: ut paruo te mune re magno sed nomine pzomererer: ⁊ fisus licet nostra tibi omnia placere: tamen ita te fallere cogitaui. Est ⁊ inter amicos hic fallendi usus: pauxillum pomorum uel exiguum obsonium missuri: ua se argenteo inclusum: candido linteo obuoluimus nec plus nempe quod mittitur: nec melius: sed accipienti gratius: honestius fit mittenti. Sic ⁊ ego rem paruam: pulchzo uelamine honestaui: Cũq; epistolam possem dicere: libzum dixi. qui tibi non idcirco vilioz fuerit: q̃ lituris ⁊ additionibus plurimis intertextus: ⁊ pleno vndiq; margine circũfertus est. Et si enim oculis demptum aliquid sit decoris: animo tamẽ tantundem gratie additũ videri debet: q̃ hinc uel maxime te mihi familiarissimum intelligis: cui sic scribam: ut additiones ac lituras ceu totidem signa familiaritatis ac dilectionis aspicias. Nec pzeterea dubitare possis meum esse: qui ⁊ manu mea tibi olim notissima scriptus: ⁊ quasi de industria tot cicatricibus deformatus ad te ueniat. Memorans tale aliquid de Nerone scripsisse Suetonium Tranquillum. Uenere inquit in manus meas pugillares: libelliq; cum quibusdam notissimis vsibus ipsius cirographo scriptis: ut facile appareret non translatos aut dictante aliquo exceptos: sed plane quasi a cogitãte atq; generante exaratos. Ita multa ⁊ deleta ⁊ iducta ⁊ superscripta inerant. Et hec quidem ille. Nil tibi nunc aliud suz scripturus. Uiue mei memor ⁊ uale. Patauii. Idibus Januarijs: mei doloris in lectulo. Hora noctis. xj[a].

¶ Frãcisci Petrarche poete laureati: de suiipsius ⁊ multoꝝ ignorãtia Liber icipit Ad Donatũ Apeninigenã grãmaticũ.

n Unq; ne igit quiescemus? Sẽper conflictabitur hic calamus? Nulle nobis erunt ferie? quotidie amicorum laudibus: quotidie emulorum ingenijs respondendum erit? Nec inuidiaz aut latebze excluserint: aut temp⁹ extinxerit? Nec quietem mihi omniuz ferme pzo quib⁹ humanũ laborat atq; extuat genus: rerum fuga peperit? nec uacationẽ deniq; iam deuexa: ac defessa etas attulerit? O uenenuz pertinax. que me pzidẽ reipu. excusasset: nondũ excusat inuidie. cũq; illa cui multũ debeo me absoluat: hec cui nil debeo me molestat. Olim fateoz stili tempus erat amicioris: ⁊ naturam meam semper ⁊ etatem iam tranquillioz decebat oratio. Da te ueniam amici. ⁊ tu lectoz: quisquis es parce oro. Tuq; ãi alios Donate optie cui hec loquoz ignoscito. Loqui opoztet. nõ q; id melius: sed q; cõtrarium difficile. Et si enim ratio silentium suadeat: digna nisi falloz indignatio ⁊ iustus doloz uerba extoquent. Auidissimus pacis in bellum cogoz. Rursus ecce inuiti trudimur. Rursus ad censorium agimur tribunal. Mirum: nescio an inuide amicitie an amice dixerim inuidie. Quid non potes liuoz imprObe? si amicos etiam flammare animos potes? Multa experto: hoc mali genus inexperto hactenus: nũc primum mihi mea sors obicit omnium grauissimum pessimumq;. Nam cum hostibus: congressus sepe prosperi: dulcis ut quibusdam placet ita est dulcis: profecto victoria. cũ amicis decertanti ⁊ vincere ⁊ vinci miserum. Mihi vo neq; cuz amicis modo: neq; cũ hostibus: sed cum inuidia belluz est. Non nouus hostis: licet insolitum pugne genus. Pharetrata fere quidem in acie descendit. sagittis aggreditur: e longinquo ferit. Nec boni habet: ceca est ⁊ ut facile declinetur sic, puisa sit: ⁊ sine delectu iaciẽs sepe suos vulneret. ¶ Hoc mihi nũc mõstrũ salua amicitia transfigẽdũ anceps sane negociũ. e duob⁹ inuicẽ se cõplexis illeso altero: alterũ cõfodere. Tenes puto memoria: ut apud Alexãdriã Cesar inopino marte circũfluus: Ptholomeũ regẽ secũ in oẽs belli casus trahit: ne sine illo pereat. que res sibi non exigua eua dẽdi ut credit causa fuit. q̃ illũ scilicet mactare: simulq; hũc seruare difficile cẽsuisset: qui illũ oderãt hũc amabant. Nec id puto excidit: ut die illo quo persarũ regnũ Mortanis viri prudẽtis igenio: ⁊ septẽ virorũ fortiũ virtute seruili tyrãnide liberatuz est. Sophyrus vn⁹ ex piuratis fusco in loco tyrãnorũ alterũ amplexus: socios ut uel per suuz corpus illũ feriãt hortat: ne pcendo sibi: ille forsan euaderet. Et mihi nũc igit scã clamat amicitia: ut ul' per suum latus stili acie: impiũ feriã liuorẽ: quem ipsa nõ egs amplexibus sinu fouet. Durũ inter res taz iũctas: tãtis in tenebzis discernẽ. Nitar tamẽ ut sicut nũc Sophyro icolumi hostis occubuit. sic pfutato nũc ⁊ perempta acri inuidia: dulcis amicitia salua sit. que si uera est: ad qõ necessaria uera ẽ virtus: ubi non aliter fieri possit: extincta inuidia ledi maulit: q̃ illa supstite supzaq; se regnãte nõ ledi. ¶ Sz iã tãdẽ ipam rẽ aggrediar: mox ut loq cepero: ⁊ ni falloz anteq; ceperim notã tibi nõ aliter q̃ mihi eoq; fortasse notiorez: quo amici fame q̃ pzo pzie studioso est amic⁹. Et facili⁹ quidẽ ⁊ honesti us irascimur: si quid in amicos dictum fuerit: q̃ si in nos. Itaq; multi sua spzeuẽ putia: atq; hic laudati sunt. Amici nemo trãquillus iniurias uel spectare potuit uel audire. Neq; enim par animi magnitudo est alienis ac pprijs offensionib⁹ non moueri. Quõ aũt ignotũ tibi eẽ potest: quod ut mihi notũ esset tu fecisti. de quo me spernẽte ac ridente doluisti? Nota igitur tibi loquar: non ut amplius innotescant: sed ut scias quo aduersus inuidiaz siz animo: ⁊ eodem esse incipias: nec grauius alienuz vulnus q̃ pzoprium ingemiscas. Deniq; ut agnoscas quibus contra illam armis utoz: qualiter lon-

go usu atq; acri studio: ⁊ aduersus oblatrantium murmur obsurdui: ⁊ aduersus liuidos dentes obduruí: ⁊ presentis quidem textus historie hic est.

Eniunt ad me de more: amici illi quatuor: v quorum nominibus nec tu eges: gnarus omniū. nec in amicos q̄uis vnum aliquid non amice agētes: nominatiz dici lex inuiolabilis sinit amicitie. Ueniūt autez bini ⁊ bini: ut illos seu morum paritas: seu casus aliquis conglutinat. nō nunq̄z vo simul omnes. Et ueniunt mira suauitate: letis frōtibus dulcibusq̄z colloquijs: nec siz dubius pijs intentionibus. nisi q̄ nescio quib⁹ rimulis in illas meliori hospite dignas animas: infelix liuor obrepsit. Incredibile negociū: uerum licet: at q̄z utinam non tam uerum. quē non saluum modo sed felicem cupiunt: quem non solum amant: uerū etiam colunt: visitant: uenerantur. Cui non tantuz mites sed obsequiosi ac liberales esse omni studio nituñ. O natura humana ⁊ patentibus ⁊ abditis plena langoribus: eidē illi inuidēt. Quid? Nescio fateor: ⁊ inquirens stupeo. Nō opes certe. quib⁹ me tantū singuli superant: quanto delphinus Balena britānica maior: ut ait ille: quaſ preterea ⁊ maiores optāt mihi ⁊ mediocres. easq̄z non proprias sed cōmunicabiles. non superbas sed humillimas sine iactantia sine fastu nec ulla prorsus inuidia dignas norunt. Non amicos: quorū mihi partez maximaz moꝛs abstulit: quosq̄z ut reliqua omnia: pariri libens cum amicis soleo. Non formam corporis: que siqua vnq̄z fuit: cuncta vincentibus annis euanuit. ⁊ q̄uis huic etati satis adhuc deo largiē te ac seruāte habilis. At certe inuidiosa iam prīdē esse desijt. Et si qualis vnq̄z fuit adhuc esset: an uel hodie possem uel tunc poterā oblíuiſci. Uel poeticum illud quod puerulus hauseram. forma bonuz fragile est. uel illō Salomonis in eo libro quo parvulū docet. Fallax gratia ⁊ uana est pulchritudo. Quomodo igitur inuiderent mihi quod non hēo quod dum habui ipse contempseriz: quodq̄z si redderetur: nunc uel maxime cognita ⁊ experta eius instabilitate contemnerem? Non deniq̄z scientiaz aut eloquentiam: quarum primam penitus nullaz mihi esse confirmant. Altera siqua esset apud illos hoc moderno philosophico more contemnitur: ⁊ quasi litteratis viris indigna respuitur? Sic iā sola philosophantis infantia ⁊ perplexa balbuties: initens supercilio atq̄z oscitans ut Licero uocat sapientia in honore est. Nec redit ad memoriam Plato eloquentissimus hominū. nec ut fileam ceteros dulcis ac suauis sed ab hijs scaber fact⁹ Aristoteles. Sic a suo desistunt seu deerrant duce: ut eloquentiam quam ille philosophie ornamentum ingens rat⁹: ei studuit adiungere: Isocratis ut perhibent oratoris gloria permotus. Hanc isti impedimentum probrumq̄z existiment. Ultimo non virtutē ipaz opportunā haud dubie: inuidiosissimāq̄z rerum omnium: sed ut illis ut puto vilē: eo q̄ nec tumida nec elata est. Hāc mihi ergo uere optarē. siz profecto concorditer ac libēter tribuūt. Et cui parua negauerint: muneris instar exigui quod est maximum largiuntur. virum bonum: immo optimuz dicunt. qui o utinam non malus: utinamq̄z nō pessimus in iudicio dei sim. Eundem tamen illlitteratum prorsus ⁊ idiotam ferunt. Cuius aliquando contrarium iudicio litteratorum hominum diffinitum est: q̄z ueraciter non laboro. Neq̄z eniz magni facio quod mihi eripitur. modo quod conceditur ueruz esset. Cupidissime cuz hijs fratrib⁹ meis nostre parentis ac gratie celestis hereditatē sic partirer. ut ipsi qdez litterati omnes: ego autem bonus essem. litterarum vo uel nihil uel non nisi q̄tum quotidianis dei laudibus oportunum est: nouissem. Sed heu uereor: ne ⁊ humile me frustretur uotum ⁊ superba illos opinio. Ipsi autem mitem bonis moribus: ⁊ multa me asserunt amicitiarum fide. in quo quidem ultimo nisi ego fallor: non falluntur. Ceterum ea est causa cur me in amicis habeant. nō ingenium ullum: non industria: non doctrina: non studium honestarum artium: aut spes ueri ex me vnq̄z audiendi discendiq̄z. Ita plane eo reditum quod de Ambrosio suo narrat Augustinus. Amare inquit eum cepi non tanq̄z doctorem ueri: sed tanq̄z hominem benignuz in me. Seu qō de Epicuro sentit Licero. cuius cum multis in locis: mores atq̄z animum probet: ubiq̄z damnat ingenium: ac doctrinā respuit. Quibus ad hunc modum sese habentibus: quid mihi inuideant dubitari potest: Cum inuidere aliquid non sit dubium. Neq̄z eniz hī dissimulant: nec interi⁹ pulsas stimulis linguas frenant. quod in hominibus alioquin non incōpositis nec insulsis: quid nisi euidens passionis indomite signuz est? Q; si inuident ut faciūt nec qō iuideāt est: aliud utiq̄z latēs vir⁹ per se ipsū pādiť. vnū eniz hoc inane inuidēt quātulūcūq̄z est nomen: ⁊ hanc famam que viuenti maior fortitan q̄z pro meritis aut pro communi more obtigit: qui perraro viuos celebrat. In hoc illi obliquos defixere oculos: quo ⁊ nunc ⁊ sepe utinam caruissem. Crebrius enim damno id memini mihi fuisse: q̄z usui. Cunq̄z non paucos mihi fecerit amicos: hostes fecit inumeros. Et ita mihi accidit: ut hijs qui insigni casside viribus haud magnis in pugnā eūt quibus nil aliud Chimere fulgor prestat: nisi ut a pluribus feriantur. Nec mihi oliz pestis perq̄z familiaris viridioribus annis fuit. nunq̄z vo molestior: q̄z que nunc exarsit. q̄ ⁊ ego delicatior ineundis bellis iuuenilibus ac talibus subeundis oneribus. ⁊ illa vnde nec uereor nec uerebar: ⁊ quando uel meis moribus victa uel euo iam consumpta esse debuerat: inopina renascit. ¶ Sed progredior Cogitant se magnos. ⁊ sunt plane omnes diuites que nunc vna mortalibus magnitudo est. Sentiūt etsi in hoc multi sese fallant: nullum sibi nomē partum: nullum si rite presagiunt speratuz. Has inter curas anxij tabescunt. ⁊ quāta vis mali est. Rabidi uelut canes: in amicos quoq̄z linguas exerunt dentes acuunt: vulnerantq̄z quos diligunt. Quenam hec cecitas? Quis nā furor? Nonne enim sic etiam pentheum furens mater lacerat: ⁊ hercules paruos natos? Amant isti me ⁊ mea omnia: preter vnum: nomen: quod mutare non renuo: ut Thersites dicar aut Cherilus. uel siquid aliud malunt: si uel sic obtineam nequa sit penitus tā honesti amoris exceptio. ¶ Eo vo acrius urūtur: ⁊ ceco estuant incendio: q̄ ⁊ ipsi studiosi omnes ⁊ lucubratores magni sunt: Ita tamen ut primus litteras nullas sciat. nota tibi loquor omnia. secūdus paucas. tertius non multas. quartus vo non paucas fateor: sed perplexas adeo tamq̄z incompositas ⁊ ut ait Licero: tanta leuitate ⁊ iactatiōe: ut fortasse me

Aug⁹.

Licero

Pla-
to.
Aris.

lius fuerit nullas nosce. Sunt enim littere multis instrumẽta demẽtie: Cunctis fere superbie: nisi ꝙ raro in aliquam bonã ⁊ bene institutã aiam iciderũt. Multa ille igitur de beluis deꝙ auibus ac piscibus. quot leo pilos in uertice: quot plumas accipiter in cauda: quot polipus spiris naufragum ligat. Ut aduersi coeũt elephãtes biẽniumqꝫ uterꝫ tumẽt ut docile viuarꝙ animal: ⁊ humano proximum ingenio: ⁊ ad secundi tertijꝙ finem seculi viuendo perueniens: ut phenix aromatico igne ꝓsumitur ustusꝙ renascitur. ut Echinus quouis impetu actam proram frenat: cum fluctibus erutus nil possit. ut uenator speculo Tygres ludit: Arimaphꝰ griphen ferro impetit: Cete nautam tergo fallunt. ut informis urse partus. mule rarus. vipere vnicꝰ. Iscꝙ ifelix. ut ceci talpe. surde apes. ut postremo superiorẽ mãdibulam oium solus aiantium crocodrilus mouet. Que quidẽ uel magna ex parte falsa sunt: quod in multis horum similibus ubi in nostrum orbem delata sunt patuit: uel certe ipsis auctoribus icomperta. sed propter absentiaꝫ uel credita promptius uel ficta licẽtius. Que deniqꝫ q̃is uera essẽt: nihil penitꝰ ad beatã vitaꝫ. Nã quid oro naturas beluarum ⁊ uolucrum ⁊ piscium ⁊ serpẽtum nosce profuerit: ⁊ naturam hoium ad quid nati sumus: vnde ⁊ quo pergimus uel nescire uel spernere. ¶ Nec ⁊ alia huiusmodi aduersus hos scribas: nõ mosayca uticꝙ nec christiana: sed aristotelica ut sibi videtur in lege doctissimos: cum sepe liberius agerem q̃ soliti sint audire: idqꝫ fortassis incautius ut qui inter amicos loquens nihil inde periculi prouiderem. Mirari illi primũ: post irasci ⁊ quoniã ꝓtra suam heresim ac paternas leges dici ista sentirent: collegerunt ⁊ isti consilium: ut me quem profecto diligũt: sed ut famam meaꝫ quam oderunt ignorãtie crimine ꝺdemnarẽt. Uocassent utinam ⁊ alios. Fuisset fortsitan in cõsilio dicende sentẽtie ꝓtradictum. Ipsi vo ut concors eẽt ⁊ vnanimis sentẽtia: soli q̃tuoꝝ cõuenere. Ibi de absente atꝙ indefenso multa ⁊ uaria: non ꝙ uarie aiati essent: cum vnum omnes sentirẽt vnumqꝫ dicturi essent. Contra se tamẽ suumqꝫ iudiciũ: peritoruꝫ more iudicũ arguẽtes: ut uelut contradictionum angustijs eliquata ⁊ expressa ueritate colorati diffinirẽt. ¶ Dixerũt primo famã publicã pro me stare: sed parum fidei merita respõderunt. nec mẽtiti sunt: eo ꝙ vulgus rarissime ueruꝫ cernat. Dixerũt deinde maximorũ atꝙ doctissimorũ hominũ amicitias: quibus ornatã ꝙ in dño glorier vitã egi: eorũ sentẽtie obstare. quin ⁊ regũ familiaritates plurimorũ noiatim Roberti siculi regis: qui me iuuenem quoqꝫ crebro ⁊ claro scientie atꝙ igenij testimonio honestasset. Respõderũt ⁊ hic plane mẽtita est iniquitas: ⁊ nõ dico iniquitas sed uanitas sibi regem ipsuꝫ lr̃atum magna etiã fama: sed nulla fuisse notitia. Reliquos q̃is doctos: Jn me tamen nõ sat pspicaci fuisse iudicio. seu amor ille: seu icuriositas fuisset. Illud sibi pterea obiecere: ꝙ romanos põtifices tres primos pro se quẽqꝫ certatim me ad sue familiaritatis isignem gradum: ne quicq̃ licet euocasse. ⁊ hunc ipsum qui nũc psidet urbanum de me bene loqui solitũ: mitissimisqꝫ me litteris visitasse. Jã isuper ⁊ Romanum hunc pncipem: neqꝫ eniꝫ alius etate hac legitimus pnceps fuit: me iter familiares caros nũerare: meqꝫ ad se multa quotidie precum vi ⁊ nuncijs repetitis atqꝫ epistolis solitum uocare: late notũ nulliqꝫ dubium est. Ex qbꝰ aliqd mihi nõnulliꝰ p̃cij argumentũ q̃ri sẽtiũt. Sed ⁊ hũc obiectũ dissoluẽtes: ⁊ põtifices uel secutos famã aberrasse cuꝫ ceteris uel moribꝰ nõ scia iductos ut id agerẽt asseruere: ⁊ pncipẽ studio gestarũ rerꝫ atqꝫ historijs motũ: quarꝫ mihi aliquã notitiã nõ negãt. Ad hec obstare sibi dixerũt eloquentiã: quã ego mediusfidius nõ agnosco. Jpsi aũt psuasorẽ satis efficacẽ phibẽt. ꝙ ⁊ si rhetori ei siue oratoris offm̃ sit apposite dicẽ ad psuadẽdũ finis psuadere dictiõe multis tñ idoctis contigisse aiũt. quodqꝫ est artis tribuũt fortune: vulgatũqꝫ illud afferũt: multũ eloquẽtie: parũ sapiẽtie. nec aduertũt diffinitionẽ Catonianã illam oratoris huic calũnie aduersãtẽ. Obstare demũ ⁊ scribẽdi stilũ quẽ nõ solũ vituperare: sed partius laudare ueriti elegãtẽ ꝓsus ⁊ rarũ: sed absqꝫ ulla sciẽtia fassi sũt Sed q̃liter hoc fieri possit: nõ itelligo nec itellige-re illoꝝ reor. Et puto si ad se redeãt: dictũqꝫ recogitẽt: tã facilis pudebit ineptie. Si enim primũ uerũ esset: quod ego rursuꝫ nec fateor nec opinor: scõm falsum esse nõ dubitẽ. Nã quo pacto oium ignaro stilus excellens sit: qui eis nihil ignorãtibꝰ nullus est? Jta ne fortuita omnia suspicãtes: locũ non linquimus rõni. ¶ Quid aũt vis seu qd reris? Expectas credo iudicũ sniaꝫ. Oibus igiẽ ad examẽ ductis: nescio quẽ deũ: qm̃ nec deus uolẽs iniqtatez: nec deus inuidie aut ignorantie ullus est: quã gemiñ ueri nubẽ dixerim añ oculos hñtes: breuem diffinitiuã hãc tulere sniam. s. me sine lr̃is virũ bonũ. O utinã ueri nihil vnq̃ pꝫeter hoc vnũ dixerit aut dicturi sint. Et o alme salutiferqꝫ iesu uere litteraruꝫ oium ⁊ ingenij deus: ac largitor uere rex gl'rie ac vtutũ oñe: te nũc flexis aie genub⁹ suppler oro ut si mihi nõ amplius vis largiri: hec saltẽ portio mea sit: ut vir bonus sim. qõ nisi te ualde amẽ: pieqꝫ colã: esse nõ possum. Ad hoc enim nõ ad lr̃as natus sum: que si sole obuenerit: iflãt dirruũtqꝫ nõ edificãt. fulgida vincula: laborioſiũqꝫ negociuꝫ: ac sonorũ põdus aie. Tu scis oñe corã quo oẽ desideriũ atqꝫ oẽ suspiriũ meuꝫ est: ꝙ ex lr̃is qñ hijs sobrie usus suꝫ: nihil amplius q̃rui: q̃ ut bonus fierem: nõ ꝙ id lr̃as: aut q̃is id polliceret Aristoteles ⁊ multiqꝫ alij oio: aliquẽ nisi te vnũ facere posse cõsiderẽ: si ꝙ per lr̃as quo tẽdebã iter: honestiꝰ ac certiꝰ sim l'qꝫ iucũdiuꝫ extimarẽ te duce nõ alio Tu sis inq̃ scrutator renũ ⁊ medullarũ ita esse ut dico. Nunq̃ tã iuuenis: nunq̃ tã glorie cupidus fui ꝙ iterdum me fuisse nõ ificior: quin maluerim bonus esse q̃ doctus. Optaui: utrũqꝫ fateor: ut infinita est ⁊ inexplebilis humana cupiditas donec in te sistat: supra quez quo se erigat nõ est. ¶ Duo opabtã. Sed qm̃ alterũ eripit seu negaꝫ gratiã iudicibus meis habeo: qui e duobus mihi optimuꝫ reliquerunt. modo ne id quoqꝫ mentiti sint: Et ut mihi preriperent quod uolebant: quod nõ erat dederũt: quo iacturam ipse solarer meaꝫ: sed inani solatio morem in me muliebris inuidie secuti. Que si queritur de vicine forma: bonam illam ⁊ bene moratam dicit: omnes deniqꝫ titulos falsos licet illi cedit: vnum ⁊ fortasse uerum ut eripiat formose nomen. ¶ At tu deus meus scientiarum domine: extra quem non est alius: quẽ ⁊ Aristoteli ⁊ philosophis quibuslibet ac poetis ⁊ quicunqꝫ multi-

plicant loqui ſublimia gloriantes:quem deniq; litteris ⁊ doctrinis ⁊ omnino rebus omnibus prefer re debeo ⁊ uolo: Tu mihi qđ illi falſum tribuũt:viri boni nomẽ tribuere uel potes ⁊ ut uelis precor. Neq; tam nomen bonum quod vnguentis ꝓciosis prefert Salomon q̃ rem ipſam poſco ut ſim bon⁹ ut te amẽ amariq; merear abſte. Nemo enim ſic ſuis amatoribus vicem reddit.ut te cogitem:tibi obſequar:in te ſperem:de te loquar. Recedãt uetera de ore meo:⁊ tibi preparentur cogitationes mee. uere enim arcus fortiũ ſuperatus eſt:⁊ infirmi accincti ſunt robore. Felicior q̃ eſt multo vnus ex puſillis iſtis qui in te credũt:q̃ Platoq̃:Ariſtoteles q̃ Varro:q̃ Licero:qui ſuis omnibus cum litteris te non norunt.⁊ admoti iunctiq; tibi qui petraes abſorti ſunt iudices eorum:⁊ litterata ignorantia patefacta eſt. ¶ Littere igitur ſint:uel hoc qui illas mihi auferunt:uel quia horum niſi fallor eſſe non poſſunt:ſint quorumcunq; potuerint. Horum autem ſit ſuarum opinio rerum ingens ⁊ Ariſtoteles nudum nomen:quod hijs quinq; ſillabis multos delectat ignaros: Inſuper ⁊ inane gaudium ⁊ elatio fundamenti inops ac ruine proxima:omniſq; quem inſcij ⁊ inflati de ſuis erroribus fructum uana ⁊ facili credulitate percipiũt. Mea vo ſit humilitas ⁊ ignorantie propie fragilitatiſq; notitia: Et nullius niſi mundi ⁊ mei ⁊ inſolentie contẽnentiuz me cõtemptus:De me diffidentia:de te ſpeſ. Poſtremo portio mea deus:⁊ quam mihi nõ iuident virtuſ illitterata. Ridebunt plane ſi hec audiant:⁊ dicent me ut aniculam quamlibet ſine litteris pie loqui. Hijs enim litterarum typo tumidis nil pietate vilius:qua ueris ſapientibus ac ſobrie litteratis nihil eſt charius:quibus ſcribitur: Pietas eſt ſapientia:meiſq; ſermonibuſ magis ac magis in ſententia firmabuntur:ut ſine litteris bonus ſim.

Quid vo nunc dicimus:Donate fidiſſime? q Te alloquor:quem magis horum liuoris aculeus:q̃ meipſum cui infligebatur pupugit.quid inq̃ amice agimuſ? An equiores iudices prouocamus? An ſilemus:⁊ ſilentio ſententiã confirmamus? Hoc ſatius:immo ut ſcias q̃ nihil obluctor ne decimus expectandus dies ſit: nunc qualiumcunq; ſententijs iudicum acquieſco: teq; ⁊ reliquos quos res tangit:qui de me contrarias ſententias tuleratis obſecro:ut ⁊ uos mecuz pariter manum detis: ⁊ uobis patientibus horuz iudicium uerum ſit. Uerum utinam in eo quod mihi tribuunt: Nam in eo quod eripiunt ultro fateor:immo profiteor uerum eſſe: Et ſi iudices idoneos plane negem:niſi forte eo iure niti uelint: q̃ iſtorum deus Ariſtoteles ait. Unuſquiſq; bene iudicat que cognoſcit ⁊ eoruz bonus eſt iudex. Melius nempe cognoſci nihil poſſe videatur: q̃ quo abũdat ipſe qui iudicat:ut ſcilicet hoc obtentu poſſint ignorantiſſimi homines de ignorantia iudicare. Non eſt autem ita. Et de ignorantia enim ⁊ de ſapientia:⁊ de re qualibet: ſapientis eſt iudicium in eo inq̃ ſapientis de quo iudicat. Neq; vo ut de muſica muſici:de grammatica grammatici:ſic de ignorantia ignorantes iudicant. ¶ Sunt quibus abundare inopia ſumma eſt:⁊ que melius a quo libet iudicentur: q̃ ab eo qui maxime hijs abundat. Deformitatem nemo minuſ intelligit q̃ deformis: cui cum illa familiaritas iam contracta eſt: ut que formoſi oculos vulneraret:hanc iſte non videat. Eadem ratio reliquorum omnium defectuũ. Nemo peius iudicat de ignorantia q̃ ignorans. Non hoc dico:ut declinem forum: ſed ut pudeat ſiquis eſt pudor iudicaſſe qui neſciunt. Ego enim de hac re non modo ſententiam amicabilis amplector inuidie:ſed hoſtilis odij:⁊ ad ſummam: quiſquis ignarum me pronũciat mecum ſentit. Nam ⁊ ego ipſe recogitans q̃ multa mihi deſint: ad id quo ſciendi auida mens ſuſpirat:ignorantiaz meã dolens ac tacitus recognoſco. Sed me interiz:dũ preſentis exilij finis adeſt:quo noſtra hec imperfectio terminetur: qua ex parte nunc ſcimus nature communis extimatione conſolor: Idq; omnib⁹ bonis ac modeſtis ingenijs euenire arbitror ut agnoſcant ſe pariter ac ſolentur.hijs etiam quib⁹ ingẽs obtigit ſcientia:ꝓz humane ſciẽtie morem loquor: que in ſe ſemper exigua pro anguſtijs quib⁹ excipitur:⁊ collata alijs igẽs fit. Alioquin q̃ tulũ queſo eſt:q̃ tũcũq; eſt:quod noſce vni ingenio datuz eſt. Immo q̃ nihil eſt ſcire hominiſ qſqs ſit:ſi nõ dicã ſciẽtie dei:ſed ſuiipſius ignorantie compareẽ. Et hãc ſui cognitionẽ ac ꝓprie iperfectionis extimationẽ:ſuiq; ipſius quam dixi cõſolationẽ:hijs maxime qui pluſ ſciũt pluſq; itelligũt ineſſe auguror. Felices errore ſuo iudices mei: qui huiuſcemodi conſolatione nõ indigẽt. felices inq̃ nõ ſciẽtia: ſed errore ⁊ ignorãtia arrogãti:qui ſibi ad angelicam ſciẽtiã nil deeſſe autumant:cũ ad humanã procul dubio deſint multa omnib⁹:⁊ multis oia. ¶ Sed ad me reuerto:⁊ heu amice:quid non mali affert vita longior? Cui vnq̃ tam firma proſperitas fuit ut non quãdoq; uariauerit:⁊ quaſi viuendo ſenuerit? Seneſcũt homines. ſeneſcũt fortune. ſeneſcũt fame hoiuz. ſeneſcũt deniq; humana omnia. quod q̃ aliquando nõ credidi:ad extremuz animi seneſcũt q̃uis imortales:uerũq; fit illud cordubẽſis. Longius euum deſtruit ingẽtes animos. Non q animi ſenium moꝛs ſequat:ſed diſceſſus a corpore reſolutioq; illa quaz cernimus ⁊ que vulgo moꝛs dicitur:⁊ eſt moꝛs corporis profecto: non animi. Senuit ecce:refrixit aius meus. Nũc experior ſe nex:quod iuuenis inexpertus ⁊ paſtoriũ canẽs dixi. Quid viuere lõgũ fert homini? Quo enim ante hos nõ multo annos hec tuliſſem animo? quib⁹ niſibus obſtitiſſem? Credo mihi bellum graue inter ignorantiã ⁊ ignorantiã fuiſſet. Nunc ſenem inuadere eo turpius quo tutius tollo manũ:⁊ mea illorũ cedit ignorãtie. Certe ego q̃ preſagiẽs quid mihi reſtaret:nunq̃ ſine cõpaſſione quadaz Laberij hiſtoriam legi:qui cum vitam omnem honeſta militia exegiſſet:ſexagenarius ad extremuz Julij ceſaris blãditijs ac precibus que de ore principũ armate prodeũt:pductuſ in ſcenã de romano equite fact⁹ eſt mimus:quã iniuriã ipſe quidẽ nõ tacit⁹ tulit:immo multis iterq; alia hijs queſtus eſt vbis. Ergo bis tricenis annis actis:ſine nota eques Romanus lare egreſſus meo:domũ reuertar mimuſq;.nimirũ hoc die vno plus vixi mihi q̃ viuẽdum fuit. Ego quidẽ:gloriari licet apõ te:lꝛatus nunq; uerere:ſed aliquando creditus:domo puer egreſſus mea:nec uel ſenex rediẽs totũ pene tps in ſtudijs triui. Raro vnq̃ ſane mihi dies preterijt: q̃n aut legerẽ: aut ſcriberem:aut de litteris cogitarez

Oia ſeneſcunt.

aut legentes audirem: aut tacitus scisciterer. neq; viros tñ: sed ⁊ urbes doctas adij: ut doctior in de melior q; reuerterer. Montempesulanum ꝑmo q; per annos pueritie ꝓpinquior eẽm illi loco mor Bononiã post Tholosam ⁊ Parisius patauiũq; ⁊ Neapolim ubi tũc florebat: scio me multorum au res pungere: ille regũ ⁊ philosophorum nostri eui maximus Robertus: non doctrine q; regni gloria inferior: quem mei iudices ut infamiam tanto cuꝫ rege communem: pene mihi arbitrer glorioſam: q; q; ⁊ cum alijs utriq; nostrum possit esse commu nis etate ⁊ fama maioribus de quo in fine dictur⁹ sum. ¶ Leterum de hoc rege: ⁊ orbis totus ⁊ ue ritas in contraria fuere sententia. Ego autem iuue nis senem illum non ut regem colui: Reges enim passim plurimi: sed ut rarum ingenij miraculũ ue rendũq; sacrarium litterarum. Ego illi ⁊ fortuna ⁊ annis tanto impar: quod adhuc multis est no tuꝫ: in illa urbe ꝓsertim familiarissime carus fui non meritis meis ullis aut meorum: neq; militari bus aut aulicis artib⁹ que mihi penitus nulle erãt sed ingenio ut aiebat ac litteris. Aut ipse igitur iu dex malus: aut ego custos pessimus: qui studendo semper ⁊ laborando dedicerim. ¶ Maximã ꝓ terea atq; optimam studijs vite partem illa in cu ria quam romanam nescio cur dicebãt: leuã Rho dani ad ripam: ubi quinquaginta uel eo amplius egit annos: atq; vñ nuper hoc ipso anno utinã irre ditura digrediens ductu ⁊ auspicijs sancti si perse uerauerit Urbani quinti: almam urbẽ ⁊ sacratissi mam Petri sedẽ utinã permãsura repetijt. Nec procul inde transalpino in Elicone meo ubi sorgia oritur rex fontium: consumpsi. quarũ in altera om nium ferme nostri orbis litteratorum hominuꝫ cõ uentus assiduus ꝓsto fuit: in altero solitudo ⁊ si lentium ⁊ quies meditantibus aptissima. Itaq; il luc studendo: ⁊ nunc scholas nũc magistros adeũ do nunc amicis que dideram aut scripseram re citando: hic uagando ⁊ cogitando ⁊ licet peccator sepe etiam orando: ac mecũ semper: raroq; nisi de studijs liberalibus conferendo: omne meum tem pus in litteris actũ est. Mille interea doctis ac ꝓ batis senibus ⁊ notitiam ⁊ in gratiam ueni: quos si pergam numerare: commemoratio quidem dul cis: sed catbalogus haud q; q; breuis euaserit. ¶ Nijs sane omnibus: uel solam uel ꝓcipuã hãc ob causam placui: q; litterati famaꝫ studioſis in ur bibuſ adolescens habui quaꝫ nunc seni in nautica ciuitate quatuor iuuenes per sententiam eripiunt. Ita ⁊ mihi ut Laberio accidit: post sexagesimũ an num meo de statu excidi. non ut ille saltem minus quod artificium vnum licet: ⁊ ingenioſum tamen querit artificem ⁊ suum inter mechanica locum te net: sed quod est ultimum ignorans. Sic res eunt huc ⁊ studia ⁊ labores nostri nostreq; vigilie per uenere: ut qui iuuenis doctus a quibusdaꝫ dici so leo: ꝓfundiore iudicio senex idiota reperior. Do lendum forsitan: sed ferendum: forsitan nec dolen duꝫ. ferendũ sane ut reliqua omnia que hominib⁹ accidunt: damnum: pauperies: labor: dolor: tediũ: mors: exilium: infamia: que si falsa est: spernenda est: nam ⁊ contradictores inueniet: ⁊ eundo defici et: Si uera autem recusanda nõ est: ut nec alia cul pis hoium inuẽta supplicia. Equidem si sciẽtie ue rum decus mihi uerbis eripitur: ridebo. at si falsũ

Rob t⁹ rex

nõ feraꝫ modo sed gaudebo: non meis sarcinis ex cussus ⁊ indebite fame laboriosa custodia libera tus. Melius cum predone agitur: dũ iniustis spo lijs exuitur: q; duꝫ impune furto utitur iniusti pos sessoris excluſor iniustus esse potest. at exclusio uti q; iusta est. ¶ Quod ad me attinet ut dixi: non iu stam modo sententiam sed iniustam probo: nec iu dicem quemlibet nec raptoreꝫ renuo. Operosa ac difficilis res est fama ⁊ precipue litterarum. Om nes in eam vigiles atq; armati sunt: etiam qui spe rare illaꝫ nequeunt habentibus nituntur eripere. habendus calamus semper in manib⁹: intento ani mo erectisq; auribus semper in acie standum erit. Quisquis quocunq; proposito me his curis atq; hoc fasce liberauerint: assertori meo gram habeo: ⁊ seu uerum seu falsum: certe laboriosuꝫ ac sollici tum litterati nomen: quietis atq; ocij auidus libẽs pono: memorans illud annei. Magno impẽdio tẽ porum magna alienarum aurium molestia: lauda tio hec constat. O hominem litteratũ: scimus hoc titulo rusticiore contenti. O virum bonum cõsilio tuo sto. Preceptor morum optime: titulo rusticio re ut tu ais: ut ego arbitror: meliore ac factiore at q; ob eam rem etiam nobiliore contentus sũ: quan do ꝓsertim mihi bunc mei iudices relinquũt. Illud tamen metuo ut dicebãs: ne hic ipse titulus fal lens sit. Nitor tamen ut sit uerus. Neq; hinc desi nam: nec lassabor usq; ad extremos alitus nouissi mumq; singultum. ⁊ si quod idem alibi dixisti ut sim bonus: opus est uelle siue hoc pficit: bene erit siue inchoat: ⁊ pars est bonitatis uelle bonum fieri ꝓ eo saltem parte titulũ uerũ spero.

Anne⁹

Edeo ad censores meos. de quibus ⁊ mul r ta dixi. ⁊ ut nil te lateat nunc etiam aliquid est dicenduꝫ. Neq; enim ut illitteratus sic ⁊ amens ac stupidus dici uelim. Litterę enim sũt aduentitia ornamẽta. Ratio aũt insita ipsiusq; ho minis pars est non ergo ut illis ita ⁊ hac nõ me pu deat caruisse. Neq; Fo hec defuit qua illorum tẽ diculas declinarem. Circumueniri eoruꝫ artibus non facile potuissem. Mea ipe puritate. ⁊ uelo ho nestissimo fidelis ut rebar amicitie obuolut⁹ sum. Fidentes fallere: perfacile est. ¶ Dixi ⁊ repeto ad uisendum me ut multi alij illius pulcherrime ma rimeq; urbis ciues soliti uenire: bini sepius ⁊ inter dum simul omnes. Ego autem letari: ⁊ quasi toti dem angelos excipere: oblitus rerum omnium ni si illorum qui totum animum occupabãt ⁊ miris se renabant modis. Ibi ꝓfestim ut inter amicos mul ta ⁊ diuersa colloqa. Mihi aũt nihil cure esse: qua liter seu quid dicerem: seu omnino aliud q; ut leta frons letioꝫ animus esset talium hospitum aduẽ tu. Ita ut interdum gaudio in silentiuꝫ cogerer. in terdum reuerentia quadam ne ꝓcursu ut fit loquẽ di auidos impedirem: ⁊ nunc nihil: nunc vulgaria loquerer. Nihil enim in amicitijs comere didici. nihil dissimulare. nihil fingere: sed in ligua atq; in fronte animuꝫ habere: neq; aliter cũ amicis q; me cum ipse loq omnia: quo ut ait Licero nihil est dul cius. Quid enim ostentare amicis eloquentiã aut scientiam opus est? qui animuꝫ qui affectus qui in genium ipsum vident: nisi forte aliquid non tẽtan di sed discendi gratia quesierint. ubi tamẽ nec ostẽ tatio ulla nec ornat⁹ exigerit sed fidelis ut reliquo rum omnium sic scientie participatio: exceptionis

Fidẽ fal lere est facile.

expers ⁊ inuidie. Itaq; sepe miror Cesarem augustum tantum principem: tantam rem exigue rei curam: inter tot maximarum rerum curas alias suscipere potuisse: ut non modo ad populus aut senatum seu ad milites: sed cum uxore etiam atq; amicis: nil nisi deliberate ⁊ crebro in scriptis loqueretur. Fecit hoc forsitan: nequid superuacuū ⁊ insulsum casu aliquo sibi excideret: quo celestis oratio reprehendi posset aut sperni. Licuerit hoc illi summo de culmine subditos scriptis uelut oraculis alloquenti. Mihi autem sermo uagus inter amicos inelaborateq; sentētie. Ualeat eloquentia: si tā iugi studio querenda est. Indiserto mali esse: q̄ sollicitus semper ac tristis. ¶ Hoc proposito: cuius sepe inter charos ac familiares uti solitus mee pſertim facultatis conscios: tum precipue nuper usus iter hos nostros: amica fiducia in hostilem calumniaꝫ inaduertens incidi. Nihil enim accurate: nihil anxie: ut quodq; in animum: utq; ad os primum uenisset: prius erumpere. Illi ex composito circūfusi: singula trutinare: quicquid dicerem sic excipere tanq̄ nec melius ad me quicq̄ nec id ipsum cōpti⁹ dici posset. Id semel idq; iterū atq; iterū cū fecissent: in sententiā quaꝫ uerā optabant facile confirmati sunt. Nil nēpe facilius: q̄ persuadere uolentibus iamq; credentib⁹ eo illi fidentius ut ignarum aliqui credo: insuper quod tunc minime suspicabar ⁊ inscitiam redire. Sic incautus unus pluriū insidijs circumuentus ignorantium gregibus ignorans misceor. ¶ Solebāt illi uel Aristotelicū problema: uel de animalibus aliquid in mediū iactare. Ego autez uel tacere uel iocari uel odiri aliud. Interdumq; subridens querere: quonam modo id scire potuisset Aristoteles: cuius ⁊ ratio nulla esset ⁊ experimentum impossibile. Stupere illi ⁊ taciti subirasci ⁊ blasphemum uelut aspicere. Cui ad fidem reruꝫ aliud q̄ viri illius auctoritas quereret: ut iam plane de philosophis ⁊ sapientie studiosis amatorib⁹: Aristotelici seu uerius pythagorici facti simꝰ: renouato illo more ridiculo: quo querere aliud non licebat: nisi an ille dixisset. Ille autez erat Pythagoras ut ait Cicero. Ego vo magnum quendam virum ac multiscium Aristotelez sed fuisse hominem: ⁊ idcirco aliqua immo ⁊ multa nescire potuisse arbitror: plus dicam si per istos liceat non tam mihi amicos q̄ sectarū. Credo hercle nec dubito illum: non in rebus tantum paruis quarum paruus ⁊ minime periculosus est error: sed in maximis ⁊ spectantibus ad salutis summaꝫ aberrasse tota ut aiunt via. Et licet multa Ethicoꝝ in principio ⁊ in fine de felicitate tractauerit: Audebo dicere clamēt ut libuerint censores mei: ueram illum felicitatē sic penitus ignorasse: ut in eiꝰ cogitatione nō dico subtilior sed felicior fuerit uel quelibet anus pia uel piscator pastor ue fidelis uel agricola. Quo magis miror quosdam nostrorum tractatum illuꝫ Aristotelicuꝫ sic miratos: quasi nephas censuerint: idq; scriptis quoq; testati sint: de felicitate aliquid post illum loqui. Cuꝫ mihi tamē audacter forsan dixerim hoc: sed ni fallor uere: ut solē noctua: sic ille felicitatē hoc est lucem eiꝰ ac radios sed non ipam vidisse videatur: nempe qui illā non suis in finibus nec solidis in rebus edificiū uelut excelsum procul in hostico tremulaq; in sede fū dauerit: illam uero non intelleexerit siue intellectaꝫ negleterit: sine quibus prorsus esse felicitas nō potest: fidem scilicet atq; immortalitatem: quas ab illo uel non intellectas uel neglectas dixisse iaꝫ me penitet: alterum enim tm̄ dicere debui: non intellecte erant: nec nouerat illas ille: nec nosse potuerat aut sperare. Nondū enim uera lux terris illuxerat que illuminat omnem hominem uenientez in hūc mūdū. Fingebant sibi ille ⁊ reliqui: quod optabāt ⁊ quod naturaliter optant: cuiusq; contrariuꝫ optare potest nemo: felicitatez dicor q̄ uerbis ornatam: absentem uelut amicam canentes: non videbant: gaudebātq; de nihilo prorsus quasi somnio beati. Uere autē miseri vicineq; mortis tonitruo ad miseriam excitandi: apertisq; oculis conspecturi que nam esset illa felicitaſ de qua somniando tractauerant. Que quidem ne quis ex me dici omnia atq; ideo nimis temerarie dici putet: tertiumdecimum de ciuitate Augustini librū legat. ubi de hoc ipso ptraq; philosophos qui fecerunt sibi: suo utor uerbo sicut eoruꝫ cuiq; placuit: vitas beatas suas multa grauiter atq; acriter disputata repiet. Hoc fateor dixi sepe ⁊ dicam quoad loqui potero: quia uerum me dixisse ac dicturum esse confido. si hoc sacrilegum opinantur: violate me religionis accusent: sed Hieronymum simul nō curantez quid dicat Aristoteles sed quid Christus. Ego cōtra illos si diuersuꝫ sentiunt impios sacrilegosq; non dubitem. priusq; vitam ⁊ quicquid charuꝫ habeo deuſ abstulerit: q̄ sniam hanc piam ueram salutiferaꝫ: aut q̄ amore Aristotelis Christum negē. ¶ Sint plane philosophi. sint aristotelici. cuꝫ proculdubio neutruꝫ sint. sed ut sint utrunq;. neq; eni clara hec nomina illis iuideo: q̄bus falsis etiā tumēt. Non mihi inuideant humile uerumq; christiani nomen ⁊ catholici. Sed quid peto: quod ultro facere illoſ ⁊ facturos esse scio. Non quidem nobis hec inuident: sed contemnunt tanq̄ simplicia ⁊ abiecta: in genijsq; suis imparia ⁊ indigna. Secreta igit̄ nature atq; altiora illis archana dei que nos humili fide suscipimus: hij superba iactātia nitunt̄ eripere nec attingunt nec appropiant quidez: sed attingere ⁊ pugno celum stringere insani extimant. ⁊ perinde est eis ac si stringerent ppria opinione ptentis ⁊ errore gaudētib⁹ neq; illos ab isania retrahit nō dico ne rei ipsi⁹ ipossibilitas ad romanos apostolicis uerbis expressa. Quis enim cognouit sensum dñi? aut quis psiliarius eius fuit? Uel illō Ecclesiasticū ac celeste psiliū. Altiora te ne quesieris: ⁊ fortiora te ne scrutat⁹ fueris: sed que p̄cepit de⁹ tibi illa cogita semper ⁊ in plurib⁹ operibus ei⁹ nō fueris curiosus. non est enim tibi necessarium ea que absconditа sunt videre. Non hoc dico. ex quo enim sperauerit quicq̄ celitus: immo ut dicā q̄ō est: quicquid catholice dictum sciunt: at saltem ⁊ Democriti nō ineptus iocus. Quod est inquit aīi pedes nemo spectat: celi scrutanī plagas. ⁊ facetissima illa Ciceronis irrisio temerarie disputātiū nullaq; de re dubitantium: tanq̄ modo deorum ex concilio descendnetes quid ibi agatur oculis suis aspexerint auribusq; perceperint. Uel illud antiquius atq; acrius apud Homerum. Iuppiter non mortalem hominem: non est communi grege deum aliquem: sed Junonem illam suam coniugē ac sororem reginamq; deuz: grauꝫ comminatione deterrens: ne secretum suum intimum auderet in-

Aug⁹

Ar.

Demo-critus. Cicero.

Homerus.

quirere aut sciri posse ꝑsumeret. ¶ Sed ad Aristotelem reuertamur cuius splendore lippos atq; infirmos ꝓstringente oculos: multi iam erroris in foueas lapsi sunt. Scio enim vnitatẽ principatus posuisse: quam iam ante posuerat Homerus. Sic enim ait: q̃tum nobis in latinum soluta oratione trãslatus est. Non bonũ multitudo numinũ: vnus dominus sit: vnus Imperator. Jsta autẽ pluralitas principatuum non bona: vnus ergo princeps. Sed ille humanum: hic diuinũ. Jlle grecoꝝ: Jste omnium principatuum. ille atridem: iste deũ ꝑnci pẽ statuebat: eousq; ueri sibi fulgor illustrauit animum: quis hic princeps qualis ue ⁊ q̃tus nescisse eum: ⁊ qui multa de numinib⁹ curiose admodũ disputasset: vnum hoc ⁊ maximum non vidisse crediderim? quod viderunt multi litteraruꝫ nescij: iubentq; luce non altera uerum aliter illustrãte. Jdq; amici isti mei ita esse non vident: cecos ego illos planeq; exoculatos esse video. ⁊ sic omnibus videri quibus oculi sani sint non magis desitauerim q̃ smaragdum viridem: niuem candidam: coruuꝫ nigrum. Utq; audaciam meam equanimius Aristotelici nostri ferant: non de vno tantum ita sẽtio ⁊ si vnum nominem lego q̃uis ignorans: ⁊ anteq̃ isti nostram ignorantiaꝫ deprehendissent intellige re aliquid videbar. Lego inq̃ sed viridioribus annis attentius legebam. Adhuc tamen poetarum ⁊ philosophorum libros lego. Qui Liceronis ante
Licero. alios cuius apprime ⁊ ingenio ⁊ stilo semp ab adolescentia delectatus sum. Jnuenio eloquentie plurimum ⁊ uerborum elegantium vim maximaꝫ: q̃ ad deos ipsos de quorum ille natura nominatiꝫ libros edidit: quodq; omnino ad religionẽ spectat quo desertius dicitur: eo mihi inanior est fabella. deoq; tacitus mecũ gratias ago: qui hoc mihi seuiores seu modestum dedit ingeniũ: animumq; nõ uagum: neq; altiora se querentẽ neq; hijs⁹ scrutãdis curiosum: que quesita difficilia: pestifera sint inuentu. Sed quo plura ꝓ christi fidem dici audio ⁊ christum magis amem: ⁊ in christi fide sim firmior. Jta nempe mihi accidit: ut siquis in patris amore tepentior de illo audiat obloquentes amoꝝq; qui sopitus videbaꝫ: ilico inardescit. Jta enim eueniat necesse est si uerus est filiꝰ. Sepe me Christũ ipsum testor: de christiano christianissimũ hereticorum fecere blasphemie. Pagani enim illi ueteres etsi multa de dijs fabulẽtur: non blasphemant tamen: quia ueri dei notitiaꝫ nullam habẽt. Neq; enim christi nomen audierunt. Fides autẽ ex auditu est. ⁊ q̃uis in omnem terram exiuerit sonus eorum ⁊ in fines orbis terre uerba eoꝝ: apostolorum tamen uerbis ac doctrinis toto orbe sonantibus: illi iã mortui ac sepulti erant: miseri magis q̃ culpabiles: quorum aures quibus haurire fidem salutiferam potuissent: inuida iam tellus obstruxerat. Jnter cũctos tamẽ potentissime illi tres libri Liceronis: quos de natura deoruꝫ inscriptos supra memini: sepe me excitant. ubiq; scilicet tãtũ illud ingenium de dijs agens: ipsos sepe deos irridet ac despicit: non quidem serio forte supplicium timens quod ante aduentum sancti spiritus ipsi etiam apostoli timuerunt: sed hijs quibus abundat iocis efficacissimis. quibus clarum fiat intelligentibus: de eo ipso quod tractanduꝫ assumpserat quid sentiret ut sortes suã sepe interlegendũ miseratus ipse mecum tacitus dolẽsq; suspirem: q; uerum deum vir ille non nouerit. paucis autem ante christi ortum annis obierat: oculosq; mors clauserat: heu quibus e proximo noctis erratice ac tenebraruꝫ finis ⁊ ueritatis initiũ uereq; lucis aurora ⁊ iustitie sol instabat. Qui tamẽ Licero ipse suis in libris quos inumeros scripsit: ⁊ si erroꝝ torrẽte vulgariũ lapsus sepe deos nominet ⁊ sepe illos tñ deridet ut dixi. ⁊ iam inde a iuuẽtute sua libros inuentionum scribens: dixerat eos qui philosophie dent operam non arbitrari deos esse. Nempe deũ nosse: non deos: ea demum uera ⁊ summa philosophia est. ita dico si cognitiõi pietas ⁊ fidelis cultus accesserit. Jdem quoq; iam senior hijs ipsis in libris quos de dijs non de deo scribit: ubi sese colligit: q̃tis ingenij alis attollitur. ut interdum non paganum philosophum sed apostolum loqui putes. quale est illud in primo contra Uelleium Epicuree sententie defensorem. Eos inquit vituperabas: qui ex operibus magnificis atq; preclaris cũ ipsum mundum: cum eius membra: celuꝫ: terras: maria: cunq; eorum insignia solem ⁊ lunam stellasq; vidissent: Cunq; temporum maturitates mutationes vicissitudinesq; cognouisset: suspicati sũt aliquam esse excellentem prestantemq; naturaꝫ: que hoc effecisset moueret regeret gubernaret. Jn secũdo autem. Quid ingt potest esse tam apertuꝫ: tãq; perspicuum celum si asperimus celestiaq; cõtemplati simus: q̃ esse aliquod numen prestantissime mentis: quo hec regantur. Et eodem in libro. Crisippus quidẽ inquit q̃q; est acerrimo ingenio: tamen ea dicit ut ab ipsa natura didicisse nõ ut ipse reperisse videatur. Si enim inquit est aliquid in rerum natura: quod hominis mens ⁊ ratio: quod vis quod potestas humana efficere non possit: est certe id quod effecit homine melius. Atqui res celestes: omnesq; hee quaruꝫ est ordo sempiternus ab homine confici non possunt. Est igitur id quo illa conficiuntur: homine melius. Jd autem quid potius dixerim q̃ deum. Deinde paucis interiectis. q; si omneꝫ inquit mũdi partes ita constitute sunt: ut neq; ad usum meliores: neq; ad speciẽ pulchriores effici potuerint: videamus utrum ea fortuita sint an eo statu quo coherere nullo modo potuerint: nisi sensu moderante diuinaq; prouidetia. Si igitur meliora sunt que natura q̃ que arte perfecta sunt: Nec ars efficit quicq̃ sine ratione: nec natura quidẽ rationis expers est habenda. Non igitur conuenit signũ aut tabellaꝫ pictam cum aspexeris scire adhibitam esse artẽ. Cunq; procul cursum nauigij videris non dubitare quin id ratione atq; arte moueatur. Aut cum solarium uel descriptũ: aut ex aqua contemplari intelligere declarari horas: arte non casu mundum qui ⁊ has ipsas artes ⁊ earum artifices ⁊ cuncta complectatur consilij ⁊ rationis expertem putare: q; si in scythiam aut in britãniam speram aliquis tulerit hanc quaꝫ nuper familiaris noster effecit possidonius. Cuius singule conuersiones idẽ efficiunt in sole ⁊ luna ⁊ in quinq; stellis errãtibus: quod efficitur in celo, singulis diebus ⁊ noctibus: quis in illa barbarie dubitet: quin ea spera sit perfecta ratione. Hij autem dubitant de mundo: ex quo oriuntur ⁊ fiunt omnia casu: ne sit ipse effectus aut necessitate aliqua aut ratione ac mente diuina. Archimenidem arbitrãtur

possidonius fecit speram.

conquerendis non laboro quoniam p̃ior nobis in illoꝝ conquisitione laborauit Augustinus. ¶ Dicitur enim inquit ꝛ auaris. nolite uobis cõdere thesauros ubi tinea ꝛ rubigo exterminat: ꝛ ubi fures effodiunt ꝛ furantur. Sed thesauriçate uobis thesauros in celo ubi ꝛc̃. ¶ Dicitur luxuriosis qui seminat in carne: de carne metet coꝛruptionẽ. ꝛ qui seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternam. ¶ Dicitur curiosis. Nolite querere que videntur: sed que non videntur. Que enim videntur temporalia sunt: que autem non videntur eterna. ¶ Postremo dicitur omnibus. Nolite diligere mundum neqꝫ ea que in mundo sunt: concupiscentia carnis est ꝛ cõcupiscentia oculorum. ꝛ ambitio seculi. horum ergo cõmeminit noscꝫ commouit Augustin⁹. Sed infinita sunt alia id genus ad consolationem animarum ꝛ consilium dicta. ¶ Dicitur immitib⁹ discite a me quia mitis sum ꝛ humilis coꝛde. Longas vite spes habentibus. Stulte hac nocte aiam tuam repetunt a te. que autem parasti cuius erũt ¶ Dicitur regni cupidis ꝛ magna uoluentibus. Quid p̃odest homini si mundum vniuersum lucretur: anime vo sue detrimentum patiatur? ¶ Dicit̃ elatis ac rapacibus diuitibus. Nolite sperare in iniquitate ꝛ rapinas nolite concupiscere. diuitie si affluant nolite coꝛ apponere. Et diuitibus id hui⁹ seculi. Illud p̃cipe non sublime sapere neqꝫ sapere in incerto diuitiarum. Sed in deo viuo qui p̃estat omnia uobis abundanter ad fruendum. bene agere diuites fieri in operibus bonis facile tribuere: cõmunicare: thesauriçare sibi fundamentum bonum in futurum ut appꝛehendat ueram vitã. ¶ Dicitur opes suas nimis amantibus ꝛ de illis sperãtibus: neqꝫ ponentibus deum adiutorium suum. Dormierunt somnum suum ꝛ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua deus iacob dormitauerunt qui ascenderũt equos. Tu terribilis es ꝛ quis resistet tibi? Et illud eque terrificum alterius pꝛophete. Si exaltatus fueris ut aquila: ꝛ si inter sydera posueris nidum tuum inde te detrahã dicit dominus. ¶ Dicitur mediocritate nõ contentis. Mendicitatem ꝛ diuitias ne dederis mihi. Tribue tm̃ victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad neganduꝫ ꝛ dicam quid est dominus? Et egestate compulsus fuerim: ꝛ periurem nomen dei mei. Et illud: Magn⁹ questus est pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium qꝫ nec auferre quid possimus. habentes alimenta ꝛ quibus tegamur: hijs contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri: incidunt in temptationem ꝛ laqueũ diaboli. Et desideria multa inutilia ꝛ nociua que mergunt homines in interitum ꝛ perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam gdez appetentes errauerunt a fide ꝛ inseruerunt se doloribus multis. ¶ Dicitur persecutionem patienti bus. Ne mirentur omnes qui pie uolunt viuere in Xpisto Jesu: persecutionem patientur. Et iterum ne frangantur. Beati qui persecutionẽ patiunt̃ ꝛc̃. ¶ Dicitur banc solam vitam cogitãtibus. dulce lumen ꝛ delectabile est oculis videre solem. Si annis multis vixerit homo: ꝛ hijs omnibus let⁹ fuerit: meminisse debet tenebꝛosi tẽporis ꝛ dies multorum: qui cum uenerint: ꝛ uanitatis arguentur p̃terita. Letare iuuenis ergo in adolescentia tua ꝛ in bono sit coꝛ tuum in diebus iuuentutis tue: ꝛ ambula in vijs tui coꝛdis: ꝛ in intuitu oculorum tuorum. Et scito qꝫ p̃o omnibus hijs adducet te deus ad iudicium. ¶ Dicitur pigris ad bona opera. Uade ad formicam o piger: ꝛ considera vias ei⁹: ꝛ disce sapientiam. Que cum non habeat ducem nec p̃ceptorem nec p̃incipem: parat estate cibum sibi: ꝛ cõgregat in messe quod comedat. Usqꝫ quo piger dormies? quando consurges e somno tuo. paululum dormies. paululũ dormitabis. paulum conferes manus tuas ut dormias: ꝛ ueniet tibi quasi viato coꝛ egestas: ꝛ quasi vir armatus. Si vo impiger fueris: ueniet ut fons messis tua ꝛ egestas longe fugiet a te. ¶ Dicitur accidiosis ac etiã tristibus. Tristitiam non des anime tue: ꝛ non affligas temetipsum in consilio tuo. Jucunditas coꝛdis hec est vita hominis. ꝛ thesaurus sine defectione sanctitatis. Et exultatio viri est lõgeuitas. Miserere anime tue placens deo ꝛ contine ꝛ cõgrega coꝛ tuum in sanctitate eius. Et tristitiam longe expelle a te. Multos enim occidit tristitia ꝛ non est utilitas in illa: çelus ꝛ iracundia minuũt dies: ꝛ ante tempus senectam adducet cogitatus. ¶ Dicitur vinolentis ac gulosis. Oꝫ sufficiens est homini erudito vinum exiguum. Et in dormiendo non laborabis ab illo: ꝛ non senties dolores. vigilia ꝛ colera ꝛ tortura viro infirmo: somnus sanitatis in homine parco dormiet usqꝫ mane ꝛ animo illius cuꝫ ipso delectabitur. Que est vita que minuit̃ vino? Vinum in iucunditate creatum est non in ebrietate ab initio. Exultatio anime ꝛ coꝛdis vinum moderate potatum. Sanitas est anime ꝛ coꝛporis sobrius potus. vinum multum potatum irritationem ꝛ iraꝫ ꝛ ruinas multas facit. ¶ Dicitur culpas suas excusantibus ꝛ in deum reflectentibus. Nõ declines coꝛ in uerba malitie: ad excusandas excusationes in peccatis. Et illud solum modo hoc inueni: quia fecit hominem rectum. ꝛ ipse se infinitis instituerit questionibus. ¶ Dicitur desperantib⁹ de peccato. si confiteamur peccata nostra: fidelis ꝛ iustus est ut remittat nobis. Et illud. Non p̃m peccata nostra fecit nobis: neqꝫ p̃m iniquitates nostras retribuet nobis. Quoniam p̃m altitudinem celi a terra: coꝛroborauit misericoꝛdiam suam sup timentes se. Quantum distat oꝛtus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras. ¶ Dicitur diffidenti. Modice fidei quare dubitasti? ¶ Dicit̃ penitenti: Gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agente q̃ꝫ super nonagintanouem iustis qui non indigent penitentia. Et rursus. Epulari oportebat quia frater moꝛtuus erat ꝛ reuirit: perierat ꝛ inuentus est. ¶ Sed qd ago: aut qd usqꝫ est scripturarum angulus qui non utilibus minis ac monitis: qui non consolationibus atqꝫ remediis anime plenus sit: Uacate itaqꝫ fratres ab occultis pestibus. Et ut semel expediam: ab omnib⁹ abstinete in quibus uertitur anime periculum. Nolite periculum amare cum sit scriptuꝫ. Qui amat periculum: in illo peribit. Nolite frequens ꝛ ambiguum experimẽtum uestri querere. Aduersarij artes sunt. Cauete ne p̃oprijs virium spe nos in p̃cipitem locum trahat: plurimum fiducie suggerere. Credulamqꝫ animam supra seipsaꝫ attollere solitus fertur ut cum se delusam ceptoqꝫ lapsaꝫ senserit erubescat etiam facilia derelinquens. sic au-

Luxuriosi

Curiosi

Mites

Cupidi regum Diuites elati

Amatores opũ

Nõ ptẽti mediocribus

Patientes psecutionẽ

Cogitãtes vitã solam

Piger ad bonum

Accidiosi ꝛ tristes

Uinolẽti ꝛ gulosi

Penitẽtes

Desperantes

Diffidẽtes

Cõfitẽtes

Periculanõ q̃renda

dacie metus ac torpor quidam & pessima rerum vice odium ac desperatio succedant. Vacate. hoc discrimen & hos dolos. Subdite animas uras Christo. Jugumq; eius ferte devotis cervicibus. & nihil est dulcius. Illi servite in timore & exultate ei cum tremore. Q; si regibus & superbis terre iudicibus precipitur: quanto magis humilibus Christi servis preceptum intelligitur. Mementote mãdatorum eius & secum percussi federis quo die deserto seculo ad illius imperium transfugistis. Habetote ante oculos professionem vestram: votum servate: implete regulam. Id si lete facitis: satis est. de reliquo sepe anceps virtuti iuncta tẽtatio. Nam qui in re qualibet seu corporis seu anime opus sit extremum potentie sue facit: cito desinet. Nõ posse enim immodicum conatum a lassitudine procul abesse compertum est. Omni custodia servate cor vestrum. Et cavete iugi studio que damnosa cognoscitis: quod facile erit expertis in seculo. Quid insidiosum: quid violentum: quid precipue moribus vestris formidabile fuerit. Que nocentiora sensistis: cautius declinate. hunc ira torquebat. hunc libido. hunc superbia extollebat. hunc deprimebat accidia. hunc avaritia. & hunc gula. hunc tristis coquebat invidia. Quisq; familiarem suum hostem in prelio recognoscat. & de eo maxime caveat unde sibi amplius noceri solitum recordetur. Neq; vo uos tutos arbitremini q; in castris Christi agitis q̃uis sub optimo duce militetis: & castra munitissima ac fortissima sint. Nullus tamen locus ad plenum tutus estimandus est: quem insomnes & feri hostes obsident atq; circunsonant: nisi pro ualo excubent armati vigiles contra insultus insidiasq; hostium: animis atq; coporibus intenti: hos autem ubi queram si inter uos non invenero: aut de qbus potius q̃ de vobis dictum rear illud Ysaie. sup muros tuos hierusalem posui custodes & c̃. Vigilias & excubias vestras novi: que mihi tãto peccatori & nuper & sepe olim lachrymas exciverunt: precipue cogitanti nequaq̃ vos esse de numero istorum de quibus est dictum. populus hic labijs me honorat. cor autem eorum lõge est a me Sed Christum multo etiam magis corde q̃ labiis venerari. habet hoc autem vera virtus: excitat animos: pungit affectus. Et sicut blesi linguam spectata virtus animi commendat: sic si etiam vtutis opinio defuerit: loquens de virtute Demosthenes non placebit. Vestre vo me divine laudes mulcent fateor: non minus q̃ si peccator quispiã multa arte vel ipse mihi ad aurem aristorenus personaret. Musicam nempe suavitatem devotio mentis equiparat. Minus dixisse video: & transcendit qua ipse me sepius cogitatione reverberans: interdum vereor ne hec qualiacũq; ex me minus auctoritatis & minus habitura sint fidei. Ne ue actionis levitas rerũ pondus imminuat. Et audire me rear q; ille cecus natus illuminatus a domino in peccatis natus es totus: & tu doces nos. Et si ejciar foras. Sed banc mihi sollicitudinem imminuit vestra charitas & in ipso Christo simplicitas mẽtem iudicans. Et potius auditura quid loquar q̃ inspectura quid viuam. Sed ad uos reverto: quos etsi sacra beremus vigilq; custodia prestare tutos ab omni discrimine videatur: intentissimos & paratissimos tamen aliquid omnia esse oportet.

Virtus

Tunc enim plena securitas certaq; demum pax speranda uobis est: quando fortiter atq; feliciter exacta militia vite huius ab exilio in patriam: & e castris in regnum atq; in regna regis eritis translati & facti de laboriosis militib⁹ veterani emeriti sua dente premio laborem. Interea nolite multum cõfidere. Neq; enim ante periculorum aderit q̃ vite finis. Circũspicite semper & velut in acie galeati loricatiq; strictis gladijs state: nec bellatores egregios frangat labor: qui quantumcunq; sit: premio par non erit. Non magis non dicam q̃ vna olympias mille annis. Sed quam & eternitati dies vnus isq; brevissimus. Facite ergo pro celesti rege & pro vestra salute: facite quod plerisq; mortalium pro terrenis dominis & pro parua pecunia facere solent hostes vestros nostis optime que multis ia causa victorie fuit. In omni quidem bello qd agãt hostes & quid possint: scire optimum. subita enim terrent & impremeditata perturbãt. Adversus cognitos conatus facilior est cautela. Et levius accedit quicquid a longe preveideris. Hostes itaq; vestros scitis: neq; quid agant/ aut quid cogitent ignoratis. Occurrite partibus impijs & vitate. Tria in primis hostium atq; armorũ genera. Mũdi laqueos: carnis illecebris: demonum dolos. Ille vanissima spondet. hic q; familiariter blanditur Illi autem pessima consilia mortalibus insusurrãt totum in eo vertitur ut vacetis. In hoc vnum intẽti ut animos vestros ab omni horum consortio distrahatis. ne alijs forte negocijs implicitos impro uisi opprimant. Mundus fallit. mulcet caro. demones impellunt. Nulla vobis inde spes. nulla hinc voluptas. Nullum vite consilium. Omnes pariter nostras in pernitiem mortemq; cõspirãt. Et q̃nis ut ab ultimo incipiam invisibiliter hostium ullum esse confidam qui non vitam nostram atq; habitum: & habitaculum exhorreat: ubi tamen nõ timendum rear: quando paradisi limen ille nõ timuit: sed ingressus & hominem ad imaginem dei & ipsius manufactum dolis aggressus vicit: strauit expulit: & in exilium ac mortẽ trusit. Et quid loquor aut quantulum fuit Adam fallere: qui Christũ dominum temptavit: Omnia quidem audet supbia: & invidia stimulatus. Sed in nullos plura q̃ in Christi famulos mollitur: ubi enim felicitas amplior & plus invidie loci est. Vacate ergo atq; ab omnibus demonum & eorum principis consilijs abstinete. Mendax est enim & mendacij pater: sicut eum viua veritas vocat. Talem quisquis eum in societatem admiserit: inveniet. Multa iste quoti die ad aurem cordis: claudite illam & advertite & spuite os impurum & male suadum. Nolite tremiscere Christus suis militibus in acie laborantib⁹ opẽ fert. Alioquin haud dubie tot bellatorum fatigatione deficerent. Infelix quisq; eum non inde repulerit meritoq; passurus quod ait psalmus: ut scilicet diabolus stet a dextris eius. fugite banc funestam commutationem. Induistis dominum Jesum Christum & armaturam eius vexillum crucis sue vestris frontibus affixistis: sub Christo iurastis in dixistis bellum sathane: quod iam inde ab exordio generis humani ille vobis indixerat. habetis ducem cuius vel signi solius aspectum: vel nominis sacrisonum hostes ferre non valeant. Vinci hoc pũlio non potestis: nisi consenseritis. Nemo psentiat.

Nemo transfugiat de victore ad victum: a potente ad ualidum. ab optimo ad pessimum. In secularibus historijs irrisum legimus Labienum qui relicto Cesare victore ad Pompeium trāsiuit. Et cū tamen inter partes illas ut fortune iudicium aptum: sic earum: sic occulta discretio: quanto iustius irridendus qui Christo victoriosissimo rege deserto ad illum confugit/ cuius non proprium temptare. vinci fugere modo fuerit qui resistat primūq; eius impetum ferat. Sicut enim scriptum est: Resistite diabolo ⁊ fugiet a uobis. Sane cū istud cunctis tamen uel maxime uobis est debitum. Cū enim ceteri homines qui Christi nomine gloriantur semel tm̄ in regeneratione sacri fontis: uos ⁊ tunc ⁊ rursus inuoco: sancte religionis abrenunciastis aduersario: desertisq; castris illius quoruz stipendium est mors: feliciter Christo signa conuersi perseuerate fideliter. Nil hosti molestius fieri potest. dolet iste equidez/ fremit/ irascitur. Sed quid agat. nihil amplius potest q̄ quod sibi ab aduerso duce permittitur? Sperate ergo ⁊ equanimes estote. Nihil omnino contra suos in quorum acie uos estis: Christus illi promisit. Nunq̄ autez permittet: nisi pro ipsorum exercitio ac salute. Ualde autem imbecillis est qui nil potest: nisi quod eius hostis vult: discamusq; nil nobis fidere: sed leuare oculos in montes vnde ueniet auxilium nobis. nō tamen a montibus auxilium nostrum: sed a domino qui fecit celum ⁊ terram. ¶ Solent bellorū duces suos milites in pericula mittere: ut eorum virtutē atq; animos agnoscant. At non ita noster dux quippe qui nos ante omne seculum nouit. sed ideo nos exercet: ut nobis noti simus. Ne ut ceci ⁊ ingrati nobis tribuam⁹ que illius sunt. Preclare Marcus Tullius quodam loco. O dij inquit immortales: uobis enim tribuam que uestra sunt. Quid religiosius/ quid gratius: aut quid omnino modestius. modo non deos iste: sed domini consiliorum suorū ⁊ rerumq; gestarum fateretur auctorem q̄d fortasse faceret: si inuenisset a se scriptum non conuenire philosopho dicere deos esse. Sed vnum fabricatorem mundi deum. Sed ea mihi de illius ingenio spes est: ut etsi uel metu aliquo uel abusu lingua seu calamus vulgarium torrente raperetur ⁊ errorum animus tamen insolido permaneret. presertim qui preter naturale autem acumen ⁊ insitā rationem qua inuisibilia dei per ea que facta sunt conspiciuntur. sempiterna quoq; virtus eius ac diuinitas ⁊ vnum fabricatorem mundi deum a Platone ⁊ a discipulo eius Aristotele: vnum principē ineuntibus didicisset. Q; si ille diuini muneris recognoscit ⁊ predicat coniurationem cantilene deprehensam vindicatam ⁊ oppressam coniurationem fateor grauem atq; pestiferam ⁊ a domestico quidem sed mortali ⁊ visibili hoste cōflatā. Quid christianus dicet homo cuius in mortem hinc domesticus ⁊ mortalis ⁊ visibilis: hinc inuisibilis ⁊ immortalis hostis accingitur: quando ut ait Ambrosius: iter vite occulta demonum infestatio: uelut latronum obsidet multitudo: quibus per omnes vias supplantatores inuisi animarum laqueos tendunt: innumerabilium mortibus expauescēdos. Et apostolus Paulus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem. sed aduersus mundi rectores tenebrarum harū ⁊c̄. Et Augustinus in eo libro quē sepe hodie in testimoniuz accerso: loquenti enim de ocio religioso. Quid opportunius q̄ uere religionis liber astipuletur: omnis inquit hominum dominatus in homines aut dominantium aut seruientium morte finitur. Seruitus autem sub angelorum malorum supbia per ipsum tempus quod est post mortem magis metuenda est. Illud etiam cuius cognoscere facile est q̄ sub homine dominante liberas cogitationes habere concessum est. Illos autem dominos in ipsis mētibus formidamus. Nos igitur non dominos sed tyrannos superbissimos in ipsam mentis arcem scandentes a propugnaculis arcere atq; horū nostre que carnis coniurationem sub nube transitorie uoluptatis abdicande uoluptatis abditaz deprehendere: vitare: comprimere. nonne magnificū diuine gratie donum sit: ut cui contigerit. O ciceronianam illam uocem suam merito faciat. O deus immortalis: tibi enim tribuam que tua sunt. Et quod sequitur dicat. Nec vo possum meo tamen ingenio dare ut tot res tantas tam varias tam repētinas in ista turbulentissima tempestate mea sponte desperarim: tamen profecto animum meuz conseruande anime cupiditate intēdisti. Tu me ab omnibus ceteris cogitationibus ad vnam eius solam contulisti. Tu deniq; in tantis tenebris erroris ⁊ inscientie clarissimum lumen pretulisti menti mee. Nec Ciceroniana pro re paucissimis ⁊ immutatis in usus nostros sic uertere libuit ut anime salutem ⁊ de inuisibili hoste ⁊ doctore cognoscere tali etiam teste discamus: in hac sententia: in hac spe igitur fratres state. sicut enim multa commisimus q̄bus mors haud dubie debebatur: nisi diuina clementia succurrisset: sic nihil est quod non peccare potueramus: nisi nos a tantis malis diuina prouidentia preseruasset. utrūq; pariter dei munus. Et non egrotasse ⁊ egritudine liberatum esse: ⁊ miserum non fuisse ⁊ misericordiam nō meruisse. Quorum nempe utrum sit maius dubitari potest. Mihi quidem primum videtur integrius. Secundus vo ipsa contrariorum collatione conspectius: periculiq; memoria gratius. ¶ In hac reuerentia ⁊ sobria diuini operis recogitatione consistite. Bona omnia illuc referte: vnde sunt omnia. Talib⁹ enim opinionibus circūseptos certum habeo inuadi posse: sed non opprimi. In hac autem vita tam ardua: tam angusta: tam uepricosa: tam lubrica: tot obicibus interrupta: tot obsessa latrunculis: tuta cautio est: suspecta securitas: ⁊ que non spiritales tm̄ profectus impediat: sed etiam temporales. Q; enim queso ista securitas est: cui dum tranquillior stabilior q̄ videbitur: subito metus interuenit: improuisa calamitas: mors inopina. Cum enim dixerint: pax ⁊ securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus. Igitur non dormiamus inquit sicut ceteri dormierunt. Sed vigilemus ⁊ sobrij simus. utiq; nouerat quid periculorum securitas secum uebat. Nam quis dinumeret: quot non dicam homines: sed potentissimos populos illa pestilitas dedit. ¶ Unico argumento: eodemq; clarissimo contentus ero: sinite reuocem uos parumper ad exempla gentilium. Romanos gentium certe dominos ⁊ terrene ciuitatis absq; emulo principes Carthaginensium metus virtutibus semper claros perpetuoq; deterso exercitio seruabat armorum pericu-

Aug⁹

Ciceronis sñia

Dei munus

Tulli⁹

Ambrosius

Aplus

lorumq; frequentia. Eoſdem rubigine vitiorum obſcurauit / parta inde cum ſecuritate ſegnities. Quod preuidiſſe ac prenunciaſſe dicitur / iſte vir qui igitur tunc ⁊ in ciuitate habebatur optimus / ⁊ hac in re ipſa qua ſapientie famam habet / Cato ne ſapientior eſt inuentus: cuius ſententie alioruꝫ quoqꝫ illuſtrium conciuium dicta conueniunt Appij Claudij ⁊ Quinti Marcelli. Nec fefellit horum quiſqꝫ: ſiquidem rei bellice diſciplina ⁊ imperij gloria: quas metus ⁊ negocium ⁊ labor in ſuo vigore tenuerunt / euerterunt ſecuritas ocium ⁊ quies. Ne illud pregrauiter a poeta Satyrico dictum ſit. Nunc patimur longe pacis mala. ſeuior armis luxuria: incubuit: victumq; ulciſcitur orbem. ¶ Vobis quoqꝫ: veſtroqꝫ cetui fortaſſe non expedit omnimoda pace frui: ne vna cum pace pacis comites ſecuritas inconſulta ⁊ delicati ac molles affectus: deniq; luxus ⁊ vitia reuertantur. ¶ Nec eſt vobis optandum q; diu hec fragilis vite militia protenditur / aduerſario caruiſſe: ne ſimul ⁊ virtutum exercitio careatis ⁊ premio. vnde dictum fuit Apoſtolo. Sufficit tibi gratia mea. dum rogaret / ut ab eo diſcederet ſtimulus carnis. Et addita ratio. Nam virtus in infirmitate perficitur. ¶ Nanc ⁊ vos gratiam petite. ⁊ cum eodem apoſtolo in infirmitate veſtra virtutis perfectrice gloriamini ut in vobis Chriſti virtus inhabitet. Optate bellum: non quidem propter ſe: ſed propter Chriſti gloriam ⁊ eternam pacem. ¶ In hoc ſane temporali bello ſempiterne pacis premio patientie longanimitatis ⁊ fidei clypeo vos armate. Nihil erit aduerſario formidandum. Nũ q̃ tamen deſinet / tanq̃ leo rugiens lupuſq; fame licus circum ouilia veſtra verſari. Obijciet ille vobis in fide ſcrupulos quibus pedes ad ſalutem properantes vulneret: tardet impediat. Audite regem noſtrum proclamantem: Si mihi non creditis / operibus credite. Proinde ſi Chriſto non creditur: cui credetur? An ſatis? An ebori? An ligno muto exanimi os habenti nec loquenti? manus: nec palpanti? pedes: nec ambulanti? aures nec audienti? nares: nec odoranti? oculos: nec videnti? Cui ergo ſimilem feciſtis deum dicit Yſaias? Aut quam imaginem ponetur ei? Nunquid ſculptile conflabit faber? aut artifex auro formabit? uel illud. aut forte preſecurius precioſiori materie argento aut auro credere. quia ſcilicet ſimulacra gentium argentum ⁊ aurum / opera manuum hominum: quibus ſimiles fiant qui faciunt ea: ⁊ omnes qui confidunt in eis. Noſtra tamen etate tam multos eis credere cernimus. Colitur tamen argentum ⁊ aurum tanto cultu / quanto nec Chriſtus ipſe colitur. Et ſepe viuus deus inanimati metalli deſiderio atq; admiratione contemnitur. Non tamen adhuc aurum ⁊ argentum deus eſſe creditur. ¶ Sed an forſitan pagano ritu religioſius inſanitur: an melius herculi creditur furioſo an Marti homicide. an Ioui adultero ⁊ inceſto. an Mercurio proditori. Et ſi enim uerum ſit quod propheta ille maximus ait. Omnes dij gentium demonia: tamen illud ſubintelligi oportere arbitror uel homines demonijs ſeruientes: atq; ſimillimi. ¶ Quod apud eorum quoqꝫ cultores ſuarumq; ſcriptores rerum facile vigilans lector inueniet. Apud noſtros vo non dubium eſt quidem. atq; in primis Lactantium Firmianum qui omnem deorum ſcenam turpeſq; latebras ſceleꝛ Lactantius
lerum aperiens: totam rei ſeriem qui fuerint: quid egerint: qui mores / que vita / qui exitus / que ſepulchra / operoſiſſima diſputatione complectitur / in eo libro quo inſtitutiones uere fidei tractare ad ortus. utinam tam noſtra affirmare potuiſſet (ut Hieronymi uerbo utar) q̃ facile aliena deſtruxit. Quod vo ſi Chriſtus conſtanti fide mundum creditur: expectabitur ne meſſias? ſeu uerius utiq; uenturus expectabitur antichriſtus: qui ut hoſtis reſiſtendi animo: non ut dominus obſequendi propoſito expectandus eſt. Meſſias enim uerus dominus iam uenit. Ipſe eſt Chriſtus ille qui exiuit a patre. ubi in principio erat uerbum: ⁊ uerbum erat apud deum ⁊ deus erat uerbum. Per quem ſcilicet omnia facta ſunt diſſimulata tantiſper diuinitatis maieſtate: deſcendens ſub ſeruili habitu: uerbum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis. Quid igitur ſeminant iudei: aut quis tantus ⁊ tam latens ſopor: miſerorum oculos oppreſſit: ut ſperare ⁊ expectare malint q̃ habere per quam ſalui fiant. Nam ut ait Auguſtinus. Quid adhuc expectant alium Chriſtum: cum hoc prophe Aug⁹
ta tam legunt ⁊ impletum vident: q; impleri non potuerit niſi per Chriſtum. Nos ergo fratres / hunc tenentes / creatorem / redemptorem / ſaluatorem optimum ⁊ nobiſcum familiariter conuerſatum: abſit ut alium expectemus preter eum ipſum ad iudicium reuerſurum. Q̃ ſecundum eius aduentum leti utinam ⁊ intrepidi videamus. Illi autem preſenti gaudio per iuſtitiam atq; inſolentiam ſe preliantes futuri ſpe inani: ⁊ ſtultiſſima expectatione ſe torqueant. Quoniam nempe ſex etatum nulla longior hac que modo agitur: cuius initium Chriſti ponimus ab aduentu: Quid igitur preſtolantur inſani / neſcio quez ſue gentis eſſe uenturum: qui iampridem ſuis ſedibus auulſi ⁊ toto terrarum orbe diſperſi nec ad aliud reſeruati: niſi ⁊ ad ſui ludibrium ⁊ ad teſtimonium eius quem crucifixerant Jeſu Chriſti inuidum ualent: aut uolunt intelligere impletum in eis omne quod in pſalmo legunt ex ipſius perſona Dauitico ore prophetatum. Reſuſcita me ⁊ retribuam eis poſt eiuſdem reſurrectionem ſtrati diuino iudicio totiens attricti teſtantur: hiſtorie vulgate teſtaꝫ euerſa hieruſalem. Cuius quanta fuerit ruina ut omittam fedam famem ⁊ obtentu famis incredibilia: ⁊ horrenda facinora que locus iſte non capit: ipſe ceſorum numerus iudicio eſt. qui quoniam omnem ſimilitudinem excedit ueri: apud illius temporis hiſtoricos ⁊ precipue Joſephum virum nõ Joſephus
mediocris auctoritatis: qui ei bello interfuit que ratur. Quorum malorum omnium: quod cuiq; pio dubium eſſe non debet: quid aliud cauſe fuit q̃ iſta gentis impietas ⁊ magnitudo in Chriſtum principium omnis cladis ab hac ſtulta ⁊ indigna expectatione profectum eſt. Quod Chriſtus ipſe ſimilem perituramq; urbem miſeratus / predixiſſe legitur adiecta cauſa: eo q; non cognouiſſet tempus uocationis ſue. q; profecto cogniti-

onis necessarie defectus expectationis superuacue causa fuit. Res non omnibus forsan nota. Nec tamen ideo minus uera. Cuius certe Tranquillus curiosissimus rerum scriptor meminit. Percrebuerat enim inquit oriente toto leta & constans opinio esse in fatis: ut eo tempore iudea perfecti rerum potirentur. Licet iste autem ut paganus homo & suspectioni apud nostros suo iure facti nomen usurpet & uaticinium in Uespasiani principatu dicere uelit impletum: qui in iudea bellum gerens ad imperium est assumptus. Uere tamen ea nobis expectatio messie credenda est. que iam ante per ipsum Christi tempus impleta erat. Jdeci coram positum non videntes: quod iam transierat expectabant: sicut & nunc hodieq; expectant: & usq; in finem ut credimus expectabunt: Sed tunc ea fiducia elati eludente eos dei sapientia quam ipsi crudeliter & irreuerenter eluserant & ligno crucis affixerant quasi iam futuri rerum domini Romanum excutere uoluerunt iugum ceso proposito & legato Syrie fugato. Que rebellio materiam prebuit Romanis traiciendi in asiam & Hierosolymam obsidendi: duce belli Uespasiano: qui secum in arma primogenitum suum duxit: cuius tandem consilio ac virtute urbs euersa funditus: ac dedeleta gens est. Et de iudeis quidem hactenus. ¶ Quid deinceps: an dolosas Mahometi fabulas. an philosophorum dissonas & inextricabiles ambages: ac temerarij virtus Auerrois: ac uenenata conuitia: & sputa ad celum putrido ore transmissa. An forte potius de ne sacrilegia Fotini: uel Manichei nugas: uel Arrij blasphemias audiamus. Que si omnia procul absunt a pectoribus sanis: si neq; miserabilis paganorum error: & obstinata iudeorum cecitas: neq; odibilis sarracenorum furor tangunt animos aut delectant: aut ullam penitus spem ostendunt: quid circumspicimus: quid agimus: aut quem inter huius vite naufragia portum petimus: preter Christum in quo quisquis spei sue anchoram iecit: uarijs q̃q̃ persecutionum procellis & expositum fluctuare: & laborare quidem potest: mergi nequit: aut perire orante isto simul ac iubente ne deficiat fides uestra. Nihil impossibile deo est. In me est omnis impossibilitas assurgendi tanta peccatorum mole obruto. Saluare ille potens est: ego saluari nequeo. Quantalibet enim clementia dei sit: certe iustitiam ratio excludit. Et q̃uis immensa misericordia ad mensuram mee miserie redigenda est. Nec actus agentium circa patiens indispositum operantur: ut phisicis placet. Et cum aridam stipulam tenuis fauilla succendat: aque vis ualidum extinguit incendium. Hec & quecunq; similia obuersantur animis siquidem salutarem metum discusso torpore afferunt: quedam tacita uelut angelorum nos amantium consilia estimanda sunt: sui spem omnem fiduciamq; afferunt. Commenta nitentur hostilia: & ancipites ad ruinam vie. Quo enim sequacem animam ducunt nisi ad desperationem malorum omnium extremum? Nihil vo uos terreat. Nam nec diuina potentia ullis nature terminis circumscribitur. Neq; solum in hijs que disposita sunt vim proprie actionis exercet. Sed que indispositia sunt disponit. Et misericordia dei miseriam longe transcendit humanam. Justitiamq; etsi non extinguit: tamen temperat ac frenat. Male de deo sentit. male de potentia & misericordia dei opinatur: quisquis & misereri illum uelle penitentium: & tantum misereri posse iudicat quantum se peccare: cum peccatum hominis quantumcunq; sit: finitum certe sit: infinita dei bonitas: infinita potentia. Itaq; salua spe salubri: salua sunt omnia: ubi illam abiecteris actum est. Gubernaculo carens: anime nauigium in huius vite pelago: rerum fluctibus & tentationum flatibus agitur. Nusq; portus quo spes dirigebat. Nusq; celum quod spes ostendebat. sed vndiq; pontus: ut ait Maro. Undiq; naufragium & procelle. ¶ Nec igitur summa sit. Spem tenete. Nemo illam uobis extorquebit. Et si magna sunt ualde que speramus: magna sunt nobis. deo nihil est magnum. ante queq; tanq; nihilum substantia nostra. Et cuius ante oculos mille anni tanq; dies hesterna que preterijt. Magna sunt fateor immo quidem immensa: si humanis meritis equentur. Ad largitorem attollite mentes pusilla omnia: nec possibilia modo. Sed facilia videbuntur. Nam quid est oro quod nutare spem & titubare animos cogit? Digni nobis supplicio videbimur: misericordia indigni & utrobiq; non fallimur. Nostrum enim erat affligi. Illius est misereri. Et dignum est ut indignitatem nostram dignitas eius absorbeat. Quod profecto non fieret: si peccatum hominis posset dei misericordiam impedire. Esto igitur ut nos odio dignissimus ille mansuetudine & misericordia dignus est. dignus est parcere. dignus nihil odisse omnium que fecit. dignus ullum perdere omnium quos tradidit sibi pater. ¶ Jsta uolentibus erga genus humanum dei opera ineffabilis: cum cuncta mirabilia & plena gratie videantur. nihil impossibile videbitur: nihil incredibile. ¶ Stante hoc scilicet fundamento: omnipotentissimum atq; optimum deum esse: ut nil tam magnificum cogitari queat quod iste non possit. Nil tam beneficum quod non uelit. Supra hoc fundamentum: quicquid fides extruxerit: solidum stabit & hostilibus omnino cuniculis atq; arietibus inconcussum. Quicquid iste suggesserit: omnis illius impetus ac vis promptis ac facilibus retundetur obiectibus. Hijs in fidem receptis omnia plana sunt. Uenisse deum inter homines. Partu virgineo editum: & habitasse in nobis: docuisse viam vite: crucifixum: passum: mortuum: descendisse ad inferos: tartarum spoliasse: surrexisse a mortuis: ascendisse ad celos: ad iudicium expectari. magna sunt fateor: sed quid horum omnium im possibile deo est? O si omnia potuit: quid est quod noluerit: omniumq; que ad creature sue sa

Uespasian⁹ p̃fect⁹ ꝯ iudeos

Mahometus Auerrois

Dei mificõdia

Chris

lutem: pertinere cognosceret. Aut quid non potuit Christus dei filius deus uerus implere quod Ysaias. prescire ⁊ prenunciare potuit. ¶ Ysaias dei famulus / purus homo. Nec Ysaias modo / nec Sibilla prophete alij: Sed Sibilla / ut aduentum dei omnis conditio testaretur. Iste enim ait. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium. Quid iudei cogitent: quid expectent: miror. hec legentes pudet / puto mutare sententiam: ⁊ at qui miseris libera uoce denuncio. Impletum Ysaie oraculum in Maria. nec iam aut amplius parituram. Mitto alia huius ⁊ ceterorum sacra preconia de Christo que ⁊ attexere longum erat ⁊ minime necessarium: ꝙ ⁊ nimis multa: ⁊ nimis omnibus nota. Sibilla sunt. ¶ Sibilla autem Erithrea quid de christo predixerit audiamus. Siquidem de Cesare de chzo Augusto loquens sub cuius imperio nasciturus de virgine Christus erat. inde inquit. Thaurus pacificus leui mugitu: mundi climata sub tributo concludet. Ecce iam ut euangelice concordat Prophie de chzo ex sibillam historie: ubi traditur extisse edictum a Cesare augusto ut describeretur vniuersus orbis. De aduentu autem domini breuiter primo uates eadem attingit hijs uerbis. Cuius inquit diebus agnus celestis ueniet. Nec multo post ad ipsum latius exequitur. In ultima inquit etate humiliabitur deus ⁊ humiliabitur proles diuina. Jungetur humanitati deitas. Jacebit in feno tanq̃ agnus: in puellari officio educabitur deus ⁊ homo. Non intelligo quibus uerbis illud clarius euangelista qui vidisset exprimere potuisset q̃ instincta diuino spiritu mulier: instinctu sacre mentis expressit. ¶ Quin ⁊ Joannis precursoris originem prebabuit. Signa inquit precedent apud apellas. Mulier uetustissima precium capiet. Deinde ipsius domini progressum atq; exitum sic complexa est. Elegit sibi inquit ex piscatoribus ⁊ deiectis numerum duodenarium vnumq; diabolum. Non in gladio bello ne eneadum urbem regesq; subijciet: sed in hamo piscantis. In deiectione ⁊ pauperie superabit diuitias: superbiamq; conculcabit: Morte propria mortuos suscitabit. Et cum mactabitur / viuet ⁊ regnabit ⁊ consumabuntur hec omnia: fietq; regeneratio. ultimo bonos iudicabit ⁊ malos. ¶ Multa deinceps exequitur quantum datur intelligi de euangelistis. de Paulo apostolo. Ad postremum de quibusdam quoq; religionibus claris / que in ecclesia hijs diebus nouissimis sunt exorte. ¶ Mihi ad presens que ad ipsius Christi personam attinent: attigisse suffecerit. Que omnia eo ordine quo predicta erant impleta conspicimus. preter ultimum scilicet iudicium: quod de re certi. de tempore dubij expectamus. Et hec quidem uaticinia quia non adeo vulgata videbantur: curiosius inserui. Que Eutheree proculdubio sibille sunt: ut que ex illius libro ad contextum elicui: que sequuntur ut sibille fuisse conuenit: sic cuius incertum est: cum sibillas Varro numeraret studiosissimus atq; doctissimus latinorum que a Lactantio sparsim posita institutionum eius libro primo. Ab Augustino autem recollecta: is ciuitatis dei disponuntur hoc ordine. In manus inquit infidelium postea ueniet. Dabunt autem deo alapas manibus incestis: ⁊ impurato ore expuent uenenatos sputos. Dabit uero ad uerbera simplex sanctumq; dorsum. Et colaphos accipiens tacebit. Ne quis agnoscat ꝙ uerbum uel vnde uenit ut inferis locatur: ⁊ corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel: ⁊ ad sancta acetum dederunt in hospitalitatis huc monstrabut mensam. Ipsa enim incipiens / tuum deus non intellexisti: ludentes mortalium mentibus: sed spinis coronasti / ⁊ horridus miscuisti. Templi vo uelum scindet: ⁊ medio die uox erit: tenebrosa trib⁹ horis nimis. Et morte morietur tribus diebus somno susceptо. Et tunc ab inferis egressus ad lucem ueniet primus resurrectionis principio reuocatus ostenso. ¶ Hec uaticinia sibillina cuiusuis sibille sint: antiqua esse compertum est. siue fuerint Erithree: longe antiquissima esse quis dubitet. Quippe cum eam qui serius locant Romulo regnante circa urbis condite etatem. Alij autem multo ante Troiam belli uaticinatam fuisse temporibus tradant. Qua etate ipsam cymeam sibillam floruisse / ulla videtur esse dubitatio. ¶ Hec siquis acriter animum intendat non minus euangelica q̃ prophetica: hoc est non uaticinia magis q̃ historie videantur ꝙ eorum euidentissima claritas facit ut quasi de preterito dici putes / qui mos quoq; propheticus. Quod ut de pluribus probem: satis a Gregorio probatum: vnum uerbum Sibillinum Dauitico consonum annotabo. Ubi enim ille ait. Et dederunt in escam meam fel ⁊ in siti ⁊ c̃. Ita quid audiuistis: nempe tam simile: ut vno ore locuti videantur: qui haud dubie vno spiritu loquebantur. ¶ Et hec quidem ac mille alia de Christo ante carnalem eius originem dicta erant: ⁊ circa ipsum tempus originis repetita sunt. quibus uero ⁊ eterno dei filio temporalis fides hominum quereretur. ꝙ non modo per prophetas ⁊ electos suos: sed per alienigenas siue sanctos: qualis est Job. siue etiam infideles actum est: quid diceremus ignorantes. ¶ Huc etenim ⁊ Virgi⁹ ⁊ ista trahi possunt que Virgilius in buccolicis de alio loquens ait. Jam redit ⁊ virgo redeunt saturnia regna. Jam noua progenies celo demittitur alto. Et in eneide de Augusti imperio agens sub quo Christum natum supra diximus ait. Huius in aduentu iam nunc ⁊ caspia regna. Responsis horent diuum: ⁊ meotida tellus. Et gemini turbant tepida hostia nili. Que quidem religiosus ⁊ pius lector q̃uis de Cesare dicta: ad celestem potius trahet imperatorem: cuius aduentum toto orbe signa precesserant. Que audiens poeta neq; altius aspirans: ad imperatoris Romani quo nil maius nouerat reflexit aduẽtu. Cuius si uera lux oculis affulsisset: haud dubie ad alium reflexisset. Nobis vo iam gratias illi qui usqueadeo immeritos nos dilexit. hec omnia si-

Sibille

ne ullis externis testibus/clara sunt: ⁊ ita se oculis fidelium diuine lucis radij infundunt: ut nemo tam cecus sit/qui non iustitie solem Christum mente prospiciat. Et q̃uis ab ipsa ueritate uerissime dictum sit. Beati oculi qui vident que uos videtis. ¶ Ego tamen hanc ipsam in terra luminis claritatem qua post Christi reditum ad celos/ ⁊ nunc usq; ad finem seculi deuote anime non carnis oculis sed spiritus acie Christum vident: illi corporee visioni quadam ex parte non imparem demonstrabo. Ualde quidem fateor. Nam quis neget felices oculos quibus in carne Christus apparuit: O⁊ predulce enim spectaculum videre nostra carne nostraq; anima uestitum deum. Audire uerba: incessum aspicere: notare actus inter homines conuersantis. Quem stupent angeli: quem adorãt cuius pascuntur intuitu: cuius imperio gloriantur. Grande prorsus ⁊ mirificum spectaculum posse dicere. Ecce hic homo est quem audio: quem tango: quem video. Homo inq; mortalis: uerus inq; homo: ⁊ cui preter peccatum ortusq; munditiam de nostra humanitate nihil desit. Et rursus ecce hic idem deus non terras inhabitans: ⁊ terrenas patiens erumnas: paupertatem: famem: frigus: estũ: dolores animi ⁊ corporis: tandem passurus ⁊ crucem: sed in illa mortem moriendo victurus. Ecce ut carneis pedibus terram premit qui celum creauit ac terram. Et homo natus est in ea: ⁊ ipse fundauit eam altissimus. Uidere ad supplicium duci qui solem lunamq; ⁊ stellas suis in terraꝫ vijs ageret. Spectare in patibulo pendentem ⁊ languiduꝫ vir ferentem caput. qui tamen maxime celum ac terras ⁊ maria suo regeret ac sustentaret imperio: usqueadeo ut terras tremor quateret ⁊ celum tenebrosus pallor inuolueret ad nutum sui creatoris: orbe turbato eaq; omnia pro nostra salute credere magna hec ⁊ deuotis inuidiosa animis. ¶ Sed est aliquid quod nobis lꝫ extremis mortalium contigisse felicius videatur. Quis igitur non miretur se familiaritate contemni: aut quiꝭ in quo ferat animo idem sibi accidere quod Christo ille equidem a multis stupendum dictu: familiaritate sacratissima contemptus fuit: quia inter eos natus atq; uersatus erat: quos saluare poterat ⁊ uolebat. ab eisdem fabri filius ⁊ comestor carnium: ⁊ demoniuꝫ habens blasphemus ⁊ seductor dici meruit. Qõ aduertẽs ipse ait. Nemo propheta sine honore nisi in patria sua. uerum hec ab infidelibus est passus dicat aliquis fateor. Sed ⁊ fidelium fidem titubasse: ⁊ ipsa etiam apostolorum corda saluatoris morte turbata comperimus. Et Thome duritiam ꝓfuturã: posteris legimuꝭ. Que si adhuc viuo uel rediuiuo iam Christo fidelibus contingere potuerunt: quid mirentur Christo ad celum vnde uenerat iam ingresso ⁊ ab oculis hominum amoto illas tam multas blasphemias. Quibus a nostris: precipue ab Augustino studiose grauiterq; responsuꝫ est. Ita ut acuti vir ingenij Porphyrius prestringente oculos: pura ueritatis luce cõuictus sit. Qõ de eo dicas q̃ non hominis sed dei cuiuspiam ut aiunt. uere autem demonis ore confictum fertur. Cum videret enim Christi nomẽ dolorem atq; tormentum suum in orbe terrarum ante expectatum celi ⁊ ueram fidem martyrum supplicijs assidue roborari. non ausus que in oculis omnium erant presentia negare. de futuro uaticinari miris cepit ambagibus. Sed neq; tunc equidem in Christum loqui ausus Petrum apostolum maleficijs atq; artibus magicis Christiane fidei fundamentum statuisse ait. Non tamen nisi trecentis ⁊ sexaginta duraturum annis atq; illis exactis e uestigio ruituram. Quo mendacio quid sibi uoluerit: non video nisi uel mentiendi morez non deserere: uel in quod magis inclino: miseras animas in dubium adducere: ⁊ ab exorte lucis radijs aduersas in preteritarum tenebrarum reuocare caliginem. Ita vo nugator ⁊ falsus ille spiritus ⁊ quicunq; esset Christum non amore spontaneo: sed coacta reuerentia excusans: Petrum virum innocentissimum ac simplicem piscatorem magis reum facit. Et infert: qõ nullo coarguente falsum pateat dictis cum magicis artibus laboribus ac periculis multis atq; ad ultimum ignominiosa ⁊ truci etiam morte sua que fuisse famam altercatoq; studio effecisse quod iaꝫ supra diximus. non ut ipse: sed ut Christus: ⁊ non nisi breui tempore haberetur deuꝰ. Ubi efficacissima mihi videtur Augustini percunctatio. Si eniꝫ inquit Petrus maleficus fecit ut Christum sic diligeret mundus: quid fecit innocens Christus ut eum sic diligeret Petrus: Nec minus efficax annexa responsio est. Respondeant inquit igitur sibi: ⁊ possunt intelligant: in illa superna gratia factum esse: ut propter eternam vitam Christum diligeret mundus: qua gratia factum est/ ⁊ propter eternaꝫ vitam ab illo accipiendam: ⁊ usq; ad tempora nostra mortem pro illo patiendam Christum diligeret Petrus. ¶ Me vo non tam reliqua tacitum sequi iuuat: q̃ super hijꝭ ipsis exclamare. O rationabilis anima: o diuina vis ingenij cui neq; lux ad detegendas hostium fraudes: neq; robur ad firmandas amicorum mentes desit: cuius ⁊ interrogatio ⁊ responsio talis est qualis ⁊ fidei pugilem: ⁊ ueritatis athletam decet. Itaq; satis reor illum signiferum ciuitatis dei: in cuius libris hec ait. sepe conflijs suis exercitum hostium terruisse eorumq; cogitatus impios a menibus repulisse ecclesie pace uel reddita uel seruata. Quod tum sepe alibi: tamen precipue in hoc hostili calumnia notum fecit. Ubi demoniacum commentum quo interminabilis Christi fides ad tam exigui temporis metam redigi videbatur. infregit supputatione temporuꝫ falsum docens quod ille predixerat. Et sua etate qua librum seu maxime locum illum scriberet preterijsse. iam prefixum christiane durationi terminum. Et si rite recolo octo preterea ⁊ triginta annorum spatium effluxisse. Eoq; potissimum tempore quo casurum penitus Christi nomen credebatur: idola propter ipsum Christi nomen apud caput africe Carthaginem fuisse subuersa. atq; ita dum maxime ruina sperareꝰ: tum ⁊ solidatum fidei fundamentum ⁊ culmen ecclesie spolijs hostilibus exornatum. Et iste quidem pie argute fideliter more sed suo sacrilegium deprehendit mendaciumq; detexit. ¶ Ceterum forsan nimis exiliter probatum videri poterit animis ad credenduꝫ tardioribus: suggerente tunc etiam demone non

Nemo sine honore ꝓpha nisi i patria sua

Porphyrius

ideo falsum omnino uaticinium videri: q̄ parum per erratum esset in tempore. hoc est igitur quod dicebam in quo felicius nobiscum agi. ¶ De quo mihi video: asserturus Christum in carne non vidimus eo modo quo apostolis est visus. q̄uis eu3 in operibus mirabilium suoru3 si non oculos claudimus: assidue videamus. ¶ Sed videamus utiq3 indicantem atq3 firmatam fidem quam illi sepe tremulam viderunt. Vidimus longe lateq3 vulgatum Christi cultum: t q̄ q̄ segnitie seculi diaq3 nostra Christo nihil nobis multa decreuerint: multo tamen adhuc latius q̄ tūc resonat christi laus. Miramur imperia regesq3 persecutores olim Christiane religionis: nunc in Christi nomine t in crucis obprobrio gloriantes. Rusticos cernimus iam de fide certiores q̄ tunc esset apostolus Thomas. nec locum clauorum nec vulnera requirentes. Multos scimus pro Christo intrepide mortuos t paratos mori. Et non solum vnius solum hostiarie uocibus: sed omnium tyrannorū minis atq3 tormentis immobili patientia victam impiorum rabiem. Carnificum duritiem fatigatam: intellectum pudorem iudicibus. Et repente de toroboribus martyres euasisse. Non q̄ nos peccatores apostolis ut apostolicis viris aut omnino etatē nostram illi conferam3. Sed q̄ (nisi fallor) ad nos quo q3 diuine munus gratie peruenisse video: eodez ipso largiente: qui dat omnibus affluenter nec imperat. quiq3 operarios hore vndecime non prioribus tm̄ equat: sed in exhibitione diem mercedis: ab eis incipiens de nouissimis primos facit. Quāuis enim dei filius ut iudex puniat: miseretur ut pater. Plus multo paterne clementie retinens: q̄ iudiciarij rigoris. Q; si non ita esset: iamdudu3 nihil reliqui supereesset in quo puniremur. Tanto enim est maior vis q̄ egrotantis. Et saucie humane nature vigor: nisi eam qui condidit adiuuaret. Cuius uel gratie magnitudinem uel consilij altitudinem super filios hominum quis ne dicam humanis vbis explicet. sed humana mente concipiat? Nempe ad diuinum munus metiendum: diuino auxilio est opus. Et dei gratiam agnoscere: gratia dei est. Non est hominis per seipsum celeste mysterium scrutari. quia tamen t ceci t claudi l3 in tenebras fessi rectam semitam palpitantes querunt. ¶ Loquar pauca de bijs quorum scientiam quero magis q̄ profiteor. En fragilitas nostra ante oculos nostros semper. Nihil agimus quod non humane nos conditionis admoneat atq3 miserie. De qua tamen integros ediderunt libros. tractatus alij eximios. De qua Plinius secundus. vij. naturalis historie breuiter attigit. Sed stilo excellenti ac florida ubertate fert sententiarum. De qua t Augustinus latius agit in libro de ciuitate dei. Unde Licero ante omnes librum sue consolationis impleuerat. De qua mihi quoq3 nonnunq̄3 fuit impetus loqui aliquid: t uagantem calamum in hos fines immittere: nisi quia t nimis magna t nimis nota res visa est. Q; etiam multa se offerrent: ut vnde ordirer aut quid potissimum dicerez incertus nunq̄3 satis explicare possem tantam arbitrarer. Et supervacuum videretur quicquid ea de re dictum esset: t de qua non dici nihil posset ab homine. ¶ Hoc vnum itaq3 commemorasse satis esse. Nil miserius homine: nil debilius: nil pauperius: t aduentitie opis egentius: q̄uis indigentiam: imbecillitatem: t miseriam hanc: vnde simus: t quid simus: t ne futuri simus: quibus ue trāsmittimur. Unde quo pergimus: nisi nos fallimus t sine libris t sine cuiusq̄ admonitione scimus experti: neq3 dum non meminimus horum possumus obliuisci. Cōtra vo diuine nature omnipotentissimam maiestatem nō tam scimus q̄ opinamur t contemplamur inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspicientes. Attoniti t ueluti luce solis luce mortales vincente oculos. Hoc vnum scimus non q̄ nihil scim⁹ ut paruz intellectui suo fidens sit Socrates. Sed hoc certe rem esse ineffabilem t incomprehensibilem ac nostris ingenijs inaccessam: horror stupor q̄ ferat animum nostrum simul humilitatem / t illius altitudinem contemplantis. Illud quod ne cō templari quidem ad plenum possumus ex quo factum est quis anteq̄ fieret cogitasset: quo scilicet: q̄ potenti t q̄ misericordi remedio huic tante miserie sit consultum lippi t inualidi adhuc tante lucis aciem ferre non possumus t in ipsum lumen quod amamus figere oculos non audemus. Tali tamen felices impotentia quibus plus gratie collatum est: non dico q̄ mereamur aut mereri ualeamus: quorum omne meritum in primo parente q̄si viror arboris in radice aruit: nō dico q̄ pro quo dignas grates saltem uerbo persoluere. Sed plus intelligere uel tenuiter suspicari. ¶ Laude igitur humana natura de extremis miserijs facta felicior q̄ toto capere possis ingenio. intendite queso huc ingenia litterata. Audite Plato. Aristoteles. Pythagoras. Non hic ridiculus ille circuitus animarum t uana metempsicosis. Sed maius quoddam uere salutis archanum latet. Audi Varro studiosissime hominum abditarumq3 rerum questor ardentissime. Non hic tuorum turba t fallacie deorum. sed vnius dei ueritas pietasq3 describitur. Adeste Licero atq3 Demosthenes. Non forensis sed celestis causa agitur. Quid hic igeniū? Quid facundia uera possit: experiemini. Et uos Homere ac Virgili adestote animis. Non hic greci reges: aut romani imperatores t duces. neq3 falsus iste superi regnator olympi iuppiter. Sed regnator celi uerus dicitur Christus: Cogitate inter celum t terras quanta distantia est. Et ubi diu frustra: iam tandem utiliter laborare animis ut terra salua sit: necessario illam iūgi quibus id artibus fiet. ¶ Hic uestrum acumen. hic uestram intelligentiam requiro. Nunq̄3 reor talia cogitastis. Cogitate modo: t intendite: excitate animos: ingenia subleuate. Puto autem cum ualde surrexerint: mox ad destinatam peruenire nequeuntia: t laborate indaginis fessa subsident. Multa de nubibus. de imbribus. de fluminibus. de uentis. de glacie. de niue. de tempestate. de grandine. Multa de animalium naturis. de potentijs herbarum. de qualitatibus rerū. Multa deniq3 de tumore pelagi. de tremore terrarum. de motu celi ac stellarum. disputata acriter ac tractata subtiliter reliquistis. At quibus modis celum terre iungeretur atq3 vniretur. Unum hoc ex omnibus non vidistis. Magnum t forsan t prorsus impossibile. contraq3 nature leges videatur: tam magna tamq3 distantia iungere. Aut qui maius quiddam multo distantius est: quod moueri oportet t inclinari ut terra soluetur. ¶ Inter

Plini⁹

Aug⁹ Licero

Nō de hois miseria

celuz nēpe ⁊ terram distantia ingens fateor:sed finita est. Inter deum ⁊ hominem infinita. Homo quidem terra est:vnde nomen accepit.de terra ortus in terra viuens:in terrā reuersurus. Deus autem non celum sed celi conditor:tantum celo quantum terra altior. Utrobiqꝫ tantundem p̄sens ⁊ tantūdem distans. Et si enim celum terra nobiliuſ non negetur.idem tamē utriuſqꝫ creator ac rector deus qui fecit celuz ⁊ terram maria ⁊ omnia que in eis sunt. Et localis spatij nō capax:ex equo omnem suam regit:ac supeminet creaturaz. ¶ Quid igitur fiet:uos interrogo doctissimi homines:que multa curiosius quoqꝫ q̄z oportuit libris ac memorie mandantes:vnum quod ⁊ maximum erat ⁊ sūme salutiferum atqꝫ apprime necessariuz siluistis. In quibusdam sane codicibus uestriſ p̄dicari deum ⁊ eius uerbum ⁊ multa que circa summum fidei uerticem: ⁊ coeternam patris filij personam euangelicis apicibus conueniant. Augustino testante notum est q̄ scilicet in principio erat uerbuz ⁊ uerbum erat apud deum ⁊ deus erat uerbum. Quodqꝫ omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ip̄o factum est nihil. Q̄z autem qualiter uerbum illud caro factum sit.qualiter terre motū habitauit in nobis:hoc doctus Plato nesciuit ut ait Hieronym⁹. hoc Demosthenes eloquens ignorauit:Quorum primus dixisse fertur.nullus deus miscetur hominibus. Atqui uel falsum hoc populo dixisti.uel falso tibi sententie huius inuidia data est. ¶ Quanto melius hac in parte Seneca. Ait enim deus ad homines uenit. Nulla sine deo mēs bona est. Certe deus noster ad nos uenit ut ad eum nos irem⁹. Idemqꝫ deus noster hominibus mixtus est quando habitu inuentus ut homo:habitauit in nobis. Profecto enim quod non tñ Plato negans sed ⁊ Seneca confitens ignorabat.quodqꝫ p̄rsus ignotum erat homini:nisi cui forte diuinitas reuelasset immota lege diuina consilij ab eterno attollenda erat humanitas:inclinanda diuinitas:utrūqꝫ pariter factum: ⁊ salubris celebrata coniunctio est:sine qua egra semper ⁊ languens humanitas iacuisset. Neutrum absqꝫ altero potuit fieri.aut per alium fieri q̄z per eum qui inclinat celos suos ⁊ descendit: qui respicit terram ⁊ facit eam tremere. Per illum itaqꝫ nec per alium factum est. O inenarrabile sacramentum. Nam quo altius humanitas attolli poterat:q̄z ut homo ex anima rationali ⁊ humana carne subsistens homo mortalis casibus p̄o talibus necessitatibus nostris obnoxij. Et ut paucis absoluam:uerus ac perfectus homo: ⁊ a uerbo filio dei.patriqꝫ consubstantiali ⁊ coeterno in deum:atqꝫ in vnitatem persone ineffabiliter assumptus.duas in se naturas. Mira rerum p̄rsus imperium aggregatione coniungeret. Quo in q̄z homo poterat altius ascendere:q̄z ut homo deus erat. Ex diuerso quo non magis deprimi inclinariqꝫ diuinitas poterat:q̄z ut persecutiones:iniurias terrores ⁊ mala nostra p̄ter peccatum.omnia passurum mortale corpusqꝫ indueret:cum quo usqꝫ ad ultimas contumelias ad uerbera ad passionem ac mortem.mortem autem crucis p̄o salute assumpta hominis humiliata descenderet. Queqꝫ tam magna tamqꝫ supra intellectum erant ut ea capere ingenia dura ⁊ superba non possent. Quippe qui non ingenio sed fide capiuntur fecerunt sibi

Homo

hereses innumeras. Et in primis duas quarum altera Christum deum tñ ⁊ non hominem. Altera hominem ⁊ non deum decepti contendunt. Ceterum utriuſqꝫ durities ut reliquarum omnium uere fidei malleis concussa fidelibus cautionem:suis actoribus interitum sempiternum peperit. Jamqꝫ a deo p̄uulgata est ueritas:ut aliquando fore virus mortiferi dogmatis latere aut fallere catholicum gustuz queat. Omnia passim in oculis atqꝫ in manibuſ sunt:frustra iam pijs foribus obuersatur circulator hereticus.frustra inuisibilis hostis accingitur. Patescunt doli omnes: arteſqꝫ omnes translucent.pastor hunc horridus:hunc feriat miles:durus fossor:isomnis mercator:nauta uagus: deniqꝫ hunc fidelis spernet anicula. Et si enim explicite fidei articulos defensionemqꝫ non nouerit: assuete tamen aures pie ueris dogmatibus ⁊ oplete diuinorum atqꝫ celestium fragore tonitruorum contra omne sacrilegum ⁊ simplicitate confessionis ⁊ fidei firmitate uallātur. ¶ Sed deinde victus temporis malitiam ambiguumqꝫ successuz dicet. Esto sit deus Christus:quis illi obediet:qꝫ implebit imperij tam dura? Si saluari homines uellet:aut plus virium daret:aut leuiora p̄ciperet. Rursum. Et quis consilium dei nouit:cum sepe homines lateant humana cōsilia? Quis scit an idcirco p̄cipiat ut exciteꝫ:ideo minetur ut terreat ut impleti memor in iudicio sit p̄cepti futurus imemor neglecti. ¶ Contra hanc impiam atqꝫ falsi loquam suggestionem fratres mei clamemus singuli. Clamemus omnes ad dominum ⁊ exaudiet nos. ⁊ introibit in aures eius iustus clamor. Dicat quiſqꝫ maximo anime nisu potest: ⁊ uocem lachrymis si datur aspergatur frangatqꝫ suspirijs. Nulla melodia deo suauior est. Vult iste amari. vult de se sperari. vult cum gemitibus orari. Dicat autem quiſqꝫ. Domine libera animam meam a labijs iniquis ⁊ a lingua dolosa. Spiritus quidem carnem ⁊ ossa non habet. linguam uocemqꝫ non habet:Quibus igitur instrumentis loquitur: O utinam deforent ⁊ instrumenta periculiſqꝫ nostris illius exarmatione succursum esset. Quod fortasse ideo non fit:ut aduersus hunc hostem nostra militia quo laboriosior eo clarior sit acceptioꝫ duci nostro. ¶ Loquitur ille multa intus in anima que quiſqꝫ uestruz tacitus:non sine graui exercitio suo fert. Valde autem p̄uidendi cauendiqꝫ sunt hostes quos intra muros ut ita dixerim:ita familiaribus insidijs inqꝫ intimis anime penetralibus experitura habet:tum interdum ⁊ linguas ⁊ uocem ⁊ quas ore dicat aliquis. Nempe linguas impiorum hominū:uocem vulgi.siquidem e tot linguis vna totius populi uox est. laudat uoluptatem virtutem despicit Christi viam. uel ambiguam uel inaccessibilem saltem dicit. Raros ueritas testis habet. Inter hec viuimus ⁊ hanc temporum particulam cum lecti sumus: hijs moribus non utendum dico:sed resistendum. quod nobis miseris q̄bus adhuc intus seculi fluctus anceps nauigatio agitur:laboriosum longeqꝫ difficile dixerim. Raz ⁊ estu rapimur rerum temporaliuz. Nec plus ocij obtigit:q̄z quod nobis peccatorum ⁊ occupationum nostrarum intermissione permittitur. Uobis uero iam portus tuta tenentibus circunspectio p̄uisioqꝫ facilior multo est. Abscidistis egdem mūdi

nodos.negociorum laqueos:vincula rerum. Nudi ⁊ liberi multis e tempestatibus enatastis: ubi quiescere liceat ⁊ uacare. Itaq; ad illud eximium salutis studium cui vni neglectis omnibus alijs intenditis:necessario ocio abundātes.hoc tamē magno ꝯ paucis cognito dei dono utimini parce: sobrie:sollicite. Ne qua uobis ex ocio:ut fit tumultuosior occupatio renascatur. Ocio etenim est opus. Non resoluto inherti atq; eneruante animos.sed strenuo. ⁊ quod maxime uestrum est religioso ⁊ pio. ¶ Hoc ergo fratres agite.hoc ad salutem tramite pergite. Nullus rectior:nullus tutior. Atq; ideo toties hoc a uobis hodie postulo: ut uacetis.ubi enim Hieronymiana translatio hunc uacate:uetustior habebat.ocium agite.cui inherēs Augustinus ait. Unum certe querimus quo nihil est simplicius.ergo simplicitate cordis queramus illum. Agite inquit ⁊ agnoscetis quia ego sum dominus:non ocium desidie:sed ocium cogitationis ut a locis ac temporibus uacet. O profunduꝫ ⁊ salubre consilium fratres:quod ut ad liquidum itelligeretur adiecit.hec enim fantasmata tumoris ⁊ uolubilitatis constantem vnitatem videre non sinunt. Loca offerunt quod amemus.tempora surripiunt quod amamus. ⁊ relinquunt in animo turbas fantasmatum:quibus in aliud atq; aliud cupiditas incitatur. Ita fit inquietus ⁊ criminosus animus. Et frustra tenere in quibus tenetur eroptans. Uocatur ergo ad ocium.i.ut ista non diligat que diligi sine labore nō possunt.hec iste vir ⁊ pietate magnus ⁊ litteris. ¶ Ego autem fratres ad hoc ocium uoco:hoc postulo:hoc hortor:hoc obsecro. Agite ocium ⁊ uacate. Ambo enim precia immo equidem vnum sunt sicut ⁊ que sequunt agnoscetis.quia ego sum dominus ⁊ videbitis q; ego sum deus. Dulcis via felix terminus. ¶ Uacate ⁊ videte ocium agere ⁊ agnoscere. Et non modo per breuissimum laborem ad longeuam requiem q; ipsum peroptabile erat. Sed qđ immensum gratie est:per temporale gaudium ad eterna conscendere. In hoc culmen scandite:vnde ascēdendi altius est vie. Et in huius ocij arte constitite. hinc nullo strepitu auribus.nullo puluere rerum transeuntiū obstante oculis:omnes hostis dolos tendiculasq; prospicite. Quis ut dixi enim illi gratias qui nos omnem ueritatem docuit: iam eousq; perfectum: uel suapte natura:uel consuetudine in naturaꝫ uersa:vnde instítute mentes atq; aures ultro respuere didicerint.quicquid aperte uero dissonū vo est:illud tamen occultius diabolicum murmur ex ore impij cauendum qui apparenter melior.sed deteri or existenter Christum laudādo impedire cogitet uestrum iter quo ad Christum peruenitur. ¶ Iste quidem aget hoc modo sanctum fateor quicquid Christus iubet.sed implere precepta dei supra hominem est. Itaq; si in rerum humanarum executi one laboramus usq; adeo ut sepe nos cepto impares agnoscamus:atq; ideo meliore cōsilio desistamus:quid de diuinis est sperandum. Linquamus ergo illa angelis:quorum excellentissimi etiā sub pondere corruerunt. Celestia sane celicole:nos humanū tractemus. ⁊ fortasse consultius fuerit non ingredi iter hoc arduum preruptumq; : q; medio calle desistere. Et hoc saltem vita dum adest frui: q; spem incerti certuꝫ prodere. Ueniet alter eo periculosior quo prorimior:uera qui ⁊ rectas Christi semitas ⁊ sancta iussa fatebitur. Et has per vias ⁊ hec possibilia non negabit. Sed difficultatē rerum nostramq; molliciem multoq; maxime nostre etatis decus desperatis ac perditis moribus nihil a quoq; satis:ne dicam nimium dici potest v̄ bis exaggerans feruenti proposito quoddam diffidentie frigus asperserit. Aut forte facilia p̄dicās differenda concludet. Posse enim cum libuerit impleri:dādam quoq; partem temporis huic vite cuius muneribus haud dubie sit aptior virens etas cetera senibus committenda q; maturioribus opportunum consilijs sit. Attamen maxime de altera vita cogitandum:dum huius finis in primo est Eo presertim q; in omnibus reb⁹ sit ordo pulcherrimus. Et cum semel abscesseris turpis ad ista sit reditus. Non minus deo placuisse qui penitentiam egerunt:q; qui sic vixerunt:ut eo remedio non egerent. Horum ac similium suasores non deerūt uel sermones hominum uel taciti cogitat⁹. Quod sibi contingere posse quis non miretur:cum cōtingerit Augustino. Quod ex confessionibus suis cōstat. Et iam contigisset Antonio tam duri propositi ⁊ tam solide virtutis ac fidei viro.quod Anastasij testimonio notum est.vnde dicit. Uos autē fratres eodē quo Antonius orationis clypeo hec hostis tela repellite. Siquidem diaboli telum est gequid loquitur impiorum os. Multa igitur tela iaculantur.multas etenim linguas habet seu totidē armenta: quibus hostilia uenenata contorqueat. Nec linguas modo: ⁊ oculos ⁊ aures ⁊ man⁹ habet ⁊ brachia ⁊ pedes.deniq; sicut iusti anima sedes est christi:sic impij anima sedes est diaboli. Et sicut anime:sic ⁊ in anima presidenti totuꝫ corpus obtemperat. Inde igitur suadente illo talia qđ detur aut quid apponatur uobis ad linguaꝫ dolosaꝫ Si hoc queritis respōdetur uobis per prophetas Sagitte potentis acute:cum carbonibus desolatorijs. O ingentis mali remedium opportunū atq; efficax.quo genere sermonis alibi utitur pphēta idem. Sicut sagitte in manu potentis:ita filij excussorum. ¶ Unde nō immerito hic queri solet qs hic potens:que sint hee sagitte:qui sint hij carbones. Et certe nemo potens : nisi cum dictum est. Scio quia omnia potes: ⁊ nulla te latet cogitatio. Et ab alio quodam. Multum ualere tibi soli super erat semp ⁊ virtuti brachij tui quis resistet? Quoniam tanq; momentum statere:sic ante te est orbis terrarum. Et tanq; gutta roris antelucani que descendit in terram. Sed misereris omnium quoniam omnia potes. Hic est fratres solus uerus potens. Nam quis queso alius potens:aut quantula nostra potēcia est:seu uera nostra fragilitas:in hoc preangusto terre habitabili angulo:siue ut proprie dicam puncto:qui si terra ad vniuersum puncti rationem obtinet:puncti punctus esse deprehēditur In quo quidem omnino digni mortales genus laboriosum anxium sollicitum:tanto mori motu:tot q; paludibus obruto:tot desertis inhospito ⁊ inculto amnibus montibusq; distincto:tot regnis ac imperijs scisso:tot bellis ac discordijs ingeto.quo tam iugibus curis tam longo labore breuiq; tempore possidendo:non secus ac perpetuo superbimus. cuius fugitiua felicitas q; uis insano fulgore prestringente oculos aliquid esse videatur.

Aug⁹

quid tamen uere sit multis exprimentis. Sed nullo clarius q̄z morte cognoscitur. ¶ Sagittas v̄o quas alias opinemur: nisi apostolos ⁊ nuncios: quos potens iste de quo loquimur in medio suorum hostium iaculatus est: seu uerba vite ⁊ testimonia euangelij late sparsa siue per illos: siue per ipsum regum ac populorum infixa pectoribus. Non doloribus asperi: sed p̄ dulcis amoris cauterio vulnere. De quibus ipse non semel: sed iterum ⁊ iterum gloriabūdus ⁊ exultās dicit. In nomine dñi q̄ ultus sum in eos. Uere igit̄ potens ⁊ paucis sagittis orbem domuit: seq̄z de tot aduersarijs ulciscēs: tot animas duci hostium eripuit. Uere acute sagitte que facili iactu durissimis adhesere p̄cordijs. ¶ Carbones v̄o desolatorios seu uastatores. utrūq̄z enim in antiquis codicibus lectum est: quid aliud putem/ nisi ardentes ⁊ ignitas animas eorum qui uos in hoc sancto ꝓposito p̄cesserūt. Sepe cui uerba non ꝓderant: exēpla ꝓfuere. Puduitq̄z non sequi: cui nō credere non pudebat. Tāto uehemētior aculeus est actuum q̄z v̄borum. ¶ Aduersus igit̄ linguam dolosam ne accipiti cuspide tenerum cor trāsfigat: duo hec strata remedia sunt. Sagitte potētis acute. Si iste forte non sufficiat: carbones desolatorij. ¶ Dicaz aliqd ne res careat exēplo. In primis meditare tu quisquis in hoc statu es: q̄z dolosa lingua circūstrepit. Q̄z potens est qui tibi hūc aium dedit. Q̄z facile illi sit qđ inspirauit fouere: perficere qđ incepit. Audis illam ueris falsa miscētem: ne si falsa sint oia: pariter respuaṁ. ¶ Dicet cave ne q̄z timeas: ne cui te submittas. Nil libertate meli⁹: liber esto. Quid uano terrore: qd humili seruitute deijceris? Rñdebis ꝑmuz ore Mosayco: deinde per seipsam viua vitas ut dñm deum tuum adores ⁊ illi soli seruias. Nec tm̄modo viri: sed ⁊ mulier vidua deuz alloquens: tibi seruiat ingt omnis creatura tua. Propheta autem rex ⁊ reges ⁊ oia seruite dño cui seruiēdum est nunc in timore nūc in letitia denunciat Illi igit̄ ⁊ ego seruiam letus ac metuēs: cui sic seruiēs liber ero. immo v̄o cui seruiēs regnabo. ¶ Dicet iste seruitus aspera. iuguz graue. Respōdebis autem. Dñs meus tam uerax q̄z tu mendax: cōtrarium clamat. Jugum suum suaue ⁊ onus suum leue. ¶ Dicet iste. tu peccator fragilis ⁊ mortalis. Respōdeto. At dñs meus fortis: sanctus ⁊ immortalis. Si fatiger: illi herebo. Illius in gremio conquiescam. Habet ⁊ fatigatio noluptatem suaz. Et gratiorem efficit quietem. Sunt qui fatigationem exercitio querāt. Siquid sane me impulerit: in illum ibo. Ille immobilis fixus: infatigabilis ⁊ mei amās nō se auertet nec corruam. Si in illo confidam: non erubescam. neq̄z me irridebunt inimici mei. ¶ Ad diuina deinde cōsilia te cōuertes: teq̄z ipsius Christi uerbis armabis. Audies enī ab isto ꝓnunciatas huius vite molestias ⁊ labores ⁊ pericula ⁊ scandala: ⁊ quicquid in hoc cursu temporum patiēdum tibi est. Audies ab aduerso melioris vite ꝑmia atq̄z solatia in finem ꝓmissa laborantibus. hoc tibi daṫ ⁊ opponiṫ ad linguam dolosaz Sine hoc qdem satis est. sed penetrabilior aduersarij cuspis: urgere non desinit: ⁊ peccatorum cumulos ⁊ fragilitatem ꝓditiōis ingerere: ut iter durum tēpus asperum ingēs sarcina: tu delicat⁹ mollis: infirmus: eger: adolescēs: senex. Hi enīz omnes

Lib-tas

sibilli sunt: lingue dolose: qd laboras: seu quo pgis quid uel tam mane ꝓoccupas uel tam sero aggrederis. Haude potius duz licet: de futuro videt fortuna. Quotiēs istis urgemini fratres: neq̄z ad defensionem uerba neq̄z acute sufficiūt sagitte: tamē demonum carbones desolatorij in medium ꝓferātur. Ego ne feminis ac puellis infirmior: que sepe nō exiguum laborem ut ego: sed tam multa terribilia ⁊ terribilium extremum alacres p̄o Christi nomine sunt ꝓpesse. Ego imbecilior Gregorio. delicatior Arsenio: uoluptuosior supbiorq̄z sum regib⁹ ⁊ filijs regum: qui totiens ꝓpter Christum regna ⁊ regnorum delitias sepe etiam spiritum contempserunt. Non hoc iter primi non ultimi agitis. habetis ⁊ uos ꝓpositi uestri duces. Habet enī ut Hieronymus vnusq̄sq̄z ꝓpositi sui principes. Romani duces imitenṫ Camillos: Fabricios: Regulos Scipiones. Philosophi ꝓponant sibi Pythagoram Socratem ⁊ Platonem Aristotelem. Poete emulenṫ Homerum: Uirgilium: Menādrum: Terentium. Historici Thucididē: Salustium: Herodotum: Liuium. Oratores Lisiam: Graccos: Demosthenem: Tullium. ¶ Et nūc ad nr̄a ueniamus Episcopi ⁊ p̄sbyteri habeāt in exēplum apostolos ⁊ apostolicos viros: quorum honorem possidentes: habere nitanṫ ⁊ meritum. Nos autem habemus ꝓpositi nr̄i ꝓncipes Paulum: Antonium: Julianum: Hilarionem: Machariū. Et ut ad scripturarum ueritatem redeamus: noster ꝓnceps Helias: noster Heliseus: nostri duces filij ꝓphetaruz. Eqdem fratres hij sunt nr̄i duces qui Hieronymi duces erāt. Insup ipse Hieronym⁹ ⁊ Augustin⁹: ⁊ Gregorius: Et oino quisq̄s aliquādo hactenus ꝓrimi amore solitariam atq̄z heremiticam agens vitam religioso ocio claruisse noscit̄: dux ⁊ comes hortatorq̄z ⁊ adiutor noster est: ⁊ exēplum sui seu batillum quēdam offert uobis faste p̄essis aut fessis itinere. Quāobrem siqs est iunior Paulus primus heremita: Antoniusq̄z ⁊ Hilarion ad memoriam reuocādi erunt. Quorum ꝑmus sextumdecimum: secūdus vigesimum. tertius v̄o qntumdecimum etatis annum agēs in solitudinem perrexit: mundūq̄z deseruit. Siquis senior: idem illi añ oculos habēdi. sed perseuerātia in primis estimanda: ⁊ iungēdus principio vite finis. Egbus Paulus ad tertiumdecimum atq̄z cētesimum. Hilarion ad octogesimum annum in isto sancti ac religiosi ocij feruore peruenit. ¶ Non est animus reliquos hic nominatim attingere: quorum nomina in secūdaz solitarie vite partem congessisse video. Inde ergo uel aliunde: q̄z quisq̄z laboribus suis aptissimum senserit: ducem legat: cuius vite atq̄z exemplis insistens post regis nostri uestigia secum pgat. ¶ Et siquis forte diffidit idem posse: ⁊ Christi bellis indomitorum sanctis imitatio difficilis videtur. An non succurrit ⁊ hos prius fuisse pueros q̄z senes? An p̄terea q̄ puelle ⁊ infirmi ⁊ educati in purpura potuerūt: non poteritis. quasi v̄o uel hij molles uel durati viri illi quicquid in se potuerint ⁊ nō in illo potius qui eos confortabat in quo se posse omnia gloriabaṫ ap̄lus. An v̄o senect⁹ ab honesto retrahet ad qđ uel sola possit ipellere: dū cogitare ceperit viator diei ultimum. breue iter ac deuexuz hospitium ꝓpe esse: paratāq̄z cum labor̄ fine mercedem. An Victorinum tenuit senectus quo min⁹

Boni duces

Victorinus

spretis oĩbus:atq; in primis illa tãta litterarũ gloria:qua tam lõga etate floruerat:dimisso magisterij honore:ppter Christum quem aut añ non nouerat:aut forte contẽpserat mori non timeret paganus iuuenis ⁊ paganus senex. Sed decrepit⁹ christianus:felix qui totius vie deuium ⁊ longe lucis errorem facili compẽdio correxit ad uesperam. an vo cõscientie põdus in despationem auget:aut oppimet memorãtem:Quot bñficiorum dei immemor Dauid. quãtaq; sceleruz mole obrutus nõ desperãdo misericordiam consecutus est? Quantus persecutor Christi:Paulus:quãtas persecutiones propter Christum pertulit? Quãtus uere fidei oppugnator Augustinus? quãtus eiusdem fidei propugnator euaserit? Qõ Maria mulier in ciuitate peccatrix:in ciuitatem inq; non dei quam peccatores non inhabitãt. sed mundi:nonne de ciue babylonica celestis hierusalez ciuis effecta est? Ideoq; per misericordiam reformata:ut deletis impudicitie maculis:post genitricem Christi solam. primuz apud nos inter virgines obtinuisse videaĩ locum: Argumẽtum euidens q̃q̃ irreparabilis sit ipsa vginitas:penitẽtia tamen ⁊ lachrymis virginitatis gloriam reparari. Et uerissime dictũ esse:Cui plus dimittit plus amari. Humanus anim⁹ quasi ager ubi herbe inutiles neglecta soli ubertate luxuriãt. recipiendis alẽdisq; seminibus uerborum dei purgaĩ opportuno atq; utili reparaĩ incendio. ¶ Ne hec tñ cauenda nobis opinemini. Innumerabilia sunt aduersus que semper armatum ⁊ intẽtum cẽ aium oportet. ¶ Ad summam enim quicqd cõtrarium rationi uel auditis ab alio uel in silentio cogitatis lingua dolosa est. vitate dolos. Insidias declinate. eoq; vigilãtius quo coloratiore rõnis pallio tegit sermo:uel cogitatio uenit in animũ cuius piam. Qõ ipsum magnis sepe viris accidit:nõ ut ab hoste:sed ut a dño signum petãt. Ne nimiuz infidie patentes sint. Sit ppterea metienda natura. parum sibi fidei esse. Sed a domino q̃ ipsum diffidentie cõsilium:⁊ odio dignum est. Nihil est enim aliud q̃ deum tẽptare. Absit hoc a uobis fratres. Non simus ex hijs quibus dictũ est. Generatio mala ⁊ adultera signum querit:⁊ signum non dabit ei ⁊c. ¶ Optat aduersarius noster non ut discam⁹ cui ignorãtia nostra gratissima. scire nostrum permolestum est:sed ut secum cõfundamur: Qui audiuit a domino. Uade retro sathanas. Scriptuz est enim. Non tentabis dominũ deum tuum. ¶ Uult ut domino nr̃o a quo ⁊ per quem ⁊ in quo sumus sine pignore non credamus. immo egdem ut mille pignoribus acceptis:noua supuacua ⁊ nocitura poscamus:quo illuz scilicet uanis suspitionibus iritemus. obdurãtes corda uestra sicut in exacerbatione fm diem tẽtationis in deserto:ubi tẽtauerũt eũ patres uestri pbauerunt ⁊ viderunt opera sua. Hoc in nobis uelut oblit⁹ hostis suggerit quod in patribus nostris acerrime vindicatum cẽ meminimus. ¶ Hortaĩ ut pristinam futurorum anxij quaram⁹:que nec possibilis est homini: nec necessaria pfecto nec utilis. Et si possibilis foret que non exquar:ne minimus sim tũ in eo presertim libro quez de diuinatione composuit elegãter a Cicerone tractata sunt. Et post eũ a Fauorino philosopho multe facũdie atq; doctrine. Sed iste uos augurũ atq; aruspicum:aut qualibet arte diuinãtiuz hoc seruientium seruos cupit. Horum tamen oium facillimus est contẽptus:recolentibus scriptum esse / q̃ multa hois afflictio qui ignorat preterita ⁊ futura nullo scire põt nuncio. Et eodem libro. Omnia in futurum seruanĩ incerta. Et eodem. Ignorat homo quid ante se fuerit:⁊ quid post se futurum est: quis illi poterit indicare? Quem secutus Statius Quid crastina uoluet etas:scire nephas hominuz ait. De qbus omnibus Actianum illud probo. Nihil inquit auguribus credo qui aures uerbis dicãt alienas:suas ut auro locupletẽt domos. Nec minus pacuuiana placet irrisio. Nam si que uẽtura sunt inqt prouident eqparerentur Jou. ¶ Nõ est hoc fratres fidelis ac deuote anime postere seu etiam cogitare. Sufficiat nobis apostolos atq; sanctos vidisse que credimus. Nos in illis viris contra calũnias imperitorum ⁊ cõtra terrene argumẽta sapientie dicebamur. Nos illorũ instruxit aspectus. Nos erudiuit auditus. Nos confirmauit tactus. ¶ Gratias igiĩ agamus diuine dispensationis sanctorum patrum necessarie tarditati. Dubitatum est ab illis ne dubitareĩ a nobis. hec Leo papa. ¶ Sufficiãt nobis quoq; vulnera martyruz ⁊ inde perfluẽs sacer sanguis. vnde descripta pijs in mẽtibus fides nr̃a est:cuius nisi pignus idoneum accepissent:nunq; tam intrepidi ⁊ tam leti ad supplicia ⁊ interitum festinarẽt. Houerimus inqt ga non sine magno discrimine de religionis vitate disputamus:q̃; tantorum sanguine confirmatam esse videmus. Magni piculi res est si post ppbetaruz oracula:post apl'orum testimonia:post martyrum vulnera ⁊ ueterem fidem quasi nouellam discutere presumas:⁊ post tam manifestos duces in errore pmaneas. ⁊ post morietium sudores ociosa disputatione cõtendas. Ueneremur in sanctoz martyrum gloria fidem nr̃am. hec Maximus. ¶ Nos autem qui miracula postulãt quoz ridiculis uotis ac uocibus usq; ad nauseam plexi sumus nõ taz p̃sentis aut futuri auidos q̃ p̃teriti incredulos:⁊ fidẽ quã negãdo nõ audent:optãdo ⁊ dubitãdo minus apte qdem:sed minus impie dãnare. Nos autem siue nr̃is tpibus miracula fuerint:agnoscam⁹ summum ⁊ solum mirabiliũ auctorem. Siue non fuerint ⁊ eo amplius eidem gr̃as agamus:qui ita fidem stabiliuit:ut iam sine miraculis crederemus Augustinus ait. Unde ergo tãta fide Christ⁹ usq; quaq; canit in celum cum carne sublatus. Deinde Ciceronianis ut sepe solet vbis ad p̃sidium nostre sentẽtie usus. Ut vnde inqt tpibus eruditis ⁊ omne quod fieri non põt respuentibus sine ullis miraculis nimium mirabiliter incredibilia credit mundus:an forte credibilia fuisse:⁊ ideo credita cẽ dicturi sunt. Cur ergo ipsi nõ credunt? ¶ Ad postremum cõcludens ualidissime suo more. Breuis est inqt igitur nr̃a complexio. Aut incredibiliz rei que non videbaĩ:alia incredibilia que tamẽ fiebãt ⁊ videbanĩ fecerũt fidem. Aut certe res ipsa credibiliz ut nullis qbus persuaderei miraculis indiget. Ita istorum nimiam redarguit infidelitatem. Que cuz ita se habeãt:prius a cõsortio demonum abstinenduz dico. Nota qdem mẽdacis hois pena est ut ei ueritas non crediĩ. Quis igiĩ huic fiat in quo veritas nulla est:vna securitas auerti. Qui nil mẽdaci crediderit:mendacio non falletur. Uacate ergo: nihil est melius.

Dauid

Stati⁹

Actius

Pacuius

Leo papa

Maximus

Aug⁹

Cicero

Fauorinus

Am satis ut arbitror quãtum inter has an
i gustias datum aduersus maioris nr̃i ho-
stis insultus Christo duce certatuꝫ est. Su
perest ut hijsdem auspicijs ꝛ cõtra reliquos cõfli
gamus. Quoꝝ ꝑmus mundus hic erat. Cuius ut
blãda frons ꝛ supficies decora: sic dura ultima ꝛ
feda intima ꝛ nulla fides aspectui est. Nihil oium
que pollicet implẽti. Et ab huius quoqꝫ fallacijs
põpisqꝫ terrestribus uacãdum cẽseo. Que cuꝫ sint
innũabiles vnus oium est finis: fugiẽdo decipere.
Fuistis in seculo mũdiqꝫ blãditias uel expti oẽs:
uel uestrum aliq: nostis ut reor: q̃ nihil in hijs soli
dum aut stabile. Sed has lingua dolosa: ṽbis iani
bus attollit. magnũqꝫ eẽ aliqd cõtendit q̃ uel obli
tas circũuẽtura alias uel memoriã ablatura. Jtaqꝫ
uanitates qbus adolescẽtia uel iuuẽtus olim renũ
ciauerit: sepe senio occurrant ꝛ recurrant ꝛ icurrãt
Et blãdo murmure querule ubi nos ingunt dimit
titis. ¶ Nijs ardorib⁹ atqꝫ hijs animi motibus rñ
dete illud. Qṽ nihil est uerius. uanitas uanitatum
ꝛ oia uanitas ꝛ afflictio spũs. ¶ Nec ille regno ꝛ in
gẽti fama sapiẽtie clarus vir aiebat. Que uob fra-
tres multa lꝫ rerum imparitate cõuenerat. dicat er
Salo- go pro se qsqꝫ uestrũ. Ego quoqꝫ sil'ia ꝛ cogitaui.
mon Neqꝫ enim monachus suꝫ. De seculo ueni. Baby-
lone vsatus sum. Nõ potes me mũde decipe: Exp
tus noui te. Et ꝑterea magni ducis exẽplũ habeo.
Uãitas Nõ fui rex ut Salomon: neqꝫ ut iste supgressuꝰ sũ
oia sub opibus oẽs qui fuerũt añ me in hier'm. Sed fui
sole vnus hoium occupatorũ ꝛ vite agẽtiũ ꝛ de te spe
rãtium. Qṽ ergo credo iam tãdẽ expiẽtie: nõ tibi
Nam ꝛ ego cum exprectus eẽm: cũqꝫ post Salo-
monem cõuertissem me ad vniuersa que fecerant
manus mee: ꝛ ad laborem in quo frustra sudaue-
ram: vidi in oibus uanitatem ꝛ afflictionem spũs:
ꝛ nihil ꝑmanere sub sole. ¶ Unanimes in Christo
fres mei mũdo fallaciter blãditi acutas huiusmo
di sagittas obijcite. Nõ hic multis est opus. pũtez
statum uestrum scitis ꝛ ꝑteriti meministis. Et nisi
quo nihil est ab ingenio nobilium viuacitate semo-
tius: fucum aut phaleras potius q̃ medullã reruꝫ
extiatis admonẽdi a me uel ab alio nõ estis. Nul-
la palatia uestris cellis. Nullas põpas ur̃e humili
tati: nulla impia: nullam peccãdi licẽtiam uestre in
nocẽtie. Nullos rerum tpalium q̃uis oposissimos
appatus: uestro ocio. nullas epulas uestro ieiunio
nullas deniqꝫ purpuras uestro cilitio compari. Si
nite igit̃ gl'iari alios in purpureis amictib⁹ in mar-
moreis palatijs ꝛ pitura potẽtia. Jn uẽtosis hono
ribus. Jn uoluptatib⁹ blãdis. Jnqꝫ alijs qb⁹ baby
lonici tumẽt ciues. uobis si ad eternã ꝑtinetis hie
rusalez: absit gl'iari nisi in cruce dñi nr̃i Jesu Chr̃i
per quez mũdus crucifixus est ꝛ ipse mũdo. Quẽ
nũc etiam si blãdit̃: spernite: nolite credere. Men-
dax ꝛ ipse est sui ꝑncipis exẽplo. Qṽ si qñ aliquid
mũdus idem cuius spẽs exterior pulchra est rõne
sopita: sensibus psuadere tẽptauerit: cum qbus illi
familiaritas ingẽs est: excitate rõnem sensusqꝫ cõ-
pescite ꝛ clamate. de terris celeste ꝑsidium iuocan
tes. Clamate oẽs: clamate singuli: saluũ me fac de
us qñ intrauerũt aque usqꝫ ad aiam meã. Haz qd
oro aque fluẽti similius: q̃ res hoium sine fine uo-
lubiles: ubi sunt queso letitie breues ꝛ inanes illo
rum oium qui se ab ipsa mundi origine ad hoc tps
uoluptatibus fedis ꝛ curis inutilibus dederunt.
Nẽpe ut iste delapse sunt ꝛ in nihilum vse: sic pre-
sentes dicto citius: cum suis amatoribus collabun
tur. Et ut ait psalmographus. ad nihilum deueni-
ent tanq̃ aq̃ decurrẽs: ꝛ sicut cera que fluit afferẽ
tur. ¶ Nec sunt flumina babylonis quoꝝ meminit
scriptura. videlicet lapsus: instabilitas: ꝛ fuga rex
tpalium: ad babylonis ius spectãtium: nõ ciuitatis
regie: cuius incolarum pedes stãtes erãt: in atrijs
tuis hier'm. Nam qd est aliud babylon: nisi cõfu-
sio: aut qd mũdo cõfusius ꝛ amicis suis qbus ad
lr̃am illas inferni fabulas applicari posse si dixeri
nouam forte rem dixero sed ni fallor ueram. ¶ Js
aioruꝫ status: ea fluctuatio vite est: ut tartareis ua
dis oibus immersi ꝛ de vno quoqꝫ nacti aliquid.
De lethe: obliuionem nãe melioris. De flegetonte: Inferni
irarum estus atqꝫ cupidinum. De acherõte: infruc- cruciat⁹
tuosam penitẽtiam ꝛ dolorem. De cochito: luctus poetici.
ac lach'rymas. De stigio inimicitias atqꝫ odia lar-
giter hausisse videanẽ. Nec ꝑsens supplicium mo-
ribus desit. Quippe quos tãtali sitis excruciet: la
phitarum silex exterreat. Saxum sisiphi fatiget.
Ticij vultur rodat. yrionis rota ꝑcipitãs circũuol
uat. Jta nihil in eis nisi cõsiliorum circuitus ꝛ flã-
me libidinum ꝛ tenebre iudicioruꝫ: ꝛ instabilitas
actionuꝫ ingetam ꝛ turbidam efficiũt vitã. Quid
magis ꝑdest homini q̃ eo labẽte mundus stat? q̃
q̃ ne is qdem si uerum fateri uolum⁹ manet? Sed
lꝫ occultius suuꝫ ꝛ ipse pgit ad finem. Qṽ urbes
in qbus nascimur ꝛ nutrimur euo plixiore perdu
rãt. quas tñ ꝛ senescere cernimus ꝛ pire. Nec ul-
la urbs imortalitatem speret: cum caput urbiuꝫ vi-
deamus eẽ mortalem. ¶ Eqdem ut pueris nouiti-
isqꝫ uestris placeat ista lecturis: nõ inelegãter illo
ait Prosper. Nam mihi qd ꝑdest q̃ lõgo flumina Prosp
cursu: semp inexhaustis ꝑna ferunt̃ ags. Enume-
ratisqꝫ alijs ad hũc modum intulit. Jsta manẽt ue
stri sed nõ mãsere parẽtes. Exigui vitam tpis ho-
spes ago. Cogitate nũc ꝛ ante oculos ponite ciui-
tates quas ihabitastis. sed sic illas cogitate: ne de
sideretis. Amẽs est enim qui in portu positus desi
derat tẽpestates. Gaudete pot⁹. salua puppe uos
nudos e tãto naufragio euasisse: ꝑteriti nempe dis
criminis memoria suauis: desiderium insanũ. Co-
gitate quales erãt dum inter accolas: oẽs eniꝫ ma
gna ex parte referunt̃. Per illarum plateas ac por
ticus errabatis. Jn tẽplis nõ orãdi aio. Jn foro nõ
mercãdi studio: sed spectaculis occupati: ut si vide
retis ꝛ videremini ꝛ placeretis oculis insanorum
despectatoris eterni oculis cũcta cernẽtibus non
curãtes. ¶ Fugite ṽo nũc uobis reditum ad easdẽ
urbes. Rogo qd suspicamini. Reuidebitis forsitã
notas turres. recognoscetis antiq̃ menia: q̃uis ꝛ
illa iugiter ruãt. durabit utrũq̃ spẽs locorum. Jn-
tus labent̃ flumina. Stabũt montes. Querite no-
tos habitatores: nescio quomodo ꝑpe oẽs abie-
rũt. Magnus uos habebit stupor: eãdem simulqꝫ
aliam ciuitatem ingressos: ut dicatis cum Heracli Heracli
to. Jn eãdem ciuitatem bis intramus/ ꝛ non intra tus
mus. Certe ego qui peccatorum vinculis in mũdo
uelut in carcere adhuc suꝫ: Ciuitates ueteres pro
spiciẽs agnoscere video: ꝛ easdem ingrediẽs nõ
agnosco. Trãsite autem regum põtificumqꝫ pala-
tia. Ante limina ciuium supborum quos familiari
ter nostis. Muri forsan adhuc senio resistunt. Jpsi
autem quid: pulsa: uoca: roga. Si absunt: expecta

paululum dum redeant. ¶ O terribiliter inter afflictiones suas simplex ⁊ rectus ille vir dixit. lignū habet speciem. si precisum fuerit rursum virescit ⁊ rami eius pullulant. Si senuerit in terra eius radix ⁊ in puluerem emortuus fuerit: truncus illius ad odorem aque germinabit: ⁊ faciet comam q̄si cum primum temptatum est. speramus forte ut eadem conditio nostra. ¶ Heu q̄ dissimilis est. Sequit enim homo vo cum mortuus fuerit nudatus atq; psumptus ubi queso est? Respondeant amatores seculi Job Ubi sunt patres eorum. si tacuerint Job ipse respō deat. Quomodo si recedant inquit aque de mari: ⁊ fluuius uacuefactus arescat: sic homo cum dormierit non resurget. ¶ Leterum ne hijs vbis spes nouissime abscideret: addidit. Donec atteratur celum: non euigilabit nec cōsurget de somno suo. In terra fratres irredituri abeunt huius terree dom⁹ habitatores. Itaq; dilecta hostia preterita quos ibi reliquistis: inquirite. ignoti hospitis supercilium occurret. In limine horror comas eriget: herebitq; uxor faucibus: cum audieritis more suo: de opibus fortunam. de suis mortem lusisse mortalibus. Et ut in aque metaphora perseuerem: pulsabit animus illud eiusdem Job. fratres mei preterierunt me sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Credite mihi experto. Dilecte olim ciuitates hodie sui odium ⁊ horrorem inuterent. Adeo mutata omnia ⁊ nihil eorum que ualde placuerant tale est aut omnino supereſt. ¶ Quere rem de maioribus. De Julio Cesare. de Tyberio. de Gaio. de Nerone. de Uespasiano ⁊ Tito atq; Domitiano. de Seuero. de Diocletiano. de Cōstātino. ¶ Sed efficacius animos tangunt exempla que vidimus. Bonifacius viij. romanus pontifex: uerus populorum ⁊ regum: atq; ut dicitur orbis stupor. Quem nisi fallor uestrum aliqui viderunt? Ubi successores eius quos proculdubio vidimus. Joannes: Benedictus: ⁊ Clementes duo. Ubi Romanorum imperator Henricus? ubi Philippus rex francorum pulchri cognomen ex re nactus. Quem cum formosissimis filijs patri q̄ simillimis: qui eidem ex ordine successerunt: tam immatura mors rapuit ut omnium non tam vita videatur fuisse q̄ somnium. Ubi Philippus alter regis huius pater: alio filio fortunatior q̄ illum tumulus habet: habet carcer. Ubi Hispanie rex saracenorum modo terror ⁊ fidei clypeus occiduis obiectus insultibus. Ubi denique galliarum decus: ⁊ Italie ornamentum siculus rex Robertus: sub cuius temporali regimine eterno regi seruientes, q̄ suauiter quieuistis insecute laborum iudicant procelle. Et sileo nō tm̄ regio fastigio minores: sed plurimos quoq; regum ne sim longior. Querite uos de istis ubi habitant: ostendentur uobis exigua sepulchra exornata ingenijs artificum forte etiam gēmis auroq; micantia: ut est ambitiosa nō modo vita hominum: sed mors: viuent impario lapide imagines defunctorum. Fm istud principis poete. Uiuos ducent de marmore vult⁹. Sed ipsi queso ubi sunt epigrāmata quoq; magnifica ⁊ tituli altisoni sed inanes quos qui legis obstupeas. ¶ Sed subsiste obsecro dum limen extreme domus panditur nouа subeunt spectacula: nouus stupor. heu q̄ uel cinis exiguus: uel ingens copia: seu uermium seu serpentum. O inopina mutatio. O multum discolor rerum frons. Ubi nunc satellites armati? Ubi puellarum greges? Ubi Ganimedes regius ad poculum deputatus? Ubi coquine artifices ⁊ callidi sectores altilium? Ubi purpurea uestis ⁊ ostrum substratum pedibus. Et sertum ebur trabibus. Et compedes aurea frena mandentes? Ubi supellex curiosior ⁊ uasa: ⁊ damascenorum labor artificum ⁊ alia in uasis aureis extantia? Ubi taolimum atq; abaci ⁊ cupressō atq; ebeno crustate dom⁹? Ubi spectacula? ⁊ cantus? ⁊ epistole terre? pelagiq; visceribus erute? ⁊ vina alio procul a sole uenientia? Ubi tot lenocinia uoluptatum: luteiq; corpusculi tanti ornatus: ⁊ uertex diademate indians. ⁊ baltheo rutilante succinctus uentriculus. Et stellātes digituli spolijs indici lictoris ⁊ sculptorum ingenijs. Ad postremum ubi cōiunx imperiosa: ubi imperiosa? Ubi filij sicut nouelle plantationes ⁊ filie circumornate ut similitudo templi: que blando nuper attractu ⁊ dulcibus osculis non duraturi penis colla mulcebant. O flebilis ⁊ infelix transformatio. Omnia in uermes inq; serpentes, omnia tādem in nihilum abiere. Hec equidem nisi fallor fructuosior anime visio contemplatioq; funeris q̄ illa cuius ut de legibus Licero meminit: ubi ait. sibi delectabiles non tam athenas operibus magnificis exquisitisq; antiquorum q̄ recordatione summorum virorum. ubi gsq; habitare. ubi sedere. ubi disputare esse solitus adesses eorum sepulchra studiose contemplari. Valet hoc fateor ad ingenium excitandum. Habet enim emulatio calor ingens. Juuatq; magnanimum ⁊ precedentibus ⁊ sequētibus se conferre maximum quendam ⁊ paulominus incomparabilem virum. Id dixisse legimus maximo cui istud accidere animo sertum se habere ut se non cum presentibus modo: sed cum omnis eui claris viris compararet. ¶ Illud aliud spectaculum horrendum: sed efficacissimum ad salutem. Apertio. s. sepulchrorum precipueq; recentium eo q̄ magis si sint hominum notorum: dum ueniunt scaturigines dum instar sparsa cernūtur. dumq; ossa suis mota sedibus: consumpte nares: commulsi dentes: oculorum specus limo obsitum: ceno concreta cesaries. ¶ Et o bone Jesu quanto periculosius est quod latet. Quid enim nouit talis corporis qualis est anima ⁊ quali ubi misericordiaꝫ inuenerit habitaculo sit recepta. ¶ Equidem Adrianus imperator curiosissimus litterarum quid de anime recedentis itinere formidaret: paucis expressit. que placet inserere: ut ⁊ sententiam tanti principis ⁊ affectum iudicent: qui sub extremum vite spiritū dū alij plorant dictet. ⁊ quando nullus est fingendi locus haud dubie sic loquitur ut in animo est. Aiam enim ipse suam in morte alloquens sic ait. Animula uagula blandula hospes comesq; corporis que nunc abibis in loca pallidula rigida nudula. Nec ut soles dabis iocos. Parum ne queso prospicue quid sentiret ⁊ quid timeret aperuit. O si principibus talis est mundus non durat. Et si talis est exitus: qualem putemus esse alijs quibusue vita quidem ipsa suo quotidiano labore pmittitur. ¶ Sed in vita homines hec audiunt quibus natura insitum est animos quantum possunt ab amara ⁊ mesta cogitatione deflectere. ⁊ ea sibi fingere que delectent non que crucient. Itaq; cum medijs in erūnis senuerint: adhuc sibi iam a tergo: relicte vite fe-

Job

Licero

Lada uer boil

Bonifacius viij. pōtifex romanus

Hō moriens

licitatem ſpondere non deſinunt:tanta uotorum p
tinacia eſt ut expectare malint quod fieri non poſſe
ſcint:q̄ quod eſt ferre fortiter ⁊ prudenter aduer-
tere. Qua in re innumerabiles falluntur:ſiue ut ue
rius dicam ſcientes ⁊ uolentes delectabilem in er
rorem incidunt. Et ſeſe fallendi ſtudio ultro inhe-
rent:nec niſi flentes ⁊ coacti a placitis ꝫ falſis opi
nionibus euelluntur que ſunt multe. ¶ Sed omni
Licero um ſumma eſt illa a Licerone poſita in tuſculano.
q̄ metelli ſperat ſibi quiſq̄ fortunam. Illa maior
periculoſiorq̄ demētia:q̄ nec conditionem natu-
re:nec tot aſſidue exemplis inducimur:ut de mor-
te cogitemus. non credo quia prorſus mortalitatiſ
⁊ imbecillitatis obliti ſim⁹. ¶ Sed iuuat oculos
auertere. nonne in eodem videmus quaſi nō ſit tu-
tius aduenientem hoſtem proſpicere q̄ conniuen-
tibus oculis expectare:duz feriat: Fragilitas que
daz adeſt omnibus nota niſi diſſimulet. Mors au
tem inſtat ac properat:ſed nobis dilatione blandi-
mur:cum illa ſit in foribus ne dum ſeni ſed auuncu
lo. Quippe q̄ vite breuitas vicinam: incertitudo
autem ſemp ceruicibus impēdentem faciat. ¶ Le
terum ergo clara uoce teſtatur q̄ qui nunc uolētes
utiliter de morte non cogitant:cito nolentes quod
ualde uereor inutiliter cogitabunt. ¶ Huic tādem
articulo finem pono. Fruſtra nitimini. Ne quicq̄
fratres per uos ipſos aſſurgitis: Non eſt opus vi-
rium ueſtrarum pondus carnis ſordidum ⁊ graue
animam miſeram imbecillem mole ſua p̄mit ⁊ ſuf-
focat. Ea nobis iugis ⁊ perdifficilis lucta eſt. Re-
liquiſtis enim diabolum ac mundum: ⁊ utrūq̄ ſa-
Licero cre domus obſeratis foribus excluſiſtis. Bene Li
cero ergo reipublice de animo ad celi aſcenſuz agi
li. Id enim inquit ocius faciet ſi tamen iam cū erit
incluſus in corpore:eminebat foras ⁊ ea que extra
erunt contemplans q̄ maxime ſe a corpore abſtra
hat. ¶ Tale eſt quod ⁊ diſſugi a corporibus: ⁊ ea
tanq̄ peregrini incolere iubemur. Tale demuz eſt
⁹Plato utile ⁹Platonicum iſtud in phedrone. Nil aliud eſ
ſe philoſophiam niſi meditationem moriendi. ubi
due deſignantur mortes. Altera nature. Uirtutis
altera. Quarum prima nullatenus nec accerſendā
nec timendam:ſed equo animo expectandā. Quo
genere moriendi noſtri precipue ubi ſunt uoluptā
tum ⁊ cupidinum omnium obliti ⁊ ita viuētes in
corpore quaſi iam membrorum ergaſtulo euaſiſſent.
¶ Huc ergo doctrina philoſophorum exhor-
tatio referenda. Uere enim carnem propriam lin-
quere:ubi nature imperio:hoc eſt morte non licet.
Et dum viuimus:quocunq̄ fugierimus illa nos ſe
quitur:ubicūq̄ latuerimus illa nos inueniet. ¶ Ita
q̄ nulla inde homini requies. nulla uſq̄ ad ultimū
ſecuritas conſumata. Siquidez uanitates quibus
adoleſcentia uel iuuentus olim renunciauerit:ſepe
ſenio occurſant ⁊ recurſant ⁊ blādo murmure que
rule. ubi nos inquiunt dimittis? Ad quaſ decetero
nullus eſt reditus. ubi uos ſperatis an ubi nō ſom
nus:non eſca:non nuptie. Quin fruimini duz licet
Ne ue tempus indultum perdite quod perbreue
tum uelociſſime labitur. ¶ Ad illum qui ſolus po-
tens eſt ſuccurrere in hoc inteſtino ⁊ domeſtico p̄-
lio clamandum eſt. Ille ſuppliciter exorandus ut
nos liberet de corpore mortis huius. Unde meri-
tum hominis non liberat:ſed gratia dei ſolius:cui
nihil ne dicam impoſſibile. Sed ne difficile quidē
eſt. Ita ergo cum apoſtolo recurramus ad fontem
gratie:ne in noſtra ariditate pereamus. Quin ⁊ cū
eodem illo ſapientie tractatore quem ⁹Philonem
hebrei opinantur:per quem continentiam domini
dei eſſe didicimus. per ſapientiam dei fratres in p̄
ſenti certamine carnis ueſtre roborabimur: ⁊ victo
res erimus ⁊ ab omni corruptione purgabimur:
corrigemur:ſanabimur. hec eſt via qua gradiendū
eſt uobis ut carnem quam relinquere nequiuiſtis
ſubiugare poſſitis. ¶ Multa quidez fratres baby
lonis flumina nouimuſ magno tranſuadenda peri
culo in quorum tranſitu noſtri ducis dexteram po
ſcentes chriſtiano ore poeticum illud exclamemuſ
ad inuictum uere quod ad ſuum uere victum ⁊ p-
fugum ille naufragus apud Uirgilium exclama- Uirgi⁹
bat. Eripe me his inuicte malis. da dextram miſe-
ro: ⁊ tecum me tolle per vndas. ſedibus:ut ſaltem
placidiſ in morte quieſcam. ¶ Fluit inquit Licero
uoluptas corporis ⁊ prona queq̄ auolat ſepinſq̄ Licero
reliquit cauſam penitendi q̄ recordandi. ¶ Qui-
dam inter hec heſitet fratres mei:an erubeſcē ma-
lit an ſanctificari:an ſtipendium peccati mortez eli
gat:an eternam vitam. Q̄ ſi in optione horum ne-
mo dubitat:nec in eo dubitare conueniet an carni
an ſpiritui ſit parendū:cum inde corruptio ⁊ mors
hinc ſanctitas ⁊ eterna vita proueniat. Cato. Lo- Cato
gitate cum animis ueſtris inquit ſiquid uos per la
borem recte feciſtis. labor iſte cito a uobis recedet
benefactum a uobis dum viuitiſ non abſcedet. Si
qua per uoluptatem nequiter feciſtis:uoluptas ci
to abibit. Nequiter factum illud apud uos mane-
bit. Melius quidem ait ſemper q̄ quod ante dixe
rat dum viuitis ⁊ preſertim apud uos quibus per
ſuaſum eſt opera viuentium mortuos ſequi:nec pe
nas aut premia morum. ¶ Itaq̄ fratres mei hic
maxime uel apoſtolici p̄cepti:uel philoſophici con
ſilij memores inſiſtamus. Cogitet ſecum quiſq̄ ſi
quid virtuoſe geſſit in vita:q̄ illum gloria ⁊ quan
ta ſecuta delectatio eſt. Siquid libidinoſe uel tur-
piter:quantus pudor uel penitentia: quantus do-
lor. Et ex preteritorum memoria eligat quid agen
dum vitandumue ſit/ corporee turpidinis magni-
tudinem fructui exiguo ſeu uerius nulli ſimul ⁊ fa
me damnum extimet ⁊ corporis animeq̄ iacturaz
intendatq̄ acriter quid eſt quod tanto precio ue-
nale proponitur nundinantibus mundo/carne/de-
monijs: ⁊ mortales oculos fuco mulcente fallenti
bus tendat:intima rerum introſpicere:ſuperficiem
q̄ contemnere. Neq̄ concupiſcentie inſeruiat:ſed
ſaluti. In omnibus lapſum rerum preſentium con
ſideret principij memor finemq̄ proſpiciens: ⁊ me
minerit pudoris aſtris ſe q̄uis in latebris luce cla
rius cerni:ſciens ⁊ blandientes illecebras maſcu-
lo ſupercilio reijciens omnes cogitatus ad honeſti
ſtudium deflectat. ¶ Cogitet iuuenis pudicitiam
in iuuentute pulcherrimam. Cogitet ſenex fediſſi-
mam in ſenectute libidinem. Cogitet formoſus na
ſi pulchritudinem cum caſtitate. Cogitet deformiſ
animum ipſum vitijs deformari. Iſte deformitatē
caueat:hic formam concupiſcat interni hominis.
Sciat ſe puer nunc cepiſſe. Nouerit ſenior nondū
conſumaſſe. Longe vie curam ſuſcipiat:hic ſuſce-
ptam ſollicitudinem non deponat. Querat diues
continentie laudem. pauper laſciuie vitet infami-
am. Pudeat monachuz non actui modo:ſed cogi-

Urgit occupatus infelix habitator urbiuz s nocte media: somno uel suis curis uel cliẽtium uocibus interrupto. Sepe etiaz lucis De miseria occupati

metu: sepe nocturnis visis exterritus: mox infelici scāno cor.p⁹ applicat: aium mēdacijs: in illis est totus: seu ille mercib⁹ p̄cium facē: seu socium: seu pupillum fallere: seu vicini ꝓ iugem pudicitia armatā expugnare blādicijs: seu litigio iniusto iustitie uelum fando p̄tēdere: seu deniq; publici ꝑuaticq; aligd corrumpe meditat: Nūc ira p̄ceps: nūc ardens desiderio: nūc despatione gelat⁹. Ita pessimus artifex ante lucem diurni telam negocij orditur: quasi se atq; alios inuoluat.

de felicitate solitarij

Urgit solitarius atq; ociosus felix: modicas gete recreat⁹: somnoq; breui: nō fracto sed expleto: & interdum pnoctātis philomene cantibus exprect⁹: thoroq; vix dum leniter excussus: pulsisq; corpib⁹: getis horis psallē icipiēs: ianitorē labioꝝ suoꝝ: ut egressuris ide matutinis laudib⁹ apiat deuotus exposcit: & cordis sui dīm in adiutorium suum uocat: nihilq; iam viri⁹ suis fidēs: & iminētium cōscius: metuēsq; discriminum: ut festinet obsecrat: Nullis terēdis fraudibus itētus: sed dei gl'iam & sanctoꝝ laudes: nō indies tātum: sed in horas: & indefesso lingue famulatu: & pio mētis obsequo repetēs: nequādo forsitā ingrato aio diuinoꝝ munerum memoria euanescat. Et sepe interea (mirum dictu) securi timoris ac trepide spei plenus: memoq; p̄teriti ac futuri ꝓuidēs: leto dolore & felicib⁹ lachrymis abūdat. Quem statū nulla uoluptas occupatoꝝ: nulle vnq̄ urbane delitie: nulli regnoꝝ fastus eq̄rent. Inde suspiciens celum ac stellas: & illic habitātem dīm deum suū tota mēte suspirās: & p̄iam cogitās: de exilij sui loco ꝓtinus ad honeste cuispiam iucūdeq; lectionis studium ꝓuertit: Atq; ita cibis past⁹ amenissimis: multa cū pace animi uēture lucis initium p̄stolat.

¶ De misero occupato: & felice solitario cum diei iam lux aduenit. Cap. II.

d

Iuersis uotis expectata lux adest. ¶ Ille uel hostib⁹ uel amicis limē obsessum hēt: salutat: poscit: attrahit: trudit: arguit: lacerat. ¶ Huic uacuus limē & libertas in limine: manēdi scilicet eūdiq; quocūq; fert aius. ¶ Uadit ille mestus in forum plenus querelarū: plenusq; negociorum: & imitis diei p̄mordium alitibus auspicat. ¶ Uadit iste alacer in vicinaꝝ siluā: plenus ocij: plenusq; silētij: & cum gaudio faustū limen serene lucis igredit. ¶ Ille ut ad potētum supba palacia: siue ad formidata iudicum subsellia uētuꝝ est ueris falsa p̄miscēs: aut iusticiam p̄mit isontis: aut nocētis rei pascit audaciam: aut p̄sus aliq̄d ul' in pp̄rium dedecus uel in alienam pniciem molitur: mordēte aium ꝓsciētia: sepe metu etiam v̄ba rūpente: & sepe uera pro mēdacijs: v̄ba pro v̄bis referēs plenusq; roboris aut palloris: seq; vicissim increpitās q̄ nō potius deserti famem: q̄ diserti famā cō cupierit: & arator q̄ orator eē maluerit. Raptim infecto negocio domum redit: & turpib⁹ latebris nō magis hostium q̄ clietium suoꝝ se furat aspectib⁹

B

¶ Iste ubi p̄mum floreum sedile: salubreq; nactus collem p̄stitit: iubare iāq; solis exorto: in diurnas dei laudes: pio letus ore p̄rūpēs: eoq; suauius si deuotis forte suspirijs lene murmur p̄ni gurgitis aut dulces auium cōcināt querele: inocētiam impmis lingue frenum litis nescium: visus tegmen uanitatibus obiectuꝝ: puritatem cordis: uecordie absentiam: & domitricem carnis abstinētiam depca

tur. Nec multo post: tertijs in laudibus: tertiaꝝ in trinitate psonam uenerat: & sancti spūs poscit aduētum: linguam quoq; & mētem cōfessione psonātem salutifera: & charitatem celico igne flāmātem ac p̄primos accēsuram. Que si deuote postulat: iā habet multum hoc mētis ardore q̄ quolibet auri seu gēmarum splēdore felicior. Inde aūt pedetentim sua relegās uestigia: scādēte iam in altum: & q̄ mane nouum illustrauerat: meridiem accedēte solis radio: nil potius q̄ extingui flāmas litiū: quas certatim flatu & fomentis alter suscitat: & quo ille cupide perurit: hic oēm malarum cupidinum calorem noxium auferri flagitat. Deniq; qō vnum poeta Satyricus sine piculo posci docet: In corpe sano mētem sanam orat. Quis horuꝝ oro hactenus horas suas expendit honestius?

¶ De miseria occupati: ac felicitate solitarij cum p̄ādij tempus instat. Cap. III.

A ō miseria occupati.

Enit p̄ādij tēpus: Ille sub ingēti & ruinaꝝ

u

minitāte aula componit pulvinaribus oblutus sepultusq; reboant uarijs tecta clamoribus. Circustāt canes aulici muresq; domestici: Certatim adulatoꝝ circūfusa acies obsequit: & corrosoꝝ turba familiarium cōfuso strepitu mēsaꝝ instruit. Uerrit putre solum & fedo puluere cūcta cōplet. Uolat atrijs argētum auro infectum: & poculā cauis gēmis exp̄ssa. Scānum serico uestitur: ostro paries: terra tapetibus: dum seruoꝝ nuda interim cohors tremit. Instructa acie dat tandem lituo signum pugne. Logne duces aule ducibus cō currūt: Ingēs fragor erorit: Cōuehunt terra mariq; cōquisite epule: & viua p̄iscis calcata consulibus. Ardent rutilo in auro nr̄e graieq; vindemie: vno in scypho gnosos & meroe: uesuuius phalernusq; miscent: surrhentiniq; colles & calabri. Nec satis est nisi bacchus ausonius uel hybleo melle ul' eoe succo medicatus arūdinis baccisq; nigrātib⁹ odoratus nām arte mutauerit. Parte alia par diuersi generis pōpa ꝓspicit: Fere horribiles: pisces incogniti: uolucres inaudite pulucre p̄cioso oblite & oblite ueteris patrie: quedam uoce testātes originem nomēq; iam solus de phaside retinētes. Fumāt ipsis edētibus stupēda fercula: & omē coquorum passa ludib⁹ium: que sigs ualde ꝫ esuriēs cernat: q̄ fede quātoq; sint coagulata lenocinio: solo spectaculo satur abscedat. Ita mixta videbit inuicēq; certātia nr̄a exteris: marina terrestribus: nigra cādidis: acria dulcibus: hirsuta pēnatis: mansueta ferocibus: & quasi Ouidianum chaos illud antiquum renouatum atq; in angustias sit coactū nō solum corpe in vno: sed in vna parapside. Frigida pugnabūt calidis: humētia siccis: mollia cū duris: sine pōdere hñtia pōdus. Sub hac tāta colluuie diuersarum simul & aduersarū rerum: sub tot croceis atq; atris liuētibusq; pulmētis: suspectum nō imerito uenenum sedulus p̄gustator explorat: gn & aduersus cecas isidias aliud remedij genus inuētum est: Inter vina dapesq; liuida serpētū corpora ꝓminēt: aureis insita solerter arbustulis: & q̄si uoluptaria ex arte contra mortem miseri mira res ipsa mors excubat. Ille aut sedet obducta fronte: gravibus oculis: supcilio vmbroso: rugosa nare: genisq; pallētibus: egre viscosa labra diglutinās: vix caput attollēs fulgoribusq; & odoribus attonitus ubi sit nescit: uesptina tumens crapula: & matutini

B

C

negocij cōfusus euētu: futurisq; in fallacijs intentus: quo se uertat: aut qd agat: sudet: olet: ructat: oscitat: singula mortalitās: vniuersa fastidiens.

D De felicitate solitarij.

Ste vo uel paucis uel vno uel nullo famulo cōtentus: hesterno sobrius uegetusq; iei iunio. modesto sub lare mūdam mēsam: nulla re magis q̄ sua pūtia exornat: pro tumultu regem: pro strepitu silētium habet: pro multitudine se ipsum: Ipse sibi comes: ipse sibi fabulator ac cōuiua est: Nec metuit solus esse dum secum est: pro aureis nudus paries ex agresti cemēto: p solio eburneo quercus est sibi uel fagus pura uel abies. Celum spectare nō aurum: terram amat calcare non purpuram. Fidicen gratus t assidenti cōsurgenti q̄ dulcissimus cantus est bñdictio t grāuis actio. Cillicus si res poscat: pincerna: coquus t uerna est: qcqd is apposuit: hic eq̄nimitate t modestia p̄ciosum facit. Cibum oēm pegrinis siluis aut littoribus aduectum: oēm potum ligurum atq; picentium collibus exp̄ssum dicas. Ea frons est: isq; animus utētis: sic in deum: inq; hoies gratus: sic cōmunibus inemptisq; letus dapibus: nō tātum ut Maroneus ille seniculus regum opes equat aie:

E sed trāscēdit. Nulli penitus inuidet: nullum odit: sorte cōtētus sua: t fortune iniurijs inaccessus: nihil metuit: nihil cupit. Scit nō spargi uenena fictilibus: Scit vite hoiuz pauca sufficere: t summas ueraſq; diuitias nil optare: summuz impium nil timere: letum agit atq; tranqllum euuz: placidas noctes: ocioſos dies t secura cōuiuia. Jt liber: sedet intrepidus: nullas struit aut cauet insidias: Scit se amari t nō sua: Scit mortem suam nulli utilem: nulli dānosam vitam. Neq; multum interesse arbitraf q̄ diu: sed q̄ bñ viuat: Nec ubi aut q̄n moriaf magni extimat: sed qliter. Jn id vnum summo studio intētus: ut bñ actam vite fabulaz pulchro fine conclūdat.

C De miseria occupati: ac felicitate solitarij cuz finitum est prandium. Cap. IIII.

A Abiit sensim dies t fugiūt hore: ac iaz prā

I dio finis est: Turbāt illum familiaris exercitus hosteſq; collaterales t ruina mensarum t hoium uasorūq; collisio: Et ebrioz iocis tecta mugiūt t querimonijs fameſcētum. Nēt enim nō ultimum hoc malum mēsa diuituz: iniquissima est. Jtaq; hic fames: hic nauſea: temperies nusq̄: Aule qdem insuauis odor: inamenus color: iter incertum: solum omne salsamētis effusis late oliduz cruētūq;. Jdem t vino lubricum t fumo nubiluz t spumis horridum t aspergine tepidum t adipe tabidum t ossibus albicās t sanguine rutilū. Deniq; ut uerbo utar Ambrosij: nō cognam: sed carnificinam dicas. Et lz ut maioribus placet: a parādo prādium quasi parādium dictum sit: qō bellatores ad p̄lium paret: non parari tñ aliqd sed fieri uereq; p̄lium ibi, gestum putes eē non prādiū. Ita dux saucius ac tremēs: ita mero pcussi omēs nutāteſq; abeūt: mēsa pro acie fuerit: pro blādo t fallaci hoste uoluptas: cubilia pro sepulchris: conscientia pro inferno.

B Tbuic nr̄o diuersa oia: Angeloz aula con-

a uiuijs q̄ hoium aptior: odor color q; optimus: index moz testisq; modestie: Mensa pacifica: luxus ac tumultus nescia: gule domitrix: expers imūditie: ubi gaudia inhabitēt: vnde uoluptas feda exulet: ubi sit regina sobrietas. Cubile castum t getum: cōsciētia paradisus. C Surgit ille igit uel ebrius uel idignus: Jste trāquillus t sobrius. C Jlle de morbo dubius ac paucs: Jste frugalitatis fibicōscius oiumq; gbus humanum corpus subiacet securus. C Jlle uel irascit uel ludit: Hic utrūq; declinās deo grās agit. C Tota debic illi dies inter luxuriam somnūq; t curas anxias t dura negocia dilabit: Huic inter laudes dei t liberalia studia t nouarum inuētionem reruz ac ueterum memoriam t necessariam qtem t honesta solatia nihil aut modicum perit.

C De exercitijs miseri occupati: t felicis solitarij cū meridies adest. Cap. V.

Am celi medium sol tenet: qñ ille estuat: an A

i git: accelerat: oia fallaciarum machinamēta cōgeminat: ne qd ei per segnitiem illa luce depereat: ne ue ullus torpor mali cōsilij fecūdā aiam optatis frustref effectibus: ut latētes doli ante crepusculum erūpant: Est enim hoc fere malis conatibus adiūctum: ut p̄cipites etiam sint: Jniq̄ mēs impatiēs est more: quicqd optauerit differri uel momēto tpis egre fert. Neq; soli auaritie conuenit illud satyricum: Diues qui fieri vult t cito vult fieri: habet hoc cōmune cupiditas indiuisūq; cum sororibus suis ira t libidine: Que patre conceptuq; tartareo edite: cōfusionem t p̄cipitium t horrorem t nām ppie originis nō dediscūt. Hę sunt enim furie: quas nō imerito Acherōtis ac noctis filias poete dixerūt: q; ignorātie tenebras penitētieq; mām secum ferāt. Et he qdem inferni vnde ortas phibēt: necnō t ciuitatum incole occupatorūq; pedisseque stimulis semp ardētibus: cecuz atq; trāsuersum aium exagitāt: ut qō pessimum instituit: p̄mum expleat: ne qd forte cūctando resipiscētie saneq; mētis obrepat. Nulli eqdem vitio frenum placet: t ut honestati grauitas atq; maturitas: sic consilijs inhonestis incōsulta semper amica celeritas.

Ontra aūt hic nr̄: nil pp̄ropere: sed fugien- B

c tis tpis cursum vidēs: t cupiens illic esse ubi sine fluxu tempoz ac sine metu mortis: degit: Jterum uersus in p̄ces: non vnius tm̄ lucis sed totius eui claram uespam t nunq̄ occidentis vite gl'iam: eāq; non suo merito: sed sacre Christi mortis posit in p̄mium: sciēs plus eē q̄ qō homini debeaf: nisi tpalis illa mors peccatum habētis tāte eēt efficacie: ut de natura mortalibus peccato q; iam mortuis facere posset eternos. Nec ita multo post: labētem celo diem seq; simul collabētē humi: cogitās: tetrāq; caliginem illabētem terris p̄uidēs: supni luminis poscit auxiliū. Et seu ne mēs suorum criminum p̄essa p̄deribus celo exulet: cū lachrymis p̄caf: seu fidei puram lucem: seu mentiſ aduste refrigerium: absterſionem sordide: eliſe sustētaculuz: litigiose pacem flagitat: matutinoq; laudum carmini uesptinas p̄ces: t laudes de iexhausto pietatis fonte continuat.

C De miseria occupati: ac felicitate solitarij cum abeunte sole uesper accedit. Cap. VI.

Ogit ille iterū abeūte iam sole: tecto egre- A

c di: urbem lustrare: cenum terere: cōcursare obuijs: sudare: laborare: anhelare: estuare: Cūq; in omnes sese formas fraudum uerterit: oēs laqueos ingenijq; nodos explicuerit: sero tandem

fessus rediēs: ⁊ multum de artificio suo questus: bone fame pureq; consc̄ientie nihil oino auri forte aliquid: plurimum sceleris atq; odij domū refert.

B Ste uel apricum fontem uel herbosam ripam: uel equoreus littus adit: gaudens di em illum sine dedecore transiuisse: ⁊ lucis ante terminum: aduersus secuture noctis pericula dolosq; ⁊ insidias ac rabiem leonino more rugiētis aduersarij: vigilem sobrietatem atq; oronis ⁊ fidei clypeum: aduersus somnia pollutionemq; ⁊ nocturna fantasmata: excubare sibi solitam clemētiam sui creatoris implorat: atq; in manus eius cōmēdato spiritu: ⁊ angelis suis ad habitaculi proprij custodiam inuocatis: sese in domum suam recipit: ut nihil iniusti questus: sic nil male cupidinis multum vo decore laudis referēs: multumq; quotidie in melius mutati animi. ¶ Ad summam totis ille dieb⁹ viuos spoliat: Hic pro defūctis orat. ¶ Ille matrum ac virginum pudicitiam attentat: Hic virginem matrem officiosissime uenerat̄. ¶ Deniq; ille martyres facit: Hic celebrat. ¶ Ille sanctos persequitur: Hic honorat.

¶ De misero occupato: ⁊ felice solitario cum redeūte nocte cenandum est. Cap. VII.

A Lce redit nox: Ille redit ad crapulam: pōpa ingens: ante retroq; longum agmē. Ui ui hois funus putes: Precedūt funeralia ⁊ tibie: ne quid desit exequijs: Et sumptuosissimū cadauer: perfusum charis odoribus: rursus inter puluinaria sepelitur: ad hec tepidū: ad hec spirās: Inde grauem cenam indigesto superaddens prandio: uenture luci nauseam parat: ⁊ alteri prandio precludit iter. ¶ Iste uel se cenasse persuadet sibi: uel ita cenat: ut Platonicum illud reprobet: Nullo modo mihi placet: inquit bis in die saturū fieri.

¶ De miseria occupati: ac felicitate solitarij duz eundem est cubitum. Cap. VIII.

A Ost hec multum dissimili habitu corporis p ⁊ animi cubitum uadunt. Ille plenus curis: plenus epulis: plenus mero: plen⁹ metu: plenus inuidia: deiectus: repulsus: superbia elatus: merore contractus: ira tumidus: impar sibi: impos animi: obsessus satellitibus: obseruat⁹ emulis: pulsatus clamoribus: sollicitatus litteris: interpellatus nuncijs: suspensus fama: rumoribus territus: stupefactus augurijs: elusus mendacijs: fessus querimonijs. Et ne noctu quidē litibus immunis: par vita demonib⁹: odiosus preterea vicinis: grauis ciuib⁹: uel formidatus uel irrisus suis: suspectus omnibus: fidus nulli: diu in somnis: purpureo inuoluitur grabato: omneq; libidinum species expertus ⁊ ad fruendum presentibus: sollicitato ifelici corpusculo ad absentes: uago animo trāsmisso: vix tandem victus somnum oculis admittit. Sed vigilant cure: vigilat mens anxia: quam urit ignis inextinguibilis: ⁊ immortalis consc̄ientie uermis rodit. Tum diurna negocia: deceptos clientes: oppressos pauperes: pulsos finibus agricolas: stupratas virgines: circūscriptos pupillos: spoliatas viduas: afflictos necatosq; inoxios. Tū q; his omnibus ultrices sceleruz furias videt: Sepe itaq; dormiens exclamat: sepe cōqueritur: ⁊ sepe metu subito somnus abrumpitur.

Ste autem plenus honesto gaudio: plen⁹ B i sancta spe: plenus amore pio: non furiali ut Nisus: sed ut Petrus christi plenus cōsc̄ientie integritate: securitate hominuz: dei metu: no cituri cibi ⁊ inutilium uacuus curarum: solus: tacitus: tranquillus: angelo simillimus: deo charus: formidabilis nemini: cunctis amabilis: cubiculuz somno non impudicitijs idoneum ingressus: dulcem ⁊ imperturbatam excipit quietem: ⁊ si quid consopitus videt: Plerunq; similia vigilantis operibus sunt somnia dormientis: ⁊ hac etiā vite parte felicior: meliores aspicit visiones. Neq; solum letiore animo: sed saniore etiam corpore membrorumq; ministerio promptiore utitur. Cōstat enim animi virtutes precipueq; modestiam sanitati multum conferre corporee: ⁊ frequenter qui plus corpori seruiunt plus obesse.

¶ Tractatus tertius: De diuersitate conditionum ipsorum occupatorum: ⁊ pariformiter solitariorum.

¶ De tractatorum epilogo ac transitu ad miseriaz illoz qui alienis negocijs occupanē. Cap. I.

A Pater vnius occupati: ⁊ vni⁹ ocio- A si hominis: vnuz diem ante oculos tuos posui: omnium hominum dierūq; omniuz vna ratio est: nisi q; quotidie e illius labor: tanto amarior: tāto q; huius quies est dulcior: quāto ualidior fit tractu temporis habitus animorum: quantoq; per temporales motus acceditur ad eternitatis statum: ⁊ viuēdo proximior efficitur. Illi quidem sine fine labor: huic requies. Nisi forte felicior est illorum conditio: qui alienis negocijs occupantur. Alieni nutus arbitrio regunt: ⁊ qd agere illos oporteat: in aliena fronte cōdiscunt: Dia illis aliena sunt: alienū lime: alienū tectū: alienus somnus: alienus cibus: ⁊ quod est maximum aliena mens: aliena frons: non suo iudicio flent ⁊ ridēt: sed abiectis proprijs: alienos induunt affectus: deniq; alienum tractant: alienum cogitant: alieno viuunt. De his poeta nobilissimus loquebatur ubi ait: Penetrant aulas ⁊ limina regum. Hos alter mordacius atq; liberius notabat in Satyra illa qua curialem vitam arguit ⁊ eum qui summa bona putet aliena viuere quadra. Equidem inter hos: ⁊ perpetuis dominoruz ac regum carceribus addictos: quid iterfit: nescio nisi q; illi ferreis: isti aureis cōpedibus vincti sunt Speciosior catena: par fuit⁹: maior culpa. Sponte etenim sua faciunt ad quod alij vi coguntur. Ego vo istos: ut sententiam meam breuibus absoluam: occupatorum omnium extremos ac uere miserrimos miserorum uoco: quibus nec breuissimo saltem premio malarum artium uti licuit: vivere alieno imperio: suo periculo morituri: ⁊ alijs laborando peccauerunt: sibi felices si sine culpa ⁊ sine premio laborassent. Nunc crimen dūtaxat est proprium: que ex crimine uenit fallax licet ⁊ fugitiua delectatio aliena est. Atqui dure dicimus conditionis agricolam: qui cum labore serit arborem cuius

fructum nunq̃ sit visurus. Quis enim ait Aposto
lus: plantat vineam ⁊ de fructu eius nō edit? Qui
tamen sortem suam consolari potest: eo q̃ alteri sal
tem seculo profuturus sit. Itaq̃ non modo dubi
tans quod agit ad se non pertinere: sed sciens etiã
non omittet: Interroganti q̃ cui serat: q̄ est apud
Ciceronem: diis sit immortalibus respōsurus: seu
rectius immortali deo: Quanto miseriores qui se
runt vnde ipsi penas solas: alij vō penales uolupta
tes legant? Qui quod inutiliter agunt: sibi: alijs:
imputare nō possunt: Non etati sue cui sepenume
ro laborando preceptam sibi libertatem eripiunt:
Non posteritati cui seruitium parant: Non deo
quem offendunt ut hominibus placeant. Deniq̃
non his ipsis quibus placendo nocuerunt: quibus
q̃ perpetua morte sua breuem peccandi: hoc est in
eternum quoq̃ moriendi licentiam pepererunt: ce
ci nimium dementesq̃: aduersisq̃ syderibus in lu
cem: immo in tenebras proiecti: qui cum alte alios
extulerint: ipsi continuo iacuere: ab eisdez illis: q̄
sepe iam vidimus forsitan opprimendi. Interim
cum multa alijs quesierint: multa cupidinum in
strumenta conflauerint: tantorum semper commo
dis caruere facinorum: hanc vnam ferialis indu
strie gloriam consecuti: principum auaritias: do
minorūq̃ libidines cōsilioꝝ suorum pauisse succes
sibus. Quid vis amplius dicam? Non equidem
minus mordax nostrorum mihi q̃ Cretensium vi
deri solet imprecatio. Cum enim sono uerborum
neutra terribilis sit: subest virus utriq̃ mortiferū:
Illi hostibus suis optant ut mala consuetudine de
lectentur: nostri autem ut occupati atq̃ solliciti es
se nunq̃ desinant. Quo si profundius: non uerba:
sed ipsaz rem inspicias: quid tristius dici possit vix
inuenio. De his occupatis loquor: quos vide
mus: ⁊ quorum plena est vita vulgaris. Alij enim
nulli uel tam rari sunt: ut nusq̃ appareant. Ubi
sane ueritas queritur: ficta phantasmata loqui pi
get.

¶ Q; q̃q̃ fere omnis occupatus sit miser: sint ta
men aliqui ꝛ pauciss̄imi qui laudabiliter occupen
tur. Cap̄. II.

Itaq̃ ut iam tandem semel expediam: pa
rum abest quin meo certe iudicio: omnis
occupatus miser: occupatusq̃ sub alio bis
miser: q̄ ⁊ miseriam suam habet: ⁊ ipso miserie fru
ctu caret. Non q̄ ignorem fuisse ⁊ fortassis eē oc
cupatissimos quosdam simulq̃ sanctissimos viros
qui seipsos ⁊ secum Christo deuias animas addu
cerent. Quod ubi accidit: ingens fateor ⁊ inesti
mabile bonum est: ac geminata felicitas: duplici
de qua multa diximus obiecta miserie. Quid eni
felicius: quid aut homie dignius aut similius deo
est: q̃q̃ seruare ⁊ adiuuare q̃q̃plurimos? Quod qui
potest ⁊ non facit: preclarum mihi quidem huma
nitatis officium abiecisse: ⁊ ob eam rem hominis
nomen ac naturam amisisse videbitur. Itaq̃ ubi
hoc posse datum sit: desiderium proprium utilita
ti publice sponte subijciam: desertaq̃ solitudine:
vnde mihi soli obsequebar: ultro repetam vnde uti
lis mundo sim: Ciceronis nostri iudicium sequēs
Magis est enim inquit fm naturam pro omnibus
gentibus si fieri possit conseruandis aut iuuandis
maximos labores molestiasq̃ suscipere: imitan
tes Herculem illum: quem hominum fama bene
ficiorum memor in consilio celestiuz collocauit: q̃q̃
viuere in solitudine: non modo sine ullis moleſti
is: sed etiam in maximis uoluptatibus: abundan
tem omnibus copijs: ut excellas etiam pulchritu
dine ⁊ viribus: quo circa optimo quisq̃ splendi
dissimoq̃ ingenio longe illam vitam huic antepo
nit. Hec Cicero. Cui sic se rebus habentibus ha
ud coactus assentior. Sed de his omnibus iudici
um meuz habe: pauciss̄imis quidem instantijs: vni
uersale uerum dogma non quatitur. Multi sunt
qui occupationes in commune utiles: ⁊ sanctio
nes solitudine qualibet profitentur: Scio. Sed
quot queso te vidimus qui quod profitebantur im
pleuerint? Sunt fortasse aliqui: sunt plurimi: ostē
de mihi vnum ⁊ silebo. Non inficior doctos quos
dam ⁊ facundos viros: ⁊ qui multa subtiliter ad
uersus hec disputent. Ceterum non de ingenio:
sed de moribus est questio: Ambiunt ciuitates:
declamant in populis: multa de vitijs: multa de vꝰ
tutibus loquuntur: Uix temperare mihi potui: quo
minus vnum Satyrici dentis morsum huic loco
ualde: nisi fallor: congruentem interponerez: Sed
cogitans ad quem mihi sermo est: stilo potius ali
quid q̃q̃ uerecundie subtrahendum credidi. Mul
ta quidem inquies loquuntur utiliter: audiui: ⁊ se
pe alijs prosunt: credo. Sed non statim sanus est
medicus: qui consilio egrum iuuat: quin eodem se
pe morbo quo multos liberauerat interijt. Uerba
studio elaborata atq̃ arte composita pro multorū
salute non respuo: ⁊ quicūq̃ sit opifex utile opus
amplector. Uerum hec nobis non rhetorice scho
la sed vite est: nec inanem lingue gloriam: sed soli
dam quietem mentis intendimus. Neq̃ mihi er
cidit Seneca: cum dixisset: Omnia impedimenta
dimitte ⁊ uaca bone menti: presertim addidisse: Ne
mo ad illam peruenit occupatus. Quam ego non
prestare qdem solitudinem: sed conseruare ⁊ pluri
mum adiuuare contendo. Nam nec illud eiusdem
auctoris oblitus sum: Non multum inquit ad trā
quillitatem locus confert: ut sit ita: sine dubio ta
men confert aliquid. Quod nisi sic esset: cur idem
dixisset alibi: Non tm̄ corpori sed etiam moribus
salubrem locum eligere debemus. Et idem alibi:
Conspectum quoq̃ ⁊ viciniam fori procul fugiā.
Nam ut loca grauia etiam firmissimam ualitudi
nem tendant: ita bone quoq̃ menti necdum adhuc
perfecte ⁊ conualescenti: sunt aliqua parum salu
bria. Unde ergo hec morum mentisq̃ salubritas
ac discrimen si nihil esset in locis? Est in locis ali
quid pace Senece dixerim: Est multum: sed non
totum fateor: illud quidem ut sibi videtur in ani
mo est. Nam sic ait: Animus est qui sibi commen
dat omnia. Id enimuero suo more recte dicit. Un
de autem animo lumen ueri: equitasq̃ iudicij? Alī
unde procul dubio.

¶ De laude tranquille serenitatis animi: que largi
tur in solitudine constitutis: Et quomodo animus
non possit in diuersas res esse intentus. Cap̄. III.

Itaq̃ quod de locis dixi: de animo repe-

tam: Esse in illo aliquid multum: esse totum minime: sed in eo tantum qui opportunitatem locis tribuit animo rationem. Magna enim ꝛ diuina quedam res est: animi tranquilla serenitas: ꝛ que non alterius donum sit q̃ solius dei: sed q̃ sepius ille largiri soleat in solitudine constitutis. Quod utrūq; pro breuitate temporis: uel ratione uel contrariorum collatione monstratuꝫ est: ꝛ mox exemplis illustribus astruetur. Quod si forte datum sit ut aliquis ueri capax: non ad linguam sed ad cor horum cuiuspiam quos credulum vulgus stupet penitus aurem cordis admoueat: puto sine contētione fatebitur: q̃ conscientiaꝫ nudam ingenue cōfitentem audierit: felicitatem non uerbis sonantibus sed rebus tacitis ꝛ ueritate intima: non externis plausibus aut fallacissima hominum opinione constare. Multa quidem illic audiet: multum hiis contraria que in pulpitis cum populo mirabatur: ꝛ intelliget quod inter cutim ꝛ precordia interfit. Et nimirum hec animi natura est: ut in vnam rem
B uehementer intētus: multas negligat. Hinc est ut eloquentie studiosi: sepe sint ad actum tardiores: ꝛ qui res magnas agunt: sunt incultiores eloquio Sic ꝛ modestie cultores uoluptatem fugiunt: ꝛ quibus uoluptas in precio est: modestiam aspernantur: Sic ꝛ quos augende rei familiaris studium tenet: sepe rempublicam atq; amicitias contemnunt ꝛ illiberalius vitam ducunt. At qui liberalitati animuꝫ applicant: quicq; reipublice curam habent: sepe videas rei domestice negligentes. Non potest uentus idem ex equo placere his quorum nauigatio contrarios fines spectat. Que idcirco dixerim: ne mireris si in eo quoq; quod nunc agimus idem cernas: ꝛ si sollicita vita strepitum amat: multiloquio delectatur: Contemplatio autem omnis amica silentio est: queq; se finibus suis tenet: Et viceuersa illa silentium odit: hec strepitum.

¶ Quomodo ex periculo pastorum discī possit vitā sollicitam minus esse tutaꝫ: Et q̃ ea ratione auctor ipse vitam elegerit solitariam. Cap. IIII.

A Ue nam vo tutior via est: hoc est pater qō
q hodierno colloquio uestigamus. Dic igitur mihi ex hiisipsis quorum mentio nobis obortа est: quotiens putas pastorem officio perijsse: quotiens ouem ꝛ dum uagam alligat in laqueum incidisse: ꝛ dum profugam sequitur corruisse? Quotiens credis aut medicum bene ualentem: dum egros circumit egritudinem contraxisse: aut bustuarium dum mortuos sepelit: causam mortis contagio repperisse? Nemo vo fallatur quasi minora sint animorum contagia: q̃ corporum: Maiors sunt: grauius ledunt: altius descendunt: serpunt; latentius. Multis inquiunt prodesse meritorium: multis subuenisse: laudabile: quis negat? Sed ordinate charitatis initium scimus. Crede autem mihi: non est parue fiducie polliceri opem decertantibus: consilium dubijs: lumen cecis: letitiam mestis: securitatem metuentibus: spem deiectis: salutem egris: requiem fessis: refrigerium aflictis: monstrare iter errantibus: subiectare humeros cadentibus: dare dexteram prostratis. Magna quidem sunt hec si fiant: parua si promittantur. Neq; enim magne q̃ parue rei promissio: sed exhibitio est maior. Uerum ego non tam alijs legem pono: q̃ legem tibi mee mentis expono: quaꝫ qui probat teneat: cui non placet abijciat: ꝛ relicta nobis solitudine: sollicitudines suas sibi habeat: contēpto: q; ruris nostri: viuat contentus in urbibus. ¶ Optarem fateor talis esse qui prodesse possem q̃plurimis: uel ut ait Naso: totiq; salutifer orbi: Sed primum paucorum hominum: proximum Christi solius est proprium. Et profecto quisquis in tuto est: ut uel tantisper diuersum sentientibus condescendaꝫ: peccat in legem nature: nisi quibus potest laborantibus opem fert. Mihi qui adhuc magno naufragio laboro: sufficit illius opem implorare: qui solus potens est prestare quod poscitur. Cuperem magna: sed modicis contentabor: Uellem cum omnibus saluus esse: si minus: cum multis. Ultimo quid expectas ut dicam: mihi si non pereo satis est: multuꝫ est abunde feliciter: Et heu q̃ uereor: ne qui forsan ex hiis: qui se custodes infirmarum ouium dici uolunt: lupi sint: sanaq; vilanient.

¶ Tractatus quartus: Que expediant eis qui vitam solitariam ingredi statuerunt.

¶ Q; vita solitaria precipue litterarum ignaris grauior morte: ꝛ mortem allatura videat. Cap. I.

A Ne diutius me cōsideratione nō
a mea implicem: de se illi: nos de nobis: libet vnusquisq; quid preferat Impossibile est enim ꝛ si vnuꝫ omnes finem ultimuꝫ intendamus: ut vnam omnibus vite viam expediat sequi. Qua in re cuiq; acriter cogitandum erit: qualem eum natura: qualem ipse se fecerit. Sunt enim quibus solitaria vita morte grauior sit: ꝛ mortem allatura videatur: quod precipue litterarum ignaris euenire solet: Quibus si confabulator desit: quid secum: quidue cum libris loqui ualeant nō habent. Itaq; muti sunt: Equidem solitudo sine literis exilium est: carcer: eculeus. Adhibe litteras: patria est: libertas: delectatio. Nam de ocio quidem illud Ciceronis notum: Quid dulcius ocio litterato? Contraq; non minus illud Senece vulgatum: Ocium sine litteris mors est: ꝛ viui hominis sepultura. Et si plane norim duo ista tam dulcia philosophorum diuerticula: solitudinem atq; ocium: ut incipiens dixi: interdum litteratis etiam hominibus permolesta: In promptu tamen est ratio. Nis enim hoc accidit qui uel uoluptate aliqua compediti: carcerem suum amant: uel vulgi commercia ꝛ vulgari negocio victum querunt: uel ad lubricos honorum gradus populoruꝫ uētosis suffragijs aspirant: Et quibus (que ingens his temporibus turba est) littere non animi lux atq; oblectatio vite sunt: sed instrumenta diuitiarum. Ad quas hodie discendas: magno rei familiaris impendio: sed multo maxima lucri spe pueri a parentibus: nō q̃si ad liberale gymnasiū: sed uelut ad fusile mercimoniū destinant: ut mirari nemo hēat eos

uenaliter ꝛ auare litteris uti: quas ut uenderent
L quefierunt: E quibus improba spe: non sibi cente
simum fenus: sed millesimum statuerūt: Que om-
nia diligenter in vite electione tractanda essent:
Neqꝫ enim tales in solitudinem uoco: neqꝫ si ue-
niant admitto libens. Q̄ multos igitur excludam:
hinc vides. Nam quid piscis longe ab aquis: qd
hi procul ab urbibus acturi? Quod illi olim mol-
li ꝛ effeminato causidico sepe dixi: qui hec loca nō
quietis amore quā non nouerat: non appetitu ocij
quod oderat: sed nescio quo nam imitandi studio
frequentare ceperat: incertū an sibiipsi molestior
an mihi. Uerum ille confestim tedio locorum ꝛ
urbanorum desiderio uoluptatum victus abijt.
Quod nisi sic euenturum animo preuidissem: ul-
tro ipse cessissem locis: tam nulla rerum opinionū
ue proportio erat: cuꝫ amicum ille se diceret: ꝛ
essemus eisdem studijs a pueritia uersati: sed ut
res docuit: studiorum finibus longe disparibus.
Redeo autem ad inceptum.

¶ Q̄ quā optimum esset ut in iuuentute quisq; sibi
aliquid recte vite genus apprehenderet: tamen si
quis iuuenis neglexerit: consultum est ut saltem se
nex hoc faciat.

Cap. II.

A Primum quidem esset: nisi consilij inopia
o iugis adolescentie comes obstaret: ut ab in
eunte etate circa vnum aliqd vite genꝰ ap-
prehendendum vnusquisq; nostrum accuratissime
cogitaret: nec ab illo calle quem semel elegisset: ni
si magnis ex causis aut graui necessitate diuerte-
ret. Q̄d initio pubertatis fecisse Herculem auctor
Xenophon ille Socraticus testis est Cicero. Sed
qꝛ id non facimus: neqꝫ enim nostro iudicio pleri-
qꝫ viuimus: sed vulgi: atqꝫ adeo per deuia rapta-
mur: ꝛ quasi per tenebras alienis uestigijs insistē
tes: sepe periculosas ꝛ inexplicabiles igredimur
vias: ꝛ eo usqꝫ prouehimur: ut ante simus nescio
quid: q̄ quid esse uelimus: circumspicere atqꝫ exa
minare permissum sit. Idcirco quam sibi personaꝫ
uel natura uel fortuna uel error aliquis imposuit:
si iuuenis non potuit: quisq; secuꝫ senex cogitet: ꝛ
quod solet errans viator: ante uesperam q̄tum li-
cet saluti sue consulat: vnum sciens: naturam totaꝫ
B haud facile posse conuelli. Cui autem in ingressu
vie huius quando ut dixi scintilla nostri consilij
nulla erat: celeste aliquod lumen affulsit: ut uel se-
curum uel periculi minoris: ꝛ facile remediabile
iter arriperet: habet vnde semp deo gratias agat.
At cui sinisterior sors fuit: plus negocij est: postq̄
tamen aperire oculos cepit ꝛ q̄ dubium iter agat
intelligere: omni studio incumbat adolescentie de-
uium ꝛ errores uel in senectute corrigere: memi-
neritq; Terentiani senis in Adelphis: qui mutan
de sub extremum vite: consultor idoneus: simul ꝛ
delectabit ꝛ proderit. Difficile negocium imprimis:
sed ꝛ imprimis utile ꝛ nequaq̄ impossibile.
Neqꝫ ꝙ o serū putet: quod salubre cognoscit. Assūt
huius sententie non spernendi auctores: Sapien-
tissimus principum princeps philosophorum Au-
gustus cesar ait: Sat celeriter fieri quicquid fiat sa
tis bene. Plato ait: beatum cui etiam in senectute
contigerit ut sapientiam ueraſqꝫ opiniōes assequi
possit.

¶ Que in ordiende mutandeqꝫ vite tenenda sit via.
Cap. III.

A Nomni quidem ordiende mutandeqꝫ vi- A
i te consilio: illud imprimis ante oculos ha
bendum: ut non concupiscentia inani: sed
natura duce freti: viam teneamus: non que specio
sissima videbitur: sꝫ que aptissima nobis erit: Ubi
maxime rectum ac seuerum suiipsius estimatoreꝫ
ac censorem exigo: ne oculorum aut aurium uolu
ptate deceptus aberret. Quod quibusdaꝫ accidit
se scio: qui dum mirantur alios: immemores sui at
qꝫ aliena tentantes: ridendi materiaꝫ populo pre-
buerunt. Hoc vnum sumptum a philosophis con
silium est mihi: ꝝ quod uel solitariam uel urba-
nam vitam: siue aliam quamlibet nature moribuſ-
qꝫ suis comparans: norit quisq; quid suū sit. Q̄d
si ingredientibus est utile: q̄to progressis utilius:
quibus super eligendi laborem: extirpande etiam
ueteris radicateqꝫ sententie labor est? Apud me sa
ne cui nihil quod qdē noueriꝫ cōmune cū populo:
ꝛ cui litterularū tātū obuenit q̄tū nō inflet animū
sꝫ delectet ꝛ solitudinis amicū faciat: ubi illas sine
loquaci doctore: sed ꝛ sine tenaci tempore: atqꝫ uti
nam sine seqci liuore didici: quē nō amica: nō con-
sūx: non uadimonium: non usura: non depositum:
non lucellum: non rostra: non balneum: non taber-
na: non cena: non porticus in urbe deuinciūt. Apd
me inquam cui ut uerum fatear: non tam propio
studio: alioue monitu ut ita sentirem q̄ nature ip-
sius persuasione cōsultuꝫ est: vita procul dubio sin
gularis ac solitaria: non modo tranquillior: sed al-
tior est atqꝫ securior. Et ut extimare alioſ iubeo su
as res: ꝛ ut ipse res meas noui: ualde solitudineꝫ
atqꝫ ocium: de quibus multa hodie tecum ueluti
quasdam scalas ad id quo mens nostra suspirat:
amplector: ac teneo: turbas atqꝫ sollicitudines ceu
repagula uectesqꝫ permetuo. Sed ita ut si qua me
necessitas in urbem cogat: solitudinem in populo
atqꝫ in medio tempestatis portum mihi conflare
didicerim: artificio non omnibus noto: sensibꝰ im-
peritandi: ut quod sentiunt non sentiant. Q̄d cum B
per meipsum experientie creditum in consuetudi
nem deduxissem: multo post tempore acutissimi cu
iusdam doctissimiqꝫ viri consiliū esse cognoui: me-
morieqꝫ mandaui: eo quidem attentius: quo gau-
debam factum meum uetustatis auctoritate fulci-
ri. Nepe Quintilianꝰ in eo libro ubi oratorē a Ci-
cerone armatum bullis ac phaleris curiosissime
perpoliuit: de hoc loquens: Est inquit lucubratio
quotiens ad eam integri ac refecti uenimus: opti-
mum secreti genus: Sed silentium ꝛ secessus: ꝛ
vndiqꝫ liber animus: ut sunt maxime optanda: ita
non semper possunt contingere: Ideoqꝫ non statiꝫ
si quid obstrepet abijciēdi codices erunt ꝛ deplo
randus dies: uerum incommodis repugnandum:
ꝛ hic faciendus usus ut omnia que impedient vin
cat intentio: quam si tota mente in opus ipsum di-

rexeris:nihil eorum que oculis uel auribus incurſant ad animuz peruenient. An ꝙ frequenter etiam fortuita hec cogitatio preſtat ut obuios non videamus: ⁊ ita ne decrremus non conſequemur idem: ſi ⁊ uoluerimus non eſt indulgendum cauſis deſidie: Nam ſi non niſi refecti:nō niſi hilares:non niſi omnibus curis uacantes ſtudēdum eſtimauerimus:ſemper erit propter quod nobis ignoſcamus:Quare in turba:itinere: conuiuijs etiam ſibi faciat ipſa cogitatio ſecretum. Hec Quintilianus. Que libentius inſerui: quia ſecretior locus erat. Nam Senece de hoc ipſo vulgatior epiſtola eſt: Ideoqz nihil apposuit preter finē ſolum. Cum enim multa tractaſſet:qualiter aduerſus vulgi ſtrepitum durandus eſt animus ſtudioſi:randē ad ſe uerſus: Quid igitur inquit:non aliquādo commodius eſt carere conuitio? Et reſpōdens ſibi: Fateor ait. Itaqz ego ex hoc loco migrabo:quaſi quecunqz dixerat neceſſarie more ſolatia hoc ultimum uoluntarie profectionis conſiliuz daret. Et profecto ſic eſt: Nam ⁊ ego vnum hocin neceſſitate remedium inueni: ut in ipſis urbium tumultibus imaginariam mihi ſolitudinem ſeceſſu aliquo q̄tum ſinor ⁊ cogitatiōe conficiam:vincens ingenio fortunam. Quo remedij genere ſepe quidē hactenus uſus ſum. Et quoniaz futuri ſemper incerta conditio eſt:an adhuc uſurus ſim neſcio. Certe libera ſi contingat electio:ſolitudinem ueram proprijs in ſedibus queſiturus.

De commendatione ſolitudinis. Cap. IIII.

A Quod ⁊ dum licuit ſemper feci: ⁊ q̄z cupide nunc faciam vides. Solitudo equidez ſancta:ſimplex:incorrupta uereqz puriſſima rerum eſt omnium humanarum: Cui etenim ſeſe oſtentet in ſiluis:cui ſe comat inter uepres? Quem preter piſces hamo:quem preter feras ac uolucres viſco fallat aut laqueo? Quem cantu: quem geſtu mulceat:quē coloribus delectet? Cui purpuram explicet:cui oleum uendicet:cui uerborum florida ſerta contexat? Cui demum ſeſe approbet:cui placere ſtudeat preter illum cui in intimas ſolitudines penetranti: ſolitarium nihil eſt? Neminem illa vult fallere:nihil ſimulat aut diſſimulat:nihil ornat:nihil palliat:nihil fingit: Nuda prorſus ⁊ incompta eſt: Spectaculis enim caret ⁊ plauſoribus ueneficis animarum vite rerumqz omnium:deum vnicum teſtem habet:nec vulgo ceco ⁊ mendaci:ſed conſcientie proprie de ſe credit.
B De quibuſdam quoqz parum illi fidens dubitat: recolens ſcriptum eſſe: Delicta quis intelliget? Et illud etiam: Si ſimplex fuero hoc ipſum ignorabit anima mea: Nec tamen illud oblita: q̄ ſuauis dominus vniuerſis ⁊ miſeratiōes eius ſuper omnia opa eius: Q̄ alleuat dñs omnes qui corruūt: ⁊ erigit omens eliſos: Q̄ prope eſt omnibus invocantibus eum: Q̄ non ſm peccata noſtra fecit nobis:neqz ſm iniquitates noſtras retribuet nobis:quoniaz ſm altitudinē celi a terra coroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe: Q̄ q̄tum diſtat ortus ab occidente:longe fecit a nobis iniquitates noſtras. Deniqz non iudicialiter ſed paterne nos aſpiciens:quomodo miſeretur pater filiorum:miſertus eſt dominus timentibus ſe: quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum: ⁊ recordatur quoniam puluis ſumus: ⁊ homo ſicut fenum ⁊ flos agri egreditur ⁊ conteritur ⁊ fugit uelut vmbra: Miſericordia autem domini ab eterno ⁊ uſqz in eternum:quoniam ipſe fecit nos: ⁊ nihil odit omnium que fecit. Atqz ita hinc minantibus ſcripturis:hinc ſpem dantibus de ſe incerta: ⁊ neſciens an amore an odio digna ſit: trepidat ſed ⁊ ſperat:ac ſeipſam de certa ⁊ nota regis ſui miſericordia conſolatur. Sic ſe:ſic demonum vigil inſidias inqz id ſolum occupata circūſpicit ⁊ diuino preſidio fulta contēnit. Sic vndiqz felix ac tranquilla: ⁊ ut proprie dicam:arx munita tempeſtatūqz omnium portus eſt: Quem qui fugit:quid ſibi aliud preter:portu careat:uoluatur reum pelago:viuat in ſcopulis:moriatur in fluctibus? Nec tamen uſqz adeo propoſiti improbus ſententieqz tenax ſim:ut deſipere alios putem uel in uerba iurare cogam mea: Ad ſatendum multi:ad credendum nemo cogitur. Nulla maior q̄z iudicij libertas: hanc itaqz mihi uendico ut alijs non negem. Sit ſane:poteſt enim eſſe:ſit honeſta:ſit ſancta omnium intentio: Eſſe autem occultiſſime profundiſſimeqz rei humane cōſcientie iudex nolim: Et poſſunt omnes deo largiente bene viuere: Nullum reſpuit infinita clementia:ſed a multis ipſa reſpuit. Ipſa etiam humane philoſophie inſtitutio gradiria eſt. Non poſſunt enim omnes ſummum locum prehendere: Alioquin ima omnia uacarent:tantū ut vitetur obſcenitas ⁊ que in imis eſſe ſolent ſordes. Id enim omnibus eſt neceſſe:qui quolibet in genere vitam agere:procul ab ifamia decreuerūt. Sic obſcena vitare debitum:in altum niti virtus eſt:peruenire felicitas.

De quadruplici diſtinctione virtutum:a Plotino inducta ⁊ a Macrobio comprobata. Cap. V.

A In ſum oblitus diſtinctionem illam quadruplicē virtutum:a Plotino ingenti Platonico inductam:a Macrobio comprobatam: Sed in ea ipſa politice virtutes infimum gradum tenent:que occupatorum eſſe poſſunt:eorum q̄z non omnium:ſed illorum quibus occupationuz finis virtus propria ⁊ multo maxima reipublice ſalus eſt. Cernis ad q̄z paucos vno uerbo tota occupatorum innumerabilis acies ſit redacta. Proximum aſcendendo gradum poſſident purgatorie virtutes haud dubie linquentiuz urbes atqz ociorum ⁊ uere philoſophantiū ornamenta. Et paſſiones quidem animi:quas prime temperant:he conuellunt. Tertius gradus altior illarū eſt:quas purgati animi virtutes uocant: quarum munus eſt proprium:paſſiones quas politice molierint: purgatorie conuulſerint obliuiſci: Hec perfectorum ſunt: qui ubi ſint neſcio: Sed ⁊ qui fuerint ſolitudinem amarunt. Et ſiquis uſqz ſupereſt q̄uis hoc virtutum gubernaculo tutus in alto nauiget:puto tamen ſolitudinis portum amet.
B Quartus ac ſupremus exemplariū eſt locus:que ſupra hominem ſunt: ⁊ ut aiunt: in mente ſolius dei habitant: Unde qō ipſum nomen indicat:tanq̄ ab exēplari aliquo eterno: Siue ut Plato uo-

cat:ab ideis quas in eadem dei mente: ut ceterarum rerum:sic virtutum posuit:tres alias humanarum virtutum species ortas uolunt. In his autem aduersus passiones: non modo non eosdem effectus esse quos in ceteris:sed ipsum passionis nomen audiri nefarium prorsus atq; sacrilegum. De istis sane nil dicturus fueram: nihil enim ad id quod nunc agit:nisi quia cum de politicis purgatorijsq; virtutibus loqui aliquid tempus admonuisset: Plotini quadrifidam catenam multa arte consertam:stilo soluere ac dissociare non libuit.

¶ De delectatione ac dulcedine vite solitarie ⁊ spiritali pugna solitariorum. Cap. VI.

A Ides ne q̄to uerborū ambitu utcunq; cū occupatis in gratiā redire uoluerim:tempus est ut his iam digressionibus modus fit. Ad me igitur ⁊ ad solitudinez reuerto: Cuius ego ueram intimāq; dulcedinem utinam profundius hausissem:ut fidentius in hoc tecum sermone uersarer: Nunc de re sanctissima:prophanū ingenium fari pudet. Quis enim fando equet quod vir percipit cogitando? Celestis ⁊ prorsus angelica vita est:de qua terrenus ne dicam terreus homūcio loqui vult:splendore nominis captus fama q̄q; rei optime: ⁊ ut uere dicam:odore magis q̄ sapore delectatus: haud aliter q̄ si natus in siluis pastor ⁊ in siluis educatus sitim fluuio:herbis famē sedare siluestribus:humi cibum sumere solit⁹ dumosoq; requiem sub antro:casu aliquo ad amplissime cuiuspiam atq; opulentissime urbis muros accesserit: Et dū in uestibulo fessus sedet: oculosq; auide circūflectit:inq; urbem ipsam iniecit custodum domos aut coherens portis angiportum viderit: Exinde reuersus in siluas socijs narret: quid in ea urbe conspexerit:quid in atrijs:quid in vicis:qd in curia:quid in foro:quid in officijs artificuz:quid in thalamis procerum:quid in publicis priuatisq; consilijs agatur. Aut si quia primuz forte religiosissimi templi limē attigit: Idcirco quicquid amictuum seu uasorū imis penetralibus abditum seruatur:cūctas librorum formas:singula sacer dotum officia:omnes sacrorum cerimonias uosse putat. Re enim uera q̄tum ego ab huiuscemodi pastore differo:nisi q̄ is urbem semel adijt B aut templum:ego sepe solitudinem. Is exterius substitit:ego introij. Ille mox abijt:ego permansi? Quid tamen ego certius noui:qualis solitarie vite status interior sit:antra: colles ⁊ nemora:eque omnibus patent: Nemo arcet intrātes:nemo pellit ingressos:deserti nullus est ianitor:nullus custos. Sed quid locorum solus introitus:quid ambiti uebunt amnes:quid lustrate iuuāt silue:quid inuesti prosunt mōtes:si quocūq; iero:animus meus meus insequitur:talis in siluis qualis erat in urbibus? Ille ante omnia deponendus: Ille inquam: ille domi relinquendus erat:suppliciterq; poscendum a domino:ut cor in me crearet mūdum: ⁊ spiritum rectum his in visceribus innouaret: Tū demum vite solitarie abdita penetrassem:Nec enim quid alieno glorier? hec solitudo utiq; non solitaria vita est:ea scilicet quam suspiro:q̄uis exterius simillima videatur:eque hominuz turbis educta: sed non eque passionibus expedita. O si vidissem C que nam dulcedo illa ineffabilis sanctarum animarum:quam de preteritorum commemoratione discriminum: ⁊ uenturi gaudij expectatione perci piūt:sine quibus triumphatus hostis:sine quibus sepe quidem victus:sed vincēdus adhuc: ⁊ in acie nunc etiam standuz est non sine spe certa victorie: militandumq; non solis:sed suffultis angelico comitatu: Et quibus indutis armaturam dei loricāq; iustitie:ut uerbo utar Apostoli:munitis scuto fidei:gladio spiritus ⁊ salutis galea aduersus principes ⁊ potestates:aduersus mundi rectores tenebrarum harum:iterum atq; iterum nullo quidē spectante mortalium:sed celicolarum maximo cōsensu ⁊ eximio omnium fauore christoq; Jesu spectaculis presidente pugnandum est. Que nam illa suspiriorum quies:de profundis ad excelsa tendētium:fatigato animo gratissima? Que nam suauitas lachrymarum de purissimo cordis fonte cadētium? Que nam militum christi vigilie excubieq; psalmorum in turribus hierusalem ⁊ in propugnaculis sion aduersus exercitum babylonis:tota nocte canentium uallūq; ⁊ castra seruātium:loco arduo ⁊ munito:ubi nec pabuluz desit nec aquatio: ubi fidant hostibus insidijs tētari se posse non obruī:eoq; se gratie subuectos: ut ferocissimi hostis incursus ipsis obsequium:supplicium illi sit:ut qui saluti iam amplius non obest:sepe prosit ad gloriam:exercendoq; fiat cautior militia:fortior victoria:clarior triumphus:christi pugilum in vite huius agone certantium.

¶ Q̄tum sit solatium q̄taue iucunditas pro breui solitudine hominum perpetuam sperare frequentiam angelorum. Cap. VII.

Quod illud solatium:q̄ta iucunditas:gaudere presentibus:sperare meliora:pro breui solitudine hominum perpetuam frequētiam angelorum ⁊ diuini vultus aspectū? Ubi totius sacre concupiscentie ⁊ desideriorum omniuz est finis:pro paucis lachrymis interminabilem risum:pro temporalibus ieiunijs eterna conuiuia: pro uoluntaria paupertate inestimabiles ueriss̄imasq; diuitias: pro incolatu siluarum ius ciuitatis ethereę:pro fumoso tugurio stellātia christi palatia:pro agresti silentio cantus angelicos: ⁊ celestis dulcedinem harmonie:queq; omne melos excesserit:illam dei uocem:tot transactis laboribus: suos eternam in requiem euocantis:proq; his omnibus sponsorem ueracissimuz ac locupletissimum habere: Cogitare quotidie quid est quod reliqui: quid est qō secutus fuz:quale est qō patior: quale qō expecto:quantum est qō seui:q̄tum est qō metam. Extimare q̄ breui temporis iactura: immo uero non iactura:sed lucro ⁊ innumerabilium tediorum fuga:felicitatem negocientur eternam: ⁊ dimissis hominuz fastidijs urbiūq; periculis: ubi uere est infernus ille viuentium: cuius meminit psalmista:ad supernam patriam properantes:iam hinc ceperint esse felices. Siquidem miserie finis felicitatis initium est natura contrariorū exigente ut ubi hoc desinit:illud incipiat. Postremo ⁊ cogitatus altissimos: ⁊ collocutores spirit⁹ ⁊ visiones beatificas habere: ⁊ sepe presentem christuz fami-

liarius compellere. Semper enim p̄sens est qui ubiq; semper est. Quis est autem hic nisi de quo scriptum est: Si ascēdero in celum tu illic es: ⁊ si descēdero ad infernum ades: Si sumpsero pēnas meas diluculo ⁊ habitauero in extremis maris? Cui si facile fuit oculos nobis atq; aures itellectū q; largiri: multo est pfecto facilius nos videre: audire ⁊ itelligere. Uidet ille igit̄ nos: auditq; p̄us etiam q̄ loquamur. Ipse est enim igitur qui tacito Moysi ait: Quid clamas ad me? Preuenit uota nostra ⁊ affect⁹ anticipat. Cogitatiōes nostras intelligit de longinquo: hoc est multo anteq̄ fiant: Preces nostras exaudit anteq̄ sonēt: necessitates nostras aspicit anteq̄ ueniāt: exit⁹ nostros speculat̄ anteq̄ nati sumus. Sed ita nos aspicit: ut indignos licet inueniat: misereatur tamen: nisi forte q̄ procul absit a nobis: contumacia pertinaci misericordiam repellamus.

¶ Q; habentes uerum testem christum: teste imaginario non egeamus. Cap. VIII.

A Habētes ergo testem patrem iudicem: teste
b illo imaginario non egemus: de quo alibi scripsi: quem philosophorum quidam querendum nobis esse dixerunt. Epicurus q̄dem quibusdam licet opinionibus infamatus: magnorum tñ iudicio magnus vir amico scribēs: Sic fac inqt omnia: tanq̄ spectet Epicurus. Marcus Licero in epistolis quas ad Quintū Liceronē fratrez suum scribit: post adhortationes magnificas ad virtutez cōcludēs: Id inquit facillime facies si me cui semper vni magis q̄ vniuersis placere uoluisti tecum semper esse putabis: ⁊ omnibus his rebus q̄s dices ⁊ facies interesse. Multum haud dubie confidebat ueram p̄sentiam ꝓfuturā esse germano: qui memoriam sui solā efficacem adeo virtutis ad stu-
A l Talit ibidem Paula sancta t pia t illu stris: t ut multa breuiter dicam: uere Ro mana mulier: summumq; suis temporib⁹ feminee specimen virtutis: t ut ad presepe domi nicum mori posset: ubi t qualiter orta esset: oblita est. Cuius etiam preclaram vitam t felicem exi tum Hieronymus ipse tam fulgido pinxit epigrā mate: ut post eum mihi modesti⁹ sit tacere. Quid enim dignum sim dicturus in transitu: inq; angu sta opusculi mei parte clausurus: ubi ille tanto vir ingenio hesit: t amore ac dolore dictantibus mo dum iusti uoluminis impleuit? Q̄uis non defuis se sciā quod Hieronymus ip̄e nec ignorat nec diss simulat: qui utriusq; ocius liuido dente momorde rint: nec morsus scriptis mādare timuerit. Ita vir ulla virtus uel alta uel abdita est ut inuidie iacu lis nō tangat: sed solidā ueritatē vulgaris aura nō cōcutit. Sane qcqd de sua alijs visum sit: solitudi nem sapictis: idez ipse Hieronymus ptra Jouinia num scribēs cōmendat his vbis: Sapiens nunq̄ solus esse pōt: habet enim secum omnes qui sunt: t qui fuerunt boni: t animum liberum quocunq; vult profert t transfert: t quod corpore non po test: cogitatione complectitur. Et si hominum in opia fuerit: loquimur cū deo: nunq̄ minus solus. Quo nam vo nunc uertar: Confundor multitudi ne t acie occurrentiū in diuersum uocor: sed Pau le nomen admonuit: ut ante omnia eidem t genti t sexui solitarie glorie partem darem: Pauca igi tur ex multis excerpa: nec uereboꝛ ne Romana rum in laudibus matronarum nimius dicar: qui bus par esse non spero. Pretereo Eustochiū Pau le filiam: precone Hieronymo insignem t Marcel lam t Asellaz t Fabiolā t Blesillam: aliasq; cla ri nominis virgines aut viduas. Quid aūt de te dicam feminarum optima t gloriosa Melania? B Non ego tantas conciues ac vicinas: quas etas: patria: christi fides: animi pietas virtusq; coniun gunt: stilo segregez: iuxta Paulā sedebis. Tu qui dem Romani filia cōsulis: Romani precoris ma ter: genus: opes t paternum decus virtutibus su pergressa: viduitatis statū tanto pudicitie studio tātisq; misericordie operibus honestati: ut virgini tatis laudem ꝓpe transcenderes: oblita sanguinis: oblita pignoꝛ: oblita potētie soliusq; memoꝛ chri sti: utq; illū indueres: exuta soli natalis affectum: exuta natalium respectum t amorē tuoꝛ t coꝛpis tui curam exosa. Deniq; christi ꝓfilio aiam tuaz in hoc mūdo: ut in vitam eternam custodires eā: mi ra sollicitudine sanctos patres in desertis solitudi nibus q̄siuisti: eosq; ēt ad exiliuz ꝓsecuta: de labo re tuo sanctū illis obsequiū: de facultatibus piam alimoniā ꝓbuisti. Honoratrix sanctoꝛ: renouatrix errātiū: pegrinorum mater: tuoꝛ in christo tutrix atq; ꝓsultrix. Cum igētes enim opes imensūq; pa trimoniū in egētiuz alimenta felicissima libertate dispgeres: t q̄si qdam iexhaustus fons bonorum nulla largitionū exundatione deficeres: inq; aliō nihil intēta: septē t triginta annos ideficiēte rerū facultate t indefessa charitate animi peregisses: Jam seragenariā tuoꝛ reuisendorum: non carna le sed diuinū t spiritale desiderium cepit. Jtaq; Ro mā rediēs natum: nuꝛ: neptem: ut nois heredē: sic animi ꝓpositiq; tui: Ac ne longum faciā: tuos oēs tua per uestigia: distractis primonijs in viam chri t amorē vite solitarie direxisti. Stupoꝛ est memi nisse: qō aurum qō ue argētum: q̄s sericas uestes: quātas pecuniarum sūmas tua illa quoq; neptis egregia t sedula tuaꝛ viaꝛ obseruatrix: ecclesijs ac religiosis egētibus toto oꝛbe diffuderit: qō pro christi seruitio: suoꝛ milia seruorū libertate dona uerit: q̄s possessiones nō modo Rome sed in Aqui tania ēt t Hallijs Hispanijsq; uēdiderit: precio in misericordiam uerso: t his tm̄ agris quos intra Lāpaniam: Siciliā atq; aphricaz possidebat: tam late se fortuna muliebris extēderat: nō ad aliud q̄z ad usum pauperū t iuge pietatis exercitiuz reser uatis. Qua preterea etate hec ageret: cum vigesi mo scilicet etatis annoꝛ: tuis accensa monitis t ex emplo seculoq; renuncians: ipsum (ut ita dicam) purpureū vite florem t p̄clarum coniugium: t tā tas diuitias ac delitias neglexisset. Quarum san ctas intentiones adiutus celitus uel hinc patet: qꝛ illa iunioꝛ Melania: ita illud ingēs p̄cium e tāti possessionibus redactum thesaurūq; suum omnes oppoꝛtuno tempore dispersit deditq; pauperib⁹: ut si paululum distulisset: ad Alarici manus ilico Romam italiāq; uastātis uentuꝛ omnē fuerit: qō illa iam tunc in meliores usus magnis opum pōderibus expedita ꝓuerterat: quasi teipsam suasq; res pereptas lupi faucibus: christo libēs sub mul tiplici fenore largiretur: Tu autem felix anus om nibus tandem que iter ad celum pandunt: non fe minea leuitate transactis t q̄si iam temporis tui cursu ac laboꝛum agone plausibiliter consūmato: nil in terris agendū supesset: ante duos mēses ex quo Hierosolymā redieras: relicto sibi mōasterio finē rex trāseūtiū t beatū vite laudabilis exitū in ueniisti: Cumq; tibi honorē christus exhibuit: ut ꝓpter feminā vnaz tot viroꝛ ac feminaꝛ milibus pepercisse: t decretū seu ꝓmissum suppliciū distu

lisse videretur. Siquidem mox ut patria ⁊ rebus humanis excesseras: urbem Romam irruptio illa barbarica ⁊ horrenda uastatio cōsecuta est. O ingens ⁊ pio mulier insignis exilio: ⁊ nescio quidez an tali vita an morte felicior: Multo certe clarior iaces solitario in puluē: q̄z si Rome carēs his meritis: ianiꝫ titulis: in sculpto sepulchro marmoreo iacuisses: multoq̄z ibi gloriosius edes christi tuis manibus fundata conspicitur pauperibus seruitura: q̄z Rome palatium auitum: aut barbaricis flāmis arsurum: aut senio ruiturum. Sed diu fateor me tue virtutis admiratio in hoc sermone detinuit. Et iam satis multa de feminis deq̄z transmarinis rebus: ad viros ⁊ ad patriam redeat stilus.

¶ De sancto Gregorio papa magno solitudinis amatore. Cap. VIII.

A Quid ergo Gregorius hic noster Romane q sedis magnus antistes? Nonne magnificas ac frequentes domos in solitaria tempa conuertit: antiquasq̄z possessiones sibi preripiens: christo dedit? Ita sibi q̄tuz licuit in maxima plenissimaq̄z omnium urbe solitudinē fecit: ut ubi suos attauosq̄z suos creber obsequētis populi cōcursus ornauerat: illic ipse suo domino solus obsequeretur: ⁊ si fame illum splendor eductum latebris magno curarum in pelago supremaq̄z tandez dignitatis arce locauerit: Quem suum ascensum: cum sepe alibi: tum super Ezechielem scribēs: mesta commemoratione conqueritur. Et quidem inquit in monasterio positus ualebam: ⁊ ab ociosis linguam restringere: ⁊ in intentione orationis pene continue mentem tenere: At postq̄z cordis humerum sarcine pontificali suppositi: colligere se ad semetipsum assidue nō potest animus: qui ad multa spargitur. Alia ibi deinceps contra se presentē B q̄z tunc statum suuz loquitur. Sed multo plura in prohemio dialogi: quem librum incepturus: secretum locum amicum merori se petisse testatur: ubi uel modicum a rerum secularium tempestate quiesceret. Illic ergo dilectissimo filio ⁊ familiarissimo amico respondens: Infelix inquit animus meus: occupationis sue pulsatus vulnere meminit qualis aliquādo in monasterio fuit: quomodo ei labētia cuncta subtererant: q̄tuz rebus omnibus que uoluuntur eminebat: q̄ nulla nisi celestia cogitare consueuerat: q̄ etiam retentus corpore: ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat: q̄ mortem quoq̄z que pene cunctis pena est: videlicet ut ingressum vite ⁊ laboris sui premiū amabat. Quibus commemoratis: ad contraria tristior se conuertens: At nunc inquit ex occasione cure pastoralis sclariū boium negocia patitur: ⁊ post tam pulchram quietis sue speciem: terreni actus puluere fedatur. Que sequuntur: attexere longum est: ⁊ minime necessarium: Finis est: ut ⁊ se recordatione vite preterite torqueri acrius: ⁊ in comparatione quiete viuentium miserum fateatur: quorum plurimos in hac de qua loquimur vita secretiore placuisse diffinit. Nec minus ⁊ illa superuacuum sequi: que in eo libro scripsit: ubi Job afflictum afflictus exposuit: Propterea q̄ ⁊ uterq̄z peruulgatus est liber: ⁊ hec in utriusq̄z uestibulo scripta sunt: mitto alia prope flebiliora: ubi ob hunc ipsuz suum ascensum ⁊ incessanter se ait flere: ⁊ amicos orat ut si eum diligant secum fleant: ac pro se deuz rogēt: ut intelligas suū illum intellexisse periculū: qui quasi genus mortis existimās solitarie viuere desijsse: amicorum auxiliū in eo statu tam suppliciter imploraret. In epistola autem ad Narsetem Patritiū de hocipso loquēs: tanto se merore percussum dicit: ut vix loqui sufficiat. Ex quibus apparet: ⁊ pontificatus pmolestā illi sarcinā: sicut est omnibus profecto qui illesam immaculatamq̄z custodiunt: ⁊ solitarie vite dulcem fuisse memoriam: nisi collatione disparium mutati status amaritudinem acerbasset.

¶ De sancto Benedicto singulari ac deuotissimo solitudinis habitatore. Cap. IX.

Ed ubi iam dux occidentalium monacho- A
ſ rum Benedictus remanet? At quis eum christi fidelium non nouit: quis sanctuz iuuenile consiliū nō audiuit? Qui q̄tuis a prima etate virtutū hospes: uoluptatū hostis: arduaz celi viam esset ingressus: ut compendiosius tamen ac tutius pergeret Romam Nursiamq̄z dimisit: quam in altera educatus: ortus ex altera: utriusq̄z amorem usu ac natura contraxerat. Uicit tamen carnales affectus anime cura: petijtq̄z felix puer nō modo solitudinem: sed desertum ⁊ illud imane: sed deuotum specus: quod qui viderunt: vidisse quodammodo paradisi limē credunt: Ubi qualiter vixerit sciens sileor: cum ⁊ cuncta nobilium scriptorum fides lateq̄z loquax fama vulgauerit: ⁊ iacta illic ingentia preclarissime religionis fundamenta testentur. Id nunc mihi suffecerit: ⁊ solitudines nostras honestasse commemoratione tanti incole: ⁊ propositum meum presens tali teste firmasse. Longuz est enumerare: qui deinceps viri: ⁊ quales huius uestigia secuti: ⁊ uel claritate ducis ⁊ exempli stimulis: uel inclinatione nature: uel diuinis oraculis admoniti: Religionum uenerabilium fundatores: uarias solitudines petierē: Indicio nunc etiā B sunt sacra cenobia ⁊ inter spelea siluestria deuotissime domus christi: Cistertium: Maiella: Cartusia: Uallis umbrosa: Camaldulum: innumerabilesq̄z alie. Quarum religionum riui: ⁊ si celesti deuotionis augmento postmodum longe lateq̄z diffusi sint: ⁊ plana compleuerint: si tamen ut magnorum fluminum fontes: sic harum queris origines ex asperrimis montibus emanasse cōperies. Clarum quidem ex omnibus ⁊ famosum Benedicti nomen: Cuius historiam viteq̄z modum quisquis nosse cupit: non scrutari abdita iubeo: Gregoriani dialogi cuius supra mentio est habita: secunduz librum perlegat: qui ex illius actib⁹ est totus: ⁊ ubi rerum claritas stilo etiam illustratur.

¶ De solitudine sancti Florentij. Cap. X.

In oculus serie rerum ductus: intra libri A
s tertij methas excesserit: videbit illa solitudinis italie congesta miracula. Occurret ei Florentius: qui in monasterio solus agens: duz a deo cui cuz iugis oratio ⁊ multa simplicitas familiarissimum fecerant: aliquod solitarie vite solatium postulasset: protinus eidem ursus astitit: quo deinde feritate deposita cen pastore aliquo paucarum ad custodiā pecudū usus est: deq̄z eiusdez ultione: quē quorūdaz fratrū liuor occiderat ip: recatio irati: dicto citi⁹ ad celū uenit: ut illis mox horrēdo supplicio affectis: obstupuerit: seq̄z perpetuo sontē uocās: ⁊ tā celerit exauditū gemes: oia reliq̄

vita sine lamentis ꝛ dolore non fuerit. Rogo que legiones aut qui reges ad hanc potẽtiam laborã do perueniunt: ad quaꝫ solitaria humilitas quie-
scẽdo? Occurret ide Martinus ille Marsici mõ
B tis accola: cui de rupe solida fluens pennis aque tenuis stilla: dure rupis stillantis olim in deserto prodigium renouauit: Quicꝫ cum serpente terri fico: sub cuius specie uetus serpens terribilior la tebat: vno eodemqꝫ specu cõtinue sine offensa to to triennio uersatus: Illo demum mira patientia procul pulso ipse victor solus sustitit. Occurret alter sine nomine: sed cuius nomen in celo est: Ar gentarij montis inhabitator: qui cum defuncti fa ciem puluere fricuisset: incredibile ac stupendum: nisi quia credenti nihil impossibile est: exangue ca dauer ꝛ mox futurum puluerem puluere suscita-
uit. Occurret solitarius Menas: tante vir innocẽ tie tanteqꝫ fiducie: ut non solum barbaros tunc vi cinia uexantes reuerentia sui nominis famaqꝫ cõ pesceret: sed maximos atqꝫ immanes ursos e sil ua proxima sancti viri aluearibus insultantes: fe-
rula quam de more gestabat quasi domesticos ca tulos castigaret trepidantesqꝫ depelleret.

¶ De solitudine sancti Frãcisci. Capᵃ. XI.

A Perosum fateor cuncta complecti: nec ea
o mihi nunc cura est: neqꝫ enim scriptur⁹ hi-
storiam: ad calamum ueni: sed vndiqꝫ de-
cerpturus illustria: nec ea quidem omnia: sed que cepti operis seruato calle preteriens possem: an vo uel horum aliquem in patria sua uel Benedictum Nursie vnqꝫ ad id glorie uenturuꝫ: uel Franciscũ seu uolucrum audientiam: seu seraphicum rapte mentis ardorem: stupendumqꝫ illud insigne sacro rum christi stigmatum ꝛ vulnus animi membra testantia tantumqꝫ tam breui de paupertatis con iugio genite sobolis incrementum habiturum cre dimus si mansisset Assisij. Qui licet: ut aiunt: diui nitate consulta ꝛ reuelatione celitus accepta: pro salute multorum inter vite hominum bella: pericu losas non tam sibi qꝫ militibus suis excubias ele-
gisset: ipse tamen magnus amator solitudinis be remiqꝫ sectator fuit.

¶ De triplici solitudine: Capitulum incidens: Et de solitudine blasij ꝛ aliorum. XII.

A Ripler nempe si rite complector solitudo
t est: Loci scilicet de qua maxime mihi nũc sermo susceptus est. Temporis: qualis est noctium quando etiam in rostris solitudo silentiũ qꝫ est. Animi: qualis est eorum qui in profundissi-
me contemplationis abstracti luce media ꝛ fre-
quenti foro quid illic geratur nesciunt: qui quotiẽs ꝛ ubicunqꝫ uoluerint soli sunt. Has quidẽ simul omnes solitudinuꝫ species: nulli qꝫ Francisco ma gis frequentatas video. Lustrabat heremos in tẽ plis sepe semirutis pernoctabat. Sepe per diem inter turbas a presentium rerum sensu rapiebat: Et pulso hue illuc corpusculo collisione hominuꝫ: celestibus mens affixa erat. Hinc illa securitas in qꝫtalibet hominum frequentia: quam sibi feruen-
tissimus christi amor: ꝛ caro mirum in moduꝫ spi ritui subiecta prestabat: vnde arbitror effectum: ut sibi ꝛ suis stationem in populis acceptaret: ratus facile futurum omnibus quod possibile sibi esset: quia enim anima illa sese deijciendo sublimis ꝛ il limis: ac defecata ab omni colluuione terrestriuꝫ: nullis tumultibus a christo separi poterat: quod in se experiebatur: id uel multo facilius in alijs pr̃-
sumebat: sic illuꝫ in iudicio ceterorum propria fal lebat humilitas. Quod ut sic opiner: opinio illa me cogit quam de se vir sanctus habuit: peccato-
rem se maximum ex omnibus: quod cuidam e fra tribus percontanti: quid de se ille sentiret: respon-
disse legitur. Et qꝫuis hec ita sint: sepe tamen au-
diui religione scientiaqꝫ preditos successores suꝫ-
os si patris scita permitterent solitariaꝫ vitam exi mijs precordijs suspirantes. Ipse etiam ut diximus: qꝫtum solitudinem semper amauerit: testis est vi-
ta eius litteris edita: testis vite regula: quam sibi primum ꝛ posteris in monte dictauit: mox perdi-
tam: non nisi in solitudine reformauit. Testis de-
mum sua peculiaris habitatio. Nam⁹ ut Benedi-
cti: sic huius quoqꝫ locus ostenditur vnus ex mul tis: quo non alius fere uspiam remotior. Aluerna loco nomen. Utriqꝫ igitur solitudo calcar incus-
sit acutissimum ꝛ ad alta dispositos sollicitauit animos: Itaqꝫ dum latitant: mundiqꝫ gloriam spernunt: toto illos orbe notissimos atqꝫ clarissi-
mos fecit. Inter eos sane quos nobilitauit here-
B mus nec silendus est Blasius martyr quem spe-
luncis abditum: ꝛ visitatũ a feris ꝛ ab auibus pa stum ferunt. Nec Leonardus ꝛ Liffardus fra-
tres: ambo monachi: ambo solitarij. Nec Ueridi nius heremita clarissimus: Nec comes eius pre-
tereundus Egidius qui Athenis regio genere or tus: ut perhibent: ꝛ genus ꝛ patriam: ꝛ opes ꝛ litteras grecas quibus abunde pollebat: gallica ne post habuit paupertati: studio solitudinis vni-
uersa contemnens: ubi ꝛ miraculis emicuit: ꝛ in ter cetera blandientis cerue lacte nutritus: alum-
nam suam uenatorum canibus inuiolabilem pre-
stitit: Ita ut miraculo rei tactus galliarum Rex ad speluncam viri sentibus obsitam penetraret: non sine multo militum labore: ferro aditum panden tium. Ueneranda deniqꝫ visi senis effigie: ꝛ iux-
ta senem accubantis spectaculo permotus altri-
cis: submotis omnibus ad eum solo quodam cuꝫ presule Rex accessit: ꝛ talem virum repperit: ut magnis ei muneribus oblatis magnificeqꝫ con-
temptis inqꝫ usus alios uerti iussit: tandem ꝛ ce-
nobium consilio eius extrueret illis in locis usqꝫ nunc celebre: ꝛ deinceps ad eum visitandum se-
pe submisso fastu regio ueniret: quem sibi homi-
nem nõ originis splendor ac paritas: sed solitarie vite decor ac sanctitas peperere.

¶ De solitudine sancti Remigij. Capᵃ. XIII.

Quid Remigium loquar? qui ad illam fa- A
q me claritatem que immaturo eui pontifi-
cale pondus imposuit: quod amplius qꝫ septuaginta annos summa virtute ꝛ industria ges sisse traditur: Qua francorum ꝛ regem ꝛ gentes ad christi fidem primus iste conuertit: ꝛ celit⁹: ut aiunt misso chrismate reges vnxit: vnde in vngen-
dorum illic regum nata solennitas in seculum no strum durat. Ad hec inqꝫ: ꝛ ad hanc altitudinem: vnde oro: nisi ab ipsis humilibus vite solitarie ru-
dimentis ascenderat? Quid Narcissum Hieroso- B
lymoꝫ epꝫ vix clarũ atqꝫ mirabilẽ: quẽ ꝛ psecutio nis idignitas: ꝛ secrete vite desideriũ in solitudi-
nẽ egere ubi multos annos desertis in locis degẽs:

non modo pſecutoꝝ calūnias declinauit: ſed ueri philoſophi ſummū munus impleuit? Quid Huilhelmum deniqꝫ viruꝫ fortem: ꝛ uetuſte pꝛoſapie: qui etatis florem ipſum cum terrene militie dedicaſſet: in deſerto ſeneſcere maluit: ꝛ mori ultimis vite fructibus celeſti militie conſecratis? Quid alium eiuſdem ꝛ pꝛopoſiti ꝛ ſtatus ꝛ nominis Huilhelmum: ſeculari pꝛimum faſtu: poſt autem monaſtica humilitate conſpicuum: qui derelicto ſpꝛetoqꝫ opulento opido: ſolitudinem: paupertatē ꝛ ſilentiuꝫ exoptauit? Montis enim peſſulani do minus cum eſſet: grandis ſilue monachus factus eſt: Inqꝫ illo cenobio tanq̄ pꝛto iecit ancoraꝫ: vi te tempeſtatibus ereptus vir magnificus in ſeculo: ut uere de illo gdā ſcribit: ſed magnificētioꝝ in ſeculi fuga.

De ſolitudine beati Bernardi. Cap. XIIII.

Quid Bernardum cuius ꝛ recētiora ꝛ notiora ſūt omnia: qui ꝛ forma coꝝporis clarus ꝛ genere: in ipſo adoleſcētie flore: fructum anime ſue cogitans: ſolitudinez adijt: ſed nō ſolus: Siquidem quinqꝫ germanos in eiuſdē pꝛopoſiti viam traxit: ubi illa relatu digna narrantur: Nam ꝛ cum Gerardus vnus fratrum: ſed armate ſtudio militie: a fraternis conſilijs abhoꝝrens: melioribus ceptis ꝛ illuderet ꝛ obſtaret: Ille celeſti ẓelo concitus pꝛedixit fore: ut poſt non longū tempus pꝛedurum illud ꝛ diuinis monitis inperuium latus hoſtilis haſta perſtringeret: admoto inſuper ad locum digito ubi vulnus inſtaret: hic hic inquiens ferieris: ꝛ cum dolore ſaltem coꝝporis ſubintrabit ſalus aie. Qō ut uaticinat⁹ eſt accidit: ꝛ intellectu malis exercito: militaris aſperitas in monachalez māſuetudinē flexa eſt: ut mox ultro qō antea irridebat appeteret. Et fratrū alter natu minimus: cū fratres oēs in ſolitudinē pergētes cerneret: forte tunc puerilibus intētus ludis: eiqꝫ pmogenit⁹ ualefaciēs iter blāditias diceret: Ad te lunarde frater: Id enim erat puero nomen: totiuſ terre que oium fuerat pūctura poſſeſſio eſt. Ille ſupꝛa etatē: Mime ingt: equa diuiſio: uos celuꝫ habebitis oēs ego terraꝫ? Qō reſpōſum bꝛeui rebus ipſis ipleuit: ꝛ ipſe nouiſſimus fratrum iter gradiens ꝛ tellure dimiſſa per ſolitudinē celum petēs: Ita nullus oium penitus terris beſit. Quorum pfectuū pia mater haud dubie pticeps videri debet: que ab infātia ſic natos inſtituit: ut victu tenuiſſimo pꝛētos ꝛ ſolitarie religioſeqꝫ vite: quam urbanis uoluptatibus aptiores virilis etas excipet: Hiis moribus: his domeſticis iſtitutis creuit ſimillima mīri ples: uere nobilis ac ſancta familia: ꝛ fecūde vitis generoſi palmites: ēt ſi alibi q̄ iter Allobꝝoges germinaſſent. Sane cum omnes feruidi pꝛomptiqꝫ omnes⁹ ad pīe celeſtis aſcēſū: vnus tamen omniū dux Bernardus: qui naſcēdi oꝝdine tertius in renaſcēdi ppoſito pꝛim⁹ fuit: ad poſtremum ꝛ annoſum patrē ꝛ ſoꝝorez vnicam poſt ſe trahens. Huius ego facūdie abſtinentieqꝫ omiſſis laudibus: qm̄ omibus note ſunt: Illud egregium ac pꝛeclarum dictum ꝛ his que inter manus habeo ualde ꝓſentaneū nō ſilebo. Solebat enim dicere: oēs ſe quas ſciret litteras: quarum neſcio an alius ſua etate copioſioꝝ fuerit: in ſiluis ꝛ in agris didiciſſe: nō hominum diſciplinis: ſed meditādo ꝛ orādo: nec ſe ullos vnq̄ꝫ magiſtros habuiſſe p̄ter quercus ꝛ fagos. Qō ideo libenter refeꝝo: qa ſi qd ꝛ mihi noſſe datum eſſet: idez de me uere dicere uellē: ꝛ niſi falloꝝ poſſem. Jure: vt arbitroꝝ: hūc locum occupauerit Arnulphus territorij Metenſis: heremicola nobilis atqꝫ eiuſdez urbis epiſcopus: Nec min⁹ Eucherus qui p̄mum claritate ſanguinis ꝛ ſenatorij oꝝdinis dignitate ꝓſpicuus: multuꝫ poſtea religione ac ſolitudine clarioꝝ: ſpelūce hoꝝride pſeuerātiſſim⁹ incola fuit in territorio Lugdunēſi: Ad cuius urbiſ epiſcopatum ꝛ hic demum non ſuo ambitu neqꝫ humano ſuffragio: ſed cogentibus meritis ꝛ angelica glorioſe admodum reuelatiōe cōſcēdit: Utqꝫ ueracem ſanctarum ſolitudinum terram ſcias: ij ſdem in finibus ꝛ Romanus ꝛ Domitianus pꝛimum ſolitarij heremite poſt abbates celeberrimi claruē: atqꝫ ut trāſmarinas ſolitudies trāſalpinis miſceam: Urſacius ſeculari p̄mū cognit⁹ militia: illa poſt reiecta: notioꝝ Chriſti miles apō Niche am bithynie ſolitariam vitam: non ſanctitate tantū: ſꝫ miraculis claraꝫ egit. Sꝫ iā ſatis exteras ſolitudines circūiuimus: ad Italicas redeūduꝫ eſt.

De Solitudine Carlomani. Cap. XV.

Uis non eius quem magnum uocāt Caroli patruū Carlomanū memoret? qui cū Pipino fratre regni particeps: ꝛ regno ſimul ꝛ regijs curis cedens: Romam adijt ociandi ꝓpoſito: Atqꝫ ibi monaſtico habitu aſſumpto: Silueſtri latibulum Soractis mōtem petijt: ubi cum uotiua requie biennium exegiſſet: Tandem quia crebꝝo ꝛ nimis honorifico peregrinoruꝫ ſue patrie concurſu: locus is ut qui Romam petentibus ſecus iter longeqꝫ notus atqꝫ conſpectus eſt: minus indies ſolitarius uotoqꝫ ſuo conueniens viſus erat: ad ſecretiorem atqꝫ ſemotiorem Benedicti domum Caſſinenſe cenobium commigrauit Jbiqꝫ quod optabat ꝛ querebat: fratre iterim ac nepote pꝛo caduca ſede laborātibus: ꝛ quietas lateb: as ꝛ tranquillum vite finem habuit.

De Solitudine Romualdi. Cap. XVI.

Equitur hunc alius etate poſterioꝝ: merito autem pꝛioꝝ Romualdus Rauennatium urbis nobiliſſimuſ incola: ꝛ illuſtri ducum ſtirpe pꝛogenitus. Hic ab adoleſcentia q̄uis opum ꝛ etatis ꝛ generis inſolentia tumidus ꝛ deuinctus illecebꝝis: animo tamen aſſurgens: inter illius temporis uoluptates: ꝛ iuuenilia ſtudia: ſanctam ſemper ſolitudinez ſuſpirabat. Jtaqꝫ dum uenanti ſepe taciti nemorum receſſus occurrerent: celeſti mox deſiderio percuſſus herebat: atque ad ſe uerſus aiebat: O q̄ delectabilis: q̄ tranquillus: ꝛ q̄ deo ſeruire uolentibus opportunus locus: q̄to melius hic amici dei q̄ in urbibus habitarent. Jtaqꝫ generoſe indolis adoleſcens ad captandas feras pꝛofectus in ſiluam: captādarū cꝛio negociū aiarum: iam floreti nec dū matura pietate cogitabat: neqꝫ vo diu ineffi cax cogitat⁹ eſſe potuit: ut quē ſpūs ſanct⁹ aleret: aſſidue ꝛ augeret. Jn ipſo igit etatis flore: gliam:

uoluptates opes: patrem: patriam: mūdum deniq; ⁊ seipsum talem fugiēs: ut se alium iueniret totum ad heremitice solitarieq; vite studium se conuertit. Et primus illi qdem e seculo exeūti: haud ꝓcul a patrie menibus ad Classense cenobiuz saltus fuit. Inde aūt exacto ferme triennio: fratrū vitijs offensus abscessit: ⁊ ad marinum quēdam solitarium degētem in regione Uenetoruz: sanctuz utiq; simplicēq; hoiem quez per famam nouerat: deuotissima raptim hūilitate prexit: eūq; ꝓceptorem ac magistrum fidelem potius q̄ discretum patientissime ptulit: eiusq; non solum v̄ba: sed v̄bera tam eq̄nimis ac submissis excepit: ut eūipsum meritum in stuporem cogeret: qui deinde secum magnis ⁊ honestis ex causis ꝓ salute aie scilicet Petri ursioli Uenetorum ducis: ⁊ ducatum ⁊ seculū his comitibus relinquētis: trāsgressus in gallias: b̄reuiq; post tpe in Romualdo spiritaliuz virtutū incrementa cōspiciēs: discipuli tādem sui discipulus fieri nō erubuit: ⁊ cui pauloante ꝓceperat obedire. Inde aūt multo cum dolore gētium illarum iter quas aliq̄tum tps exegerat: usq; adeo: ut de eius etiam cede cogitarēt: quatenus quem viuentem tenere non poterāt: mortui saltem corpus thesauri instar ingētis ad p̄sidium sue patrie retineret: simulata demētia elapsus: ⁊ sic in Italiam nō minus iustis reuersus ex causis: q̄s abierat: sed aliq̄to etiam iustioribus: ut videlicet patrem suum Sergium iminenti aie piculo: tempestiuus eriperet. Ipsum qdem qui in monasterio sancti Seueri prope Rauēnam susceptus in monachum fuerat: religioso iugo colla subducere meditātem: ut nūciatum illi erat: ⁊ ad seculum redire ꝓperātem reperit: cuiq; nil uerbis ac p̄cibus ageretur: non patrem cui subesset: sed monachum cui spiritali preesset auctoritate p̄sideras: salub̄ribus vinculis pestiferum coercuit appetitum: pie seuerus in parētem: vt eum patris eterni seueritate liberaret successitq; feliciter. Nā Sergius malis admonitus: ad cor redijt: ⁊ castigationem non ut filij: sed ut patris amplexus mira cōpunctiōe ꝓpositum imutauit: atq; ita in virum alterum uersus est: ut mox ⁊ lach̄rymis peccata diueret ⁊ beatifica visione recreatus: amatum simul pondus corporis: ⁊ optatos mundi laqueos uotiua morte desereret. Longum est deinceps laboriosam viri militiaz sub seruitio Jesu chr̄isti deuotosq; discursus: nō italicos modo uel trāsalpinos: sed etiam trāsmarinos uerbis amplecti: qui tam crebi ac difficiles fuerunt: ut ab illo qui vitam eius descripsit: meruerint excusari: q̄ scilicet ad hunc virum ne quicq; latitare cupientem: ubicunq; terraruz esset: innumerabilis deo seruire cupientium turba confluueret: nō humilium modo: sed illustrium: ut quotiens locum vnū suis monitis Chr̄isto quesita familia implesset: rectore illis imposito: necesse haberet: ois expers desidie: ⁊ quietis inscius: in locum alterum cōmigrare: sanctissimus animaruz pastor: nouum dño suo gregem nouis in pascuis quesiturus. Lōgum preterea nominatim exequi: quot q̄ claros chr̄isto seruos sibi discipulos ambiendo quesierit: in quibus ⁊ duces ⁊ comites ⁊ filij comitum fuerunt: quin ⁊ ipse Romanus imperator Ottho: licet is differens atq; ꝓcrastinans: uotū in sancti manibus viri factuz: implere p̄uētus morte nequiuerit. Lō gum deniq; quibus locis habitauerit: quas heremos discipulis sanctis impleuerit: que deserta frequentauerit: que templa cōstruxerit: in q̄bus p̄clarissimum nomen habet heremus Camaldulensis Aretinis in finibus: cuius ille ⁊ loci ⁊ ordinis institutor ac ꝓceps fuit: tanta deuotiōe singula faciens: tātis ieiunijs: tantaq; cibi lautioris abstinētia ipse gule sue illudens: tātis suspirijs tātisq; cū lach̄rymis: eoq; impetu ⁊ ardore animi: quem nullus vnq̄ stilus equauerit. Ea demum sollicitudine tam iugi tāq; anxia ⁊ usq; ad ultimū indefessa: ut more Cesareo sed intentione alia: nil actum credens: dum qd superesset agēdū: his sacris edificijs ad exitum vir ꝓductis: semper incipiens ac festinans noua iaceret fundamenta: ꝓrsus quasi totum orbez vnam heremum: oēs hoies monachos facere decreuisset: Et hec inter quas p̄secutionuz molestias: non demonum modo sed hoium: ⁊ p̄sertim suoz q̄patiēter tulit ac fortiter. Quāta illi in aduersis alacritas atq; letitia: magnum solide mentis indiciū ⁊ in statu quolibet frons vna perpetua serenitate notabilis: qō ip̄rimis Socrati Lelioq; tribuitur: quibus hic sanctus de quo loquimur: vnifor̄mitate par fuit: pietate aūt ac religiōe superior. Quāta v̄o huic oris hilaritate iuncta eēt auctoritas: ⁊ nescio quid diuinū in illius vultu uenerabile pariter ac tremēdū: quo ⁊ boni illū colerēt ⁊ timerent mali: magni licet ac potētes ⁊ tanq̄ coram deo positi contremiscerēt: usq; adeo ut ⁊ impator Romanus Ottho iunior enim familiariter ac reuerenter inuiseret: inq; illius lectulo pernoctez conquiesceret: Et impator alter Henricus cum vir sanctus ad eum ⁊ illius ⁊ discipulorum suorum p̄cibus expugnatus: vix uenisset: sibi letus ac uenerabundus assurgens: pio suspirio in hec v̄ba p̄rūperet: O utinam esset aia mea in corpore tuo: ⁊ impialium comitum viro dei circūfusa acies atq; humiliter acclinis: pellicie qua tūc ille erat idutus: villos ꝓ charis ac sanctis reliquijs in patriam relatura: non sine ipsius graui merore: deuota vndiq; certatim iportunitate decerperet: opinatissima sanctitate barbaricos etiam spūs molliente. Ad hec ⁊ Raynerius Tuscie Marchio: neq; ipe ratoris neq; cuiusq̄ mortalium: q̄tum Romualdi solius aspectum se metuere fateretur: neq; illo p̄nte sibi oino linguam aut ingeniū ꝓstare. Postremo que per illum seu viuētem seu defunctum diuinitus sint gesta miracula: que p̄ntis dei potentia ac virtute geri multis ⁊ claris inotuit argumētis: Illis duobus inter plurima: q; ⁊ Gregorij cuiusdam fratris intolerabilem capitis dolorez solo sanauit anhelitu: Et alterius non dolorem: sed insaniam vno pepulit osculo: qui curatus se mox gdē: vt sacra viri labia contigisset: uehementioris aure spūm sensisse: illius ex ore ꝓdeūtem asserebat: quo afflatus subito salutem p̄stinam recepisset. Id sane quid aliud fuisse crediderim: q̄ spiritum illum qui vbi vult spirat: quo profecto vir deo acceptissimus plenus erat. Longa inq̄ hec relatu ⁊ minime necessaria: cū ab illo ipso quem p̄diximus eius historico contemporaneo ⁊ conciue suo sanctitate ac scientia viro insigni: ⁊ ipso quoq; solitario: de quo sine medio post hunc dicaz: de his editus liber extet: Summa igitur rem comp̄rehēdat: Siquidem centū viginti annis quos habuit vite:

viginti primi in seculo acti sunt: tres in monasterio cuius regimen coactus accepit uolensq; deposuit: Reliquis omnibus septem ⁊ nonaginta heremit i cam vitaz duxit semper vigilantissimus nunq; cessans: ubiq; fructificans: ⁊ ut de illo scribitur: sterilitatis impatiens: ac propterea omnibus locis ⁊ tẽporibꝫ toto corpore totaq; anima ad nihil aliud q; ad lucrum sollicitus animarum. Ad extremum ꝟo morbo victus ac senio: ad Italie notã partem uel Piceni uel Umbrie regionem: ⁊ ad monasterium uallis que de castro dicitur qó ipse construxerat: ⁊ ubi ante viginti annos moriturum se predixerat: ceu ad hospitium fessus viator ad uesperam properauit: Atq; ibi tandem post longissimos labores exactos: feliciter requieuit: ⁊ qó nescio an de alio q; de paulo primo heremita legerim: solitariam vitam solitario fine cõclusit. Ultimam enim ⁊ diei illius ⁊ vite sue horam sentiens adesse: fratribus qui aderãt egredi iussis: ⁊ mane primo reuerti: pia illos fraude decipiens: ut qui solitarie Christo seruierat: solitarius ad Christum ⁊ mercedem sui seruitij reposcendam iret: sese ⁊ beatũ spiritum languidũq; corpusculum recollegit: atq; ita incomitatus hominibus: comitatus angelis hinc abijt ad eternam vitam.

¶ De solitudine Petri Damiani. Cap. XVII.

Petrus nunc occurrit ille qui Damiani cognomẽ habet: q; uis ⁊ de hoc ipso ⁊ de vita rebusq; viri huius agentium discordia multa sit: q; eum alij e solitudinis ocio ad ecclesiastici negocij curas: cõtra alij ex ipsa curarũ area strepituq; negocioruz: ad ocioſi silentij pacez trahũt: Utraq; vite huius cõmendatio: seu tanto illũ officio dignuz fecit: seu ipsa digna visa est que tã to fastigio preferretur. Alij rem permiscent: Nam cum exactius ueruz querens: usq; ad cenobiũ ubi is floruit misissez qui mihi cõperta oia reportarẽt religiosorum loci illius assertione didici: fuisse euz primo qdem solitariuz: inde altius euectũ: demum ultro ad solitudinez redijsse. Qó si ita est: ⁊ indicium eius extremuz patet: ⁊ in vnuz exempluz solitudinis geminum decus coit: que tales viros seculo cõmodat eosdemq; sic recipit. Ita ꝟo esse ut credam: epistole quedam eius hortant: quas nũc maxime his auditis ad memoriam reuoco: diuersis ille quidem temporibus ⁊ alio atq; alio vite statu adite: quarum in alijs: ut mihi videtur occupatus amissi ocij requiez suspirat: in alijs ociosus transacti negocij inquietudinem recordatur. Huius mihi nunc certior memoria est. Ceteris igitur extra propositum sunt omissis: utiq; inq; Petrus hic: q; tum ex nouissimis eius scriptis elicio: Romanũ cardinẽ non sine laude possederat: vir haud dignitate clarior q; lingua: Quid tamẽ ⁊ hic consilij ceperit iam audies: Siquidem statum illum pompasq; seculi contribulibus suis linquens: ipse Italie medio ad sinistrum Apenini latus: quietissimam solitudinem: de qua multa conscripsit: ⁊ que uetus adhuc fontis auellane nomen seruat: peritu ris honoribus preferendam duxit: ubi non minus glorioſe postmodum latuit: q; innotuerat primuz Rome: nec dedecori illi fuit alti uerticis rutilum decus: squalenti cilicio permutasse.

¶ De solitudine Celestini pape qui Petrus ante papatum dictus fuit. Cap. XVIII.

Uius Petri clarissimuz faceret raritas ipsa contemptum: nisi eum Petri alterius Romani pontificis: quem Celestinum dixerũt: recentior contemptus ⁊ clarior obscurasset: qui pontificatu maximo uelut mortifero fasce deposito: in antiquã solitudinẽ tã cupide repedauit: ut hostili compede liberatum crederes. Qó factũ solitarij sanctiq; patris vilitati animi quisquis uolet attribuat: Licet enim in eadem re pro uarietate ingeniorum: non diuersa tantũ: sed aduersa sentire: Ego imprimis ⁊ sibi utile arbitror ⁊ mundo: utriq; enim propter inexperientiam rerum humanarum: quas multa diuinarum contemplatiõe neglexerat: longumq; solitudinis amorem: periculosa esse: anceps ⁊ turbida poterat altitudo. Nã qd christo visum sit miraculuz: qó per eum deus ostẽdit die qui post renunciationem primus illuxit indicio est: qó profecto non fieret: si qó gestum erat diuinitas non probaret. Ego prosus altissimi cuiusdam ⁊ liberrimi ⁊ iugum nescientis uereq; celestis animi factum reor: atq; ita sentio non potuisse id ab homine fieri: nisi qui res humanas iusto precio estimasset: quiq; tumidum fortune caput pedibus subiecisset. Ambrosij patrocinio locus eget: ex eo presertim libro: quo ad uere humilitatis obseruantiam sacram virginem Demetriadẽ cohortatur: Non ut dilectores inquit huius seculi putãt qui cordis aut segnis est animi: terrenas opes spernere: honores occiduos fastidire: nec ibi gloriam querere ubi laudatur peccator in desiderijs anime sue: ⁊ qui iniqua gerit benedicitur. Unde si uere intelligatur contemptus iste rerum presentiũ ad que tendat: ⁊ qualia cõcupiscat: nihil huiusmodi mẽtibus rectius: nihil inuenietur erectius: que sacratissimis desiderijs vniuersa transcendunt: neq; ad ullam creaturam: q; uis potentem atq; mirabilem: sed ad ipsum omnium visibilium atq; inuisibilium ambiunt creatorem: cui appropinquare clarescere est: quem timere gaudere est: cui seruire regnare est. Huius preconij laudis quis usquã queso: seu quis vnq; dignior Celestino? Reliquerũt alij nauiculas suas ac retia: alij possessiũculas: alij teloneum: alij etiam regna uel regnorum spez: secutiq; Christum dominum: facti sunt apostoli: facti sunt sancti ⁊ amici dei: Papatum ꝟo quo nihil est altius: rem tam exoptatam tamq; mirabilem: ut ab admiratione ac stupore dictum ferant: Quis ulla etate: presertim exquo tanto in precio esse cepit: tam mirabili ⁊ excelso animo contẽpsit: q; Celestinus iste: pristinum ⁊ nomen ⁊ locum ⁊ amicam bonis moribus egestatem appetens: atq; dum celum suspicit: terre immemor? Quẽ in statu quolibet eque deo placitum: quis non videt qui mira eius opera: sed alio digna stilo: trifariam distincta perlegerit: que gessit: aut anteq; ascenderet: aut postq; descendit: aut dum sedit? Quid miri autem: si virtus operum non defuit: cui⁹ ⁊ animi teno: vn⁹: ⁊ qua licuit vite mutatio nulla fuit? Siquidem in supremo rerum culmine: ⁊ intra augustissimum ac papalem thalamum: angustam sibi heremiticaq; cauernulam meditatus: In alto humilis: inter turbas solitarius: iter diuitias pauper vixit. Adde qó ⁊ statim ab initio tentauit fugam cum discipulo quodam suo Roberto Salentino tũc iuuene: q; inopinata ⁊ subita populi mul-

titudine circũuentus: cum euadendi nulla spes esset: in discipulum uersus quesiuit: an se ad excelsa tractum & coactum sequi uellet? Ille autem qui a magistro didicisset mundum spernere: Christũ & quibus ad Christum itur virtutem: pacem: silẽtium & solitudinem amare: queso ait: ut & labori & periculo meo parcas: meq; potius celle inopis & tuti ocij successorẽ: q̃ diuitis ac sollicite glorie participem uelis: quod & factũ est. Substitit enim patre Romam abeunte: cuius non multo post animam e carcere gemino ad sydereas scandentẽ sedes conspexisse dicitur: ignarus rerum & miraculo stupens atq; interrogãs: an se tunc etiam sequi: an quid aliud agere iuberet. Quem ille ut in solitudine perstaret admonuit: & sic celum petens inter uerba disparuit. Discipulus autem ille consilij memor: usq; ad tempora nostra perueniens: & dierum plenus ante hos paucos annos: post magistrum abijt: magna quidem apud suos sanctitatis opinione & mirabiliumfama operum relicta. Sed ad Celestinum redeo: cuius ascensus q̃ mestus: q̃q̃ cõtra animũ suũ esset: descensus letus & spontaneus declarauit: Audiui narrãtes qui viderũt tãto illũ fugisse cũ gaudio: eaq; signa letitie spiritalis oculis ac frõte gestantem: dũ a conspectu concilij: iam tandem sibi redditus ac liber abscederet: quasi nõ humerũ blando oneri: sed collũ diris securib⁹ subduxisset: utq; eius in vultu nescio quid angelicum reluceret. Nec immerito: Norat enim quid peteret: nec quid dimitteret ignorabat. Certe a laboribus ad requiẽ: ab insanis disceptationibus ad diuina colloquia remeabat: Linquebat urbem: ibat animo: & nisi successoris fastus obstaret: pedibus ibat in montem hispidum fateor ac preruptum: sz vnde sibi planum iter esset ad supos: Cum quo utinã vixissemus. Quod idcirco p̃cipue de hoc vno inter tot solitarios optauerim: quia nusq; rei optate propinquius uotũ erat. Neq; enim magno disiungimur interuallo: modicũq; uel cũctandũ illis: uel nobis accelerandum fuit: ut iter hoc vite pariter ageremus: qõ ille cũ patribus nostris egit. Et q̃ breui spatio temporis: per omnẽ Italie tractum usq; ad Alpes quot ab eodem instituti ordinis cõuentus sacri: Jamq; ut audio Alpes ipsas deuotio propagata transcẽdit: durat religiosa successio: durabitq;: & quos in solitudine genuit viuũt nati cum in palatio geniti quosq; uel ad ecclesie cardinem uel ad alios gradus extulit iam pridem omnes obierunt: tãto stabiliora sunt sacre solitudinis fundamenta q̃ seculi. Irrideant licet igitur qui viderunt: quibus pre fulgore auri & purpure squalidus opum spretor & paupertas sancta sordebat: Nos hominem hunc miremur: interq; rarissimos numeremus: damnũq; uocemus non vidisse: cui⁹ visio lucrum ingens: exemplumq; clarissimum prestare poterat: altioris vite confragosa tentantib⁹. Ceterum presens fama consecratũq; viri nomẽ: & laudatoribus suis fauent & arguunt insultantes. Beatias autẽ deo: tam magnanimes facti sumus: ut hos duos petros emulis carituros: & pusillanimitatem huiusce modi sine exemplo nostri temporis futuram speremus.

Tractatus quartus digressiuus querulans & deflens amissionem terre sancte: negligentiamq; torporem & ignauiaz pricipũ atq; pontificum nostrorum.

¶ De petro heremita precipuo solitudinis cultore: occasione cuius commemorate querele introducuntur. Cap. I.

Sed ecce qõ non putabam: rursum uocor in Gallias: dumq; inter solitarios claros viros transeo: tertium quendã Petrum se preteriri nõ debere: uelut a tergo uociferantem eminus audire mihi video: cogor: q; subsistere. Is est Petrus heremita: qui olim in territorio Ambianẽsi solitariã vitam duxit: qualẽ sane non latuit: dum enim indignari & irasci iam Christus inciperet: hereditatez propriam tamdiu suis & nostris ab hostibus conculcari: non ulli regum christianorũ pingues somno in plumis purpuraq; captantium: non Romano pontifici Urbano: graui licet ornatoq; viro: occupato tamen: sed Petro inopi ocioso solitario & humiliore grabatulo quiescenti: quid fieri uellet aperuit. Primo quidem inspirans: ut transmarine peregrinationi se festinus accingeret presenti miseriarum spectaculo pio ꝓmptior negocio futurus: deinde dum quo iussus fuerat peruenisset: & Symeonis qui tunc patriarcha Hierosolymitan⁹ erat ceterorũq; fidelium miserando seruitio: ac sacrorũ tristi ludibrio locorũ: concussus ac gemens: & orationes vigiliasq; nocturnas agens: tandem supra nudum ecclesie pauimentum somno succubuisset: consopito iterum Christus apparuit: iubens ut ad vindictã sui nominis pastores ac principes catholicos excitaret. Tantam vo legationẽ tanq; supra vires suas: q̃ deuote susceperit: q̃ ipigre: q̃q; fideliter execut⁹ sit: Christoq; pijs conatib⁹ aspirante q̃ uotiue successerit: non est huius temporibus exponere: presertim cum & stilo tolerabili & sermone vulgari duobus non paruis uoluminibus ea res in populis etiã nota sit. Et si de hoc quoq; scribentium uarie affectos animos videã: sed sequor in dubijs quibus potius credendũ censeo: & quos rerum non boium studio agi reor: Atq; utinã qualis exitus: talis euentus: & ut felix Christi ultio sic perpetua fuisset: neq; peccatis hominum e tanto victorie successu ad antiquas miserias reditũ eẽt: eo fedius: quo iterum amisisse qõ nostrum erat: q̃ non recuperasse deformius nobis hostibusq; formosius: & nobis spei mioris illisq; maioris aduersum nos uel custodie in posterum uel crudelitatis occasio est. Nunc vo quid defleam: aut quid querar presepe: caluariam: busti saxum: oliueti montẽ: uallẽq; iudicij: & reliqua dilecta singulariter christi loca: ubi homo factus est & in lucez editus: ubi natus uagijt: ubi infans reptauit: ubi puer lusit: ubi vir docuit: ubi viuificum nobis spiritum exhalauit: ubi exanimis iacuit surrexitq;: vnde ad inferos descẽdit: vnde cõscẽdit ad superos: ubi postremo viuos ac mortuos irretractabili fmia iudicabit: Terrã maiorib⁹ nostris ꝓmissam: nobis ereptaz: nobis debitam si viri essemus: spei nostre sedẽ: arrã patrie eterne nunc egyptiacus canis tenet. Heu quid preter gemitum & querelas relictum est misero: quando & nostri reges nil nisi delitias: & nostri pontifices nil nisi diuitias amant: Populi vo uel serui flent: uel insaniũt liberi: & omnes que sua

sunt querunt: que Christi autem nullus: cuius peculiare patrimonium nobis spectantibus ociosq; sedentibus laceratur? Quid loquor: aut quid omnium occupatissimos ociosos uoco: Immo vo dū fremimus ⁊ meditamur inania: dum ceno uoluimur ac libidinibus exercemur ⁊ nitimur ꝓfugas retinere: duz nūmos pauperum numeramus atq; abdimus: dum superuacuas ⁊ ineptas turres in nouissima Babylone cōstruimus ut celotenus scādat ruitura superbia: humillimam Christi sedem non est qui tueaī aut vindicet? Deniq; dum fratribus nostris insidiamur: impijs hostibus incustoditum ⁊ inerme latus obtulimus aditūq; prebuim⁹ in thalamum regis nostri: crimen ingens ⁊ nostrarum frontium pudor eternus: quibus Christi uexillū impudenter affigimus: ut tā magnifice Christi iniurias ulciscamur: quas ipse nutu qdez posset ulcisci: ⁊ fortassis ulciscī secretiore iustitia: ex alto tamen interea prospiciens fidem nostram.

¶ De reprehensione regum ⁊ principum nostrorum: qui somno: uoluptatibus: turpibus lucris: subditorum spoliationibus ac ceteris vitijs incumbunt: ⁊ nullus eorum terre sancte dispendio mouetur.

Cap. II.

A Dos aūt ul'tor pemus uel ardemus animo
n rum estibus: ecce nunc ut inexpleta cupidine ⁊ flāmante odio: de prophane seu barbarice telluris angustijs altercantur reges ⁊ pnci pes terre: ⁊ esto conueniant in vnuz: quid inde publicum bonum speres? Nunq; Herodes ⁊ Pilatus: nisi aduersus dominum ⁊ aduersus Christuz eius atq; illius iussu conuenient: Quiescent forte somnoq; ⁊ uoluptatibus incumbent: turpia lucra captabunt: ⁊ subiectos quos armati spoliāt: togati spoliabunt: dumq; necessitas belli est licentia pacis erit. Coniugem ac sobolem omnes diligent: deum nullus ac proximum: par corporum cura erit ⁊ incuriositas animarum. Aurum: gemmas pretiosamq; supellectilem aggregabunt: virtutuz ornamenta despicient: amabunt propios agellos: pro his pugnare ⁊ digladiari ⁊ perire nō metuēt: nemo erit qui terre sancte vniuersali dispendio moueatur: Cur queso nisi quia uerissimuz est qō dixi: hec singulorum videntur esse: illa autem Christi? Ita creatoris ac liberatoris nostri gloriam spernētes: nostram querimus. Nec redit in mentem: bis olim moribus celo cecidisse Luciferum: qbus nos celum hodie speramus ascendere. Qō si ad credē duz uerbis es tardior: utiq; rebus credes: que mētiri ut dicitur uon solent: Circumspice oro ⁊ pcurre prouincias: ⁊ quere qd agatur apud nos: Hallus ⁊ Britannus litigant. Quinq; iam lustra voluūtur: ex quo non Christus ⁊ Maria: sed Mars ⁊ Bellona inter illos reges regnant: Cunq; iam ferrum utrinq; lentescat: nihil ferrei animi mollitur: necdum imber sanguineus tantas iraruz lenit ardores. Itaq; tametsi qō inopinabile apud nos: apud auos ac proauos inauditum erat: hunc modo longe nostrorum regum maximum multo impar hostis in vincula traxerit: nec fortuna ampliuſ tanti regni pondus ferri potuerit: Nullus tamen ideo rerum finis primogenito capti regis arma retentante. Unde ut vides nunc maxime bellum tonat: nunc ex integro regij coeūt exercitus: ⁊ Christo refundendus sanguis inuidie consecratur. Hispanus ille maior heres: ⁊ per ignauiam sinit itra suos fines fratres prohpudor angusto in scopulo maiestatem Christi nefarie blasphemari. Hic vo qui littora nostri maris incolit: nil preter aurū Uenetorum: ac sanguinem Januensiuz sitit ⁊ cogitat Auaritie imperio illorum satelles: horum hostis. Ab illis auro vinctus: ab his ferro victus. Ille autem extremus regū sonoris ac refluis Oceani fluctibus obsorduit: ut de tam longinquo suspiria nostra non audiat: ⁊ in occidēte ultimo sepultus: qd agat oriens non curat.

¶ De romanorum Cesaris ⁊ pontificis accusatiōe: germanos ⁊ grecos adijciendo. Cap. III.

A Esar hic noster: rapto diademate: in Ger-
c maniam abijt: patrijs latebris ⁊ nomine cōtentus imperij: cuius extrema membra complectitur: caput spernens: quem recuperaturū perdita sperabamus: suum seruare non audet: nulloq; fugiens persequente: sponse sacros amplexus ⁊ pulchre facie horret Italie: tanq; sub celo aliqd sit pulchrius. Arguit eum: fateor: illa callens ⁊ temeraria fides mea: que summa etiam perflare nō metuit: Excusat se ⁊ ecclesie iurasse: se iurat ne amplius q; vnum diem Rome ageret: O infamē diē: O pudendum fedus: O superi: En iusiurandum. En religio: En pietas: Romanus pontifex ita Romam suam deseruit: ut eam nolit ab alio frequentari: ⁊ de hoc cum Romano imperatore paciscitur. Quid hic loquar: nescio: ⁊ si scirem: tacere consilium est: Unum est qō me tacito res loquaī: Quoniam qui habitatorem urbi eripit: aratorem si posset induceret: qō q; iuste uelit viderit. Hermania B
nil aliud studet q; stipendiarios latrones in reipublice exitium armare: ⁊ e suis nubibus in nostras terras iugem ferreum imbrem pluit: dignum non inficior: quia uolentibus accidit. Italia suis ipsa seuribus conficit: ⁊ si quando respirat: auri amor: Christi amore potentior animos occupat: ⁊ per omnes terras ac maria distrahit. Grecia uel suis erroribus uel nostris auersa superbijs: ouile pristinum ⁊ pascua nostra contemnit.

¶ Qualiter fides catholica fuerit olim quasi per vniuersum mundum dilatata: sed nunc negligentia superiorum multum minorata. Cap. IIII.

A Am de regibus alijs ac terrarū dominis:
i deq; pontificibus nostris loqui: superuacuus labor: vulgata sunt omnia. Et hic quidem Europe status: piget hinc longius proficisci: Sed attingēda sunt vulnera: que q; q; procul a capite ⁊ vitalibus membris: situ tamen ⁊ longa segnitie putruerunt. Augustinus quidem oriundus ex Aphrica: in confessionibus suis: Homeri libruz sibi difficilem dicit: qō externis Uirgilij facilem: qō suis hoc est latinis litteris scriptus est: Atq nūc Aphricam metire: ⁊ a Pili alueo: ad Atlanticum oceanum: uolucri meditatione perambula: puto nullum ibi reperies: qui litteras nostras norit aut diligat: nisi peregrinus forte uel mercator uel captiu⁹ sit. Hieronymus ad Euandruz scribēs: post Hallias atq; Britannias prouincias nostri orbis Aphricam ⁊ Perfidem ⁊ orientem ⁊ Indiā: omnēq; barbariem vnum Christum adorare confirmat: vnam seruare regulam ueritatis: Id q; ueruz hodie sit: ne dici quidem expedit. Sed ut recenti⁹ testimonium nostri dedecoris attingam: Nonne

Gregorius quodam loco gratulatur ⁊ exultat: ꝙ
sua etate Asia tota iam crederet? Nunc heu ut a le
ua Tanais usq; ad dexteram Hili ripam: per Eoi
littoris amplissimos flexus ambiendo peruenias:
⁊ quicquid illos longe distantes mundi terminos
nostriq; maris equor interiacet: siue terrarum siue
hominum excutias: q̄uis adhuc forte ibi aliquis
sit qui Christi nomen in ore habeat: qui tamen ue-
ram Christi fidem habeat in corde: nisi ex eodem
B genere qui peregrinatiõe: merce uel carcere teneã
tur: nullus ut arbitror est ibi. Sed ut notissime ue-
ritati quartus nunc etiam testis accedat: Certe in
hanc ueram Christi religionem suis temporibus
concordasse omnes ecclesias: non solum in Hispa-
nia ⁊ Britannia: ut incipiamus ab ultimis: necnõ
Gallijs: Italia: Sardinia: Cypro: Creta ⁊ Dal-
matijs cõstitutas: sed in Cappadocia etiã ⁊ My-
sia ⁊ Macedonia: ⁊ vniuersa simul Hellade: In
super ⁊ vniuersa Aphrica: Paphylia: Lycia: Isau
ria: ⁊ in omni Egypto: ⁊ Libya ⁊ Ponto: totoq;
oriente: preter paucos Arrij sectatores ad Jouia-
nianum Augustum missa: fidelis Athanasij testa-
tur epistola: non famam sequẽtis: sed comperta re-
ferentis: ⁊ ut ipse ait: experimento sententiam om
nium cognoscentis: ⁊ litterarum pignus hominũ
q; notitiam habentis. Sin forte pluribus testib⁹
res eget: Ambrosius secundo Vocationis omniũ
gentium libro: ⁊ post eũ Augustinus ipse in psal-
mo quito ⁊ nonagesimo: Christiane fidei latiores
q̄; Romani imperij fines ponũt: nec peruenire po
tuisse iugum populi ferro regnantis: quo regnan-
tis a ligno puenerit fides Christi. Jd si de uero im
perio loqui eos constat: non de isto q̄ iam nõ im-
perium: sed imago quedam ⁊ imperij umbra est:
utinam nostris quoq; temporibus uerũ esset: Pro
C fecto non tota insaniret Aphrica: non Persis: non
Syria: non Egyptus: non Asia fere omnis: nõ de-
niq; q̄ est grauius maxima pars Europe. Roma
u ſenſiſſe philoſophos credam: ⁊ diuerſitas morum facit: ⁊ omnino alius intentionum finis. Illis enim plauſum populi captare animus: horum labor: ni falſa profeſſio eſt:circa notitiaz ſui reflectendumq; ad ſe animum: ⁊ circa contēptum inanis glorie uerſatur. Nam qualem fuiſſe arbitramur Anaragoram:uel qualem conſtantia illa abſtinentiaq; ſua Xenocratem ſeueriſſimum philoſophorum:ut ait Licero: uel zenonem Stoicorum patrem:uel laborioſiſſimum ex omnibus Carneadem? Cuius exactiſſimam illam ſtudioſe mentis intentionem que ut legimus diſcumbētem ſepe tibi fecit immemorem. An putamus uſq; poſt nona geſimum vite annum:tam firam tanq; continuam inter tumultus ⁊ tedia hominum peruenturam fuiſſe: ⁊ non potius in ſolitudine ubi animum a ꝓpoſito nullus auerteret? Mihi quidem haud facile perſuaderetur: ⁊ ſi p̄ter coniecturas nihil habeam:aut horum cuiuſpiam: aut Chryſippi domum:aut dolium Diogenis in plateis urbium fuiſſe:cum ⁊ illum ſalutatio hominum. ⁊ hunc vmbra etiam ſummi regis offenderet:niſi Hieronymus illorum propinquior etati:habitaſſe Diogenem diceret in portarum ueſtibulis ⁊ porticibus ciuitatum. Quod non cuilibet crediturus:ut credam ſibi ⁊ ſua cogit auctoritas:ac uaria ⁊ multiplex lectio. Tale enim aliquid profecto non ſcriberet:niſi apud idoneum legiſſet auctorem. Et de his quidē ſatis eſt dictum. Ipſe autem Solon cuius inter illos ſeptem grecie ſapientes preclariſſimum eſt nomen: ⁊ ſi primum legiſer ſueq; rei publice dux moderator; etate:tamen ultima:ut Timeus indicat Platonis: ⁊ alijs ſe ſtudijs dedit: ⁊ inter ſolitarios deputandus eſt:quando ⁊ patriam liquit legibus ornatam ſuis: ⁊ cupiditate deſcendi ignotas terras adijt peregrinatione delectatus egyptiaca.

Tractatus nonus: De exemplis Imperatorum ac belloruz ducibus:quibus ſolitudines placuerunt.

De Julio atq; Auguſto ceſaribus:qui ſolitudineſ optabant ⁊ amabant. Cap.I.

A Uis nam vo mirabitur ſtudioſis hominibus ſolitudineſ placuiſſe:que q̄
q admiratione non uacat: Imperatoribus ac bellorum ducibus placuerūt? Tranſeo Julium Ceſarem: qui licet admodum iuuenis dum e procellis forenſibus in ocium Rhodium ſecedere decreuiſſet:atq; ibi litteris operam dare:prohibitus tamen tunc incurſibus piratarum: ⁊ poſtea hinc ciuilium:hinc externoz eſtibus bellorum:implere non potuit q̄ optabat. Auguſtū Ceſarē penes quē potētie mortalis ⁊ humani faſtigij ſumma eſt: ⁊ ſi interdum habitantem rure atq; in ſiluis ſpatiari ſolitum inueniaz quia raram tamen:ut auguroz:priuati ocij licentiam publici negocij moles dabat:ut ſolitarijs inſeruiſſe non auſim:ſic ſolitarie vite miratoribus, an-

numerare non uerear: Huius enim vite requiem semper optauit. Quicquid cogitabat: quicquid loquebatur: in ocium desinebat: hoc solamen presentium laborum: hec preteritorum merces: hec uenturi temporis spes erat: Omnis huic statui collatus diuitiarum honos: omne onus imperij seu graue sibi aliquid ac vile sordebat. Deniq; in summa omnium que fortunatissimo homini cõtingere possunt: bonorum copia defessus: in solo huius vite nomine respirabat. Cuius rei & scriptores aliqui meminere: & que in manus meas uenit quedam eius ad senatum epistola est testis. Quanta cum uoluptate igitur eo peruenturum fuisse estimamus: quo tam dulciter oculos mentis intenderat? Nec vo se natum modo per litteras orauit: ut sibi iam tãdem viuere patiente republica priuatamq; senectutem agere liceret: sed aliquando etiam presens senatu & magistratibus domum accitis rationarium imperij tradidit: ut Tranquillus ait: Siue autem reputans & se priuatum non sine periculo fore & rempublicam plurium arbitrio temere committi in retinenda perseuerauit: ut eidem placet historico: atq; ita proprie simul & publice saluti modestissima uota habuit: Siue ut opinari licet: senatus ac populi precibus id tribuit: quorum quod constat nemo pncipum fuit amantior: siue nullis omnino precibus motum: nullo publico priuatoq; metu ipsa eum rerum natura turbabat: Ab altissimo enim fortune culmine cui mundi dominus ac rector insederat: ad illud humile submissumq; desiderium preruptus: forte cogitanti animo descensus videbatur: & ut dici solet quedam cerebri uertigo altitudinem tãtam metientis incesserat. Itaq; & deliberans & circunspiciẽs herebat: nec vnq; nisi morte descẽdit. Quo circa ly ut dictum est: inter solitarios atq; ocio fruentes: nullus huic occupato magnoq; principi locus esset: quia tamen boni huius quanta dulcedo est: non alio clarius teste cognoscitur: non fuit ista tractantibus pretermittendus Cesar: Qui cuncta posset: hoc sibi vnum dari optabat: Cũq; omnibus preesset: solum hoc solio suo altius videbat.

De Diocletiano atq; Antonio Pio vitam solitariam colentibus. Cap. II.

Quod Augustus optauerat: Diocletianus impleuit. Ille qui pmus ex nostris imperatoribus adorari se ut deum iusserat. Quiq; calciamentis ac uestibus inserens margaritas: & onustus gemmis incedens: habitum Cesareum ex romano atq; humano Persicum seu diuinum fecisse videbatur: qui captiuis insignibus ante currum actis: prelataq; Parthorum preda: paulo ante triumpharat: Postq; frementis aule precio seq; sarcine ac satellitum aciei & seruitutis publice pertesum est: mutauit repente animum: ut solus & pauper & liber esse concupisceret: interq; fluctus imperialium curarum: in portum vite humilioris: quasi gubernator nudus e magno naufragio enataret. Et miramur Celestinum: cuius tamen quod pter eternam sanctus ille vir fecit: tantus ille peccator propter breuissimas & incertas senectutis reliquias iam fecisset: Qui quietis extreme desiderio priuate fortune redditus: non sibi mutate sedẽ vite Romam statuit ne quis nouas requiem dimissi funus aut odor imperij turbaret: sed anteq; patriam Salonas Dalmatie repetijt: Illic quoq; nõ intra: sed prope muros patrios in villa propa moriens: quam idipsum precogitans forte construxerat: ut multum tranquillitatis senio additum: sic supremis honoribus nil detractum: per solitarias atq; humilem vitam sensit: Solus omnium priuatus Eutropio atq; Eusebio testibus: relatus in numerum deorum. Sane quod post imperium Diocletianus fecit: id ante imperium Antonius Pius fecerat: quem Julius Capitolinus historicus omni priuata vita in agris frequẽtissime vixisse: clarũq; locis omnibus fuisse commemorat.

De solitudine Pume Pompilij secundi imperatoris romani. Cap. III.

Sed nimium propero: retrocedendum est: omitto autem Quintios Curios Fabricios Serrhanos: aliosq; quorum magna pars vite in agris acta est. Hanc ego vitam iam inde ab initio & ante initium Romane reipublice prudentissimo ac optimo regum placuisse monstrabo. Numa Pompilius illius ordinis: si attendas numerum secundus: si iustitiam primus peregrinus insperatum ad imperium accitus: cum ad ciuilium ac sacrarum curam legum totum intendisset animum ut ardentem & ferocia primi regis imbutum populum ingenio regeret leniretq;: pro re sepe solitariũ & opacum locum: quem his oculis ipse cõspexi: gn decim aut non multo amplius milibus passuum ab urbe distantem: fertur petere solitus. Est illic arici no sub colle cauus & vmbrosus lapis: vnde perpetuus fons emanat: circũmigrantibus ilicibus: dẽsum nemus altumq; silentium. Ibi ergo leges hominum ac cerimonias deorum: rex ea tempestate doctissimus inuenire: seu alibi forsan inuentis auctoritatem dare: artem fecerat. Ibi diu tacitus solus sedens: atq; inde post longum tempus solus ac meditabundus egrediẽs: scriptas leges efferebat quibus adhuc rudis & insolens sed mox futurus dominator gentium populus teneretur: q̃uis ut nouos & idomitos animos religionis laqueo quodam & freno metus obstringeret: imitatus: ut aiũt Minois Cretensium regis exemplum: & calidissimo commento nocturnis se deorum congressibus alloquioq; frui simulans consilio fidem quereret. Quam fictionem vna cum sacris a se reptis in morte dãnauit: libris grecis latinisq; editis: per quos utriusq; lingue doctoribus ut poterat indicaret: se pro tempore ad auxilium ueri uel patrocinio falsitatis usum esse. Cum vo iam fundamentis suis legum a se latarum auctoritas staret: non placere ut populus superuacuis implicaretur erroribꝰ: licet nescio an quia libros uere religionis aduersus crederet: quam facto causam pretendisse dicitur: an in quod pronior sum: quesito colore: hoc uere autẽ ne populus metu liber: iugum nobilitatis excuteret: multis post seculis iuxta sepulchrum regis inuentos libros exurendos pretor romanus senatu consentiente decreuerit: Quanta uel uanitate uel impietate pretereo: Illud enim nunc innotuisse sufficerit: multarum optimarum rerum solitudines fontem esse: ex qua romanarum quoq; legum fluxere primordia.

¶ De romulo: achille atq; hercule: qui solitudines diligebant. Cap. IIII.

A Rdentior atq; acrior: successore suo romulus: & ipse tamen in siluis inq; pastorali casa tantis assuefecit animum rebus: ut summi imperij fundamento non nisi solitarius architector idoneus haberetur. Cogitatu arduum: solitudo omnium asperrima: Regine urbium & materiam & nomen & aream prebuit & auctorem. Achillem in solitudine didicisse legimus: quod eus mox
B & urbibus asie terribilem & grecie clarū fecit. Ipse hercules in solitudine sanum illud psilium vite cepit: cuius libro priore mentionem feci: quando uelut in biuio diu multumq; hesitans: ad postremus spreta uoluptatis via: semitam virtutis arripuit: quam indefesse gradiens: non ad humane mō glorie uerticem: sed ad opinionem diuinitatis euectꝰ est: quamlibet alte lateq; ramos porrigat viri fama si radicem queras ad solitudines erit animo recurrendum.

¶ De scipionibus africanis singularibus solitudinis amatoribus: tractationeq; illius uerbiq; magnifici ab altero eorum prolati: nunq; se minus ociosum q̄ cum ociosus: nec minus solus q̄ cum solus esset: cum reprehensione Ambrosij: dictus illud ad prophetas transferentis. Cap. V.

A Uos autem illos longe ducum maximos
d ubi dimittimus africanos? Uere duo fulmina belli: ut Maro ait: quod a quibusdā de alijs intellectum miror. Quorū primus ex quo virilem togam sumpsit: ut est apud Liuium: nullo die prius ullam publicam priuatamq; rem egit q̄ in capitolium iret. Ingressusq; edem consederet: & plerūq; tempus solus in secretum ibi tereret: Nicmos per omnem vitam seruabatur. Ita vir ille vnicus: neq; grecorus fabulis ac superstitionibus sed romanis iudicijs celebratus: & ipse quoq; virtutis admiratione diuine stirpis opiniones psecutus: principia gerendarum rerum a religione poscebat: religioni sedem oprimam solitudinem deputabat. In de quicquid id esset aggredi consuetus: plusq; humana fiducia & prosperrimos sibi ac suis ceptorū exitus polliceri: ita ut nunq; falleret. Ceterum ne tam iunctos & tam pares separem: hos eosdes duos suis quiq; temporibus: ut virtutis: sic solitudinis amatores fuisse nota res est. Et post sudores bellicos: post victorias: post triumphos uel Liternum uel Formias uel Caietam solitos commigrare: ibiq; cum singulis amicis solos cōquiescere. O
B preclarum spectaculum: quodq; omnium regū pōpas & sceptra transcēderet: cernere tales viros seruatores reipublice: liberatores ciuius: defensores Italie: domitores gentium: feliciter rebus gestis dimisso in libertate & letitia populo victore: relictis rome stipatoribus laterum suorum: deposito habitu triumphali: ac precupide restitutis insignibus dignitatum: solos: ociosos & humilium nescios curarum: per colles & littora uagari & sepe concbulas littoreosq; lapillos inter legere uarios: cādidulos ac nigellos. Deniq; quod uerecunde admodum reuerenterq; scriptum apud Ciceronez video. incredibiliter repueriscere solitos: cum rus ab urbe tanq; e vinculis euolassent. Sed illam profecto solitudinem cogitationes pulcherrime sequebātur: & in illo ocio semper grande aliquid gerebatur. Itaq; Cicero ipse: ubi suam luget: ibidē africani superioris solitudines admiratur: uocemq; illius: ut ipse ait: magnificam: & magno ac sapiente viro dignā ponit: Catone coetaneo illius atq; emulo teste fretus: Nunq; se minus ociosus q̄ cū ociosus: nec minus solum q̄ cum solus esset. Cuius rei gloriam Ambrosius: mirum dictu: conciuicq; suo tēpore eripere: nec ubi vnq; romanum genus ciuilibus bellis uacet: ipsis in libris pugnant. Ecce enis C
Cicero officiorum tertio hanc africano laudem tribuit: Ambrosius in officijs suis: ubi cum in multis tum in nomine ac numero librorum Ciceronem sequitur: ut aperte obuiet eodem libro eademq; libri parte: hoc est in ipso principio libri tertij: eam laudem Scipioni africano ereptas: ad prophetas domini Moysen & Heliam atq; Heliseum: operosa nititur disputatione transferre: quos fuisse vult ante Africanum diu: & in ocio negociosos: & in solitudine comitatos. Non obluctor Ambrosio: Uas & uera loqui illum scio: & si nescirem: multo ille potentius q̄ Ciceronem Plato ipsa auctoritate mefrangeret. Magna est enim apud me: nec immerito eius auctoritas: cuius ore loqui spiritum sanctū credo. Quomodo ego Moysen vnq; fuisse solum suspicari ausim: qui non ipse secum tm̄ quod ipsus sapiētis doctiq; viri est: sed cum quo deus facie ad faciem loquebatur quasi amicus cus amico? Quomodo ociosum: qui tacitus & inermis sedens & clamabat ad dominum: & usq; in celum audiebatur: alteriusq; vir auxilio fessas manus attollēs vnus tot prevalidas manus hostium vincebat: quod sine eo armate non poterat legiones? Quomodo solum putem Heliam cum quo deus itidem & angeli loquebantur? Aut quomodo ociosum: qui pluuie imperat: & mulieri hospite famis interitum metuenti indeficientem farine hydriam & inexhaustū olei uasculum uerbo facit: ingentiq; nisu fidei defūctum illi filium viuum reddit? Quomodo solus dicam discipulum eius Heliseum: qui pauenti hostē D
puero ministro inuisibiles alijs auxiliares currus & equos atq; acies ostendit angelicas? Quomodo ociosum qui filium hospite sunamiti ex marito sene pollicitus & dedit & reddidit: natum scilicet & primis annis extinctum suscitans: ut puer vnus prophetice uel fidei uel potentie argumentum eēt? Quid magni autem si viuens suscitat: qui solo contactu sacri corporis mortuꝰ mortuos suscitasse nescitur? Quis preterea hūc estimet ociosum: qui in ipso sedens ocio: conatus omnes absentium & cogitatus atq; consilia hostium: quasi presens nouerat: suis cuncta denuncians? Quo cognito iussu regis Syrie toto circumuallatus exercitu: legiones obsidentium se lingue solius imperio in cecitatem captiuitatemq; perductas: uerbo etiam liberauit. Imperiosi ocij sunt hec & solitudinis prepotentis. Sed sit sane penes prophetas antiquior rerum gloria: quos uel etate uel merito primos constat: An ideo minor africani laus est q̄ eum aliquis eodem in genere laudis antecesserit: presertim cum ut mihi certus video: nulla prorsus interueniente notitia: omnis cesset imitatio quam de rebus humanis laudis fameq; particulam deliberare atq; decerpere solitam non nego. Profecto autem quisquis in partem rerus uenerit: dictū illud vnde post tātum interualluꝰ ad hec prophe-

tarum nomina redij:quod ipse mihi nō neget Ambrosius vnius est primum ac proprium Africani.

¶Ex sententia dicti superioris Africani declarans de quali solitudine quoue ocio auctor loqui intendat. Cap̃.VI.

A Uius dicti sentẽtia:quid tot uelim uerbis admonet:Uolo solitudinem non solam ocium:non iners nec inutile:sed quod e solitudine prosit multis. Qui enim ociosi prorsus lãguidi ꝛ segnes ꝛ soli sunt:eos mestos semper miserosq; consentio: Quibus nec honesti actus exercituꝫ nec nobilium studiorum illustriumq; nominuꝫ possit esse commercium. Nec igitur summa est. Admitto ad ocium:non hec uento mobiliora sed mansura negocia:quorum finis est non labor:non questus ꝛ dedecus sed delectatio ꝛ virtus ꝛ gloria. Corpori non animo ferias indico:ueto in ocio ingenium quiescere:nisi ut assurgat ꝛ intermissione fecundius fiat:Solet enim ut aruis:sic ingenijs intermissio prodesse. Rursus ꝛ generosas curas in solitudinem non tantum recipio sed arcesso: quarum comitatu nullus omnino facilior: nullus amenior fingi potest: ꝛ sine quo misera vita est eque uel in urbibus uel in siluis. Libros preterea diuersi generis ꝛ simul per quos aut de quibus scripti sunt comites gratos ꝛ assiduos ꝛ promptos uel in publicum prodire uel ad arculam redire cum iusseris paratosq; semper uel tacere uel loqui: ꝛ esse domi ꝛ communicari in nemora ꝛ peregrinari ꝛ rusticari ꝛ confabulari ꝛ iocari ꝛ hortari ꝛ solare ꝛ monere ꝛ arguere ꝛ consulere ꝛ docere secreta rerũ monimenta gestorum:vite regulam mortisq; cõtẽptum:modestiam in prosperis:fortitudinez in aduersis:equabilitatem in actionibus atq; constantiaz. Comites letos: doctos:humiles ac facundos: B sine tedio:sine impendio:sine querela:sine murmure:sine inuidia:sine dolo: Inter que tot commoda: nullo cibo interim:nullo potu ꝛ ueste inopi ꝛ angusta domus parte contentos:cum ipsi potius hostibus suis inestimabiles animi diuitias: amplas domos:fulgidas uestes: ꝛ iocũda conuiuia ac suauissimos cibos parent. Admitto ꝛ in solitudinem amicos:dulce genus:de quo multa premisimus:sine quibus truncam ac debilitatam vitam ꝛ quasi luminibus captam puto. Quotiensq; sub noctem: ut assolet:fores nostras amica manus impulit: Ac mihi seu longum post tempus uenerit hospes:Siue opum uacuo gratus quiua per imbrem (Quos mihi uersiculos e profunda grati conuictus experientia: ꝛ ex ipso nature gremio videtur Flaccus elicuisse) Quotiens ergo tale aliquid ꝛ mihi accidit hospes:sed post longum tempus gratus conuiua:sed uacuo operum:ne me forte uel frequẽtibus conuiuijs uel impedimentis operum delectari credas:tunc ego non alium inuenisse:sed meipm quodammodo geminatum censeo: Non penitus duo sunt quorum vnus est animus. Nouit amor e duobus vnum facere: Alioquin impossibilem rem iuberet Pythagoras:ut in amicitia scilicet vnus fiat ex pluribus. Quod cum ita sit:sequitur ut quisq; vnius:idem ꝛ duorum capax amicorum locus sit Nulla igitur solitudo tam profunda:nulla taz para domus:nullum tam obstrusum limen:ut nō pateat amico.

¶Tractatus decimus:Exhortatiuus eius ad quem auctor scribit:ut vitam solitariaz amplectetur remouensq; impedimenta ac repellens argumenta eorum qui huic vite aduersantur: cum preclara solitudinis commendatione.

¶Tam ob virtutes eius ad quem scribit:q̃; ob comites quos illi ad solitarie vite solatium sors dedit: ad solitudinem suadens. Cap̃.I.

A Ibi pater:si teipsum:si tua bona noueris:nihil deest quod gratam soli
t tudinem ꝛ dulce ocium possit efficere. Adest animus bonus ꝛ adeo bene institutus etate:non negligenter excultus multarumq; artiuz ac rerum notitia instructus:animus humanorũ actuum dux ac rector:totiusq; vite nostre gubernaculũ tenens:ut iam tali gubernatione nauigatio nisi felix esse non debeat:viros claros ꝛ insignes qui fuerunt nosti:uellem dicere posse qui sunt: sed ut res eunt vides. Si qui tamen uspiam supersunt:haud ignoti nunc etiam sunt tibi:cum quibus non potes aliter animo uersare quod genus tibi nō maria nec montes eripient:cuz quibus potes ꝛ corpore abũdas pluribus fortasse:q̃; q̃; huiusce modi rei nunq̃; magna copia fuit:nunc inopia summa est:sed vnuz nomen honoris causa huic loco inserendum credidi: Eorum quos tibi ad solitarie vite solatiuz sors dedit: Pontius Samsonis est:qó a te scõm ornamentum habet ecclesia tua. De hoc enim ut quem a prima etate familiarissime cognitum:nũc quoq; certius nosse mihi videar:fidentius loquar. Nuic ego non temere:sed e re natum Samsonis cognomen obtigisse crediderim:ꝙ quantus hebreus ille coporeis:tantus iste sit animi viribus:humanitate:prudentia: Ad hec ꝛ litterarum nō mediocri notitia:eaq; morum suauitate:que facile si quid habet solitudo asperum lenire queat. Illum ut facis: tota mente complectere: Illum in ocij solitarij partem uoca: Nisi enim fallor augurio sequetur uolẽs ꝛ fessus urbanarum rerum:fugam urbium nō horrebit. Sed o ubi Socratem nostrum linquo? Fallor ne? Nunc linquo eqdem: Nam cum reliqui comites:ille pars nostri est. Itaq; cum ceteri euocandi sint:hunc nobis inseparabilem amor pstat. Nosti hominem quem ꝛ stabilis amicitie fides earum ꝛ musarum multa familiaritas clarum facit: Cum quo ita gaudium viteq; iucũditas aderit:ut consiliuz non absit: Ita ut vis ingenij vigor q; animi:ut qui his nonnunq̃; iungi solet:mestitie nulla nubes interueniat:sed ea semper lete frõtis vnifor mitas: quam in Socrate illo sene ꝛ mirari solemus ꝛ laudare: In hoc ꝛ conspicimus ꝛ amamus. Proinde nec nostruz sileo Guidonem:cuius animo nihil est purius nihilq; candidius:nihil ingenio acrius:nihil iudicio grauius: nihil conuersatione suauius: Qui si nō septimus ut cognomẽ ei⁹ spõdet:sed quinto⁹ accesserit:nõ itelligo qd b dulci⁹ comitatu. Q̃; nec alij qdẽ desint ꝛ uoto pares ꝛ studio:nisi illos

nobis aut stat⁹ imparitas aut omnino difficultas quedam: ⁊ inenodabilis humanarum rerum perplexitas inuideret. Sed ⁊ hi satis multi sunt ⁊ illis animo frui nec ipsa uetuerit fortuna. Hi igitur tales viri aderunt: ut neq; ualitudo aspera neq; urgens occupatio neq; commigrandi incidens necessitas ita nos distrahat: quin vnius nostrum assidue tecum sit. Et quid singula enumerem? Nihil deerit omnium uoluntas vna non desit. Assunt q̄dem minime graues: sed agiles expediteq; diuitie. Siue ut aliter idem dicam: Adest pauptas non mesta nec sordida: sed honesta ⁊ leta: etsi ueruz fateri uolumus multis inuidiosa: Adest librorum bona copia legendi dulcis ardor intelligendi memorandiq; facultas data celitus ⁊ studio aucta peruigili. Quod sequitur siluissem (Sic enim pudor hortabatur ni scirem pro utentis affectu precium rebus accedere) Et ipse igitur adero: ⁊ mea quam diligis nunq; aberit papyrus: noui aliquid afferēs indies: cuius estimationem tu mihi fateor ante alios inexplebili illo tuo legendi desiderio geminasses: nisi quod a principio direram ⁊ uetus est uerbum: Judicio fauor officeret. Repeto enim quotiens illam: ne dicam alijs: sed certe Platonicis ac Ciceronianis codicibus petulisti: dum tibi bibliothece mee limen ingresso: qui sepe non ut episcop⁹: sed ut amicus facis legendiq; auido: que nunq; in te sitis extinguitur. Ego diuina illa opera celestiuz ingeniorum obtuliſſem: Tu autem manu obiecta frontem auertens tātum nostra deposceres. Jn qō ne quid tuum ratione careat: inclinasse te potuit: ul' ueterum perfecta cognitio repetite lectionis iā nō egens: uel hinc nostrorum amor: hinc nouitas: ⁊ si enim in scriptis uetustatis auctoritas maior: ⁊ illud Flacci uerum sit: q; meliora dies ut viua poemata reddit: habet tamen ⁊ nouitas gratiam suaz ⁊ forte iuuat experiri quantum viuendo profecerim: Nil enim impigrius: nil experientius est amāte. Quicquid autem cause est: tuum fateor: hūc ardorem ipse coram sepe miratus sum: sepe absens villici mei uerbis agnoui qui assidue redeūtez his me lamentis aggreditur: Cur nescio quam papyrum: quam tu hanc inuiseris domuz solam petere soleas: abstulerim. Rideo ⁊ miror uel patris affectionem uel custodis fidem: uel villici puritatem. Jtaq; aliquando abiens: ⁊ cum sene meo ludens: papyrum illi uacuam dedi: quasi illa esset quā que fuisses. Quo facto se illusum reuertenti: iterum grauiter questus totaq; demum res in iocos ⁊ in risum desijt.

¶ De illis que solitarius debeat semper desiderare: ⁊ de loco habitationis eiusdem. Cap. II.

Sed redeo ad ordinem. Adest ergo tibi prae
A s terea sine quo vita: ne dicam felix: sed ne vita qdem est: malarum rerum naturale odium ⁊ bonarum amor: virtutum cultus: bone fame pulchra cupiditas: honesti studium: contēptus superuacui. Q̄ō si vnum e solitarie vite fundamētis direro: uerum dixisse me dicam. Adest corpus laboribus obeūdis idoneum: nōdum fragile iā maturum. Adest etas adhuc virēs: sed iam adolescentie malis explicita: que optima vite pars: nec exspectuum: nec cōsilij inops est: ⁊ ad magnas res audēdas aggrediēdasq; sufficiens. Adest deniq; patria: ubi ciuis ac pīsul hinc amoris in populo: hinc reuerētie arcem tenes. Illud tibi natura pīstat: hoc dignitas: utrūq; virtus ac merituz. Eam quoq; forsitus es patriam: quam ls episcopatus tuus ciuitatis appellatione nobilitet: ea tamen p̄eter uetustatem ⁊ nomen de ciuitate nihil habet: non luxū: nō frequētiam: non tumultum: singula ad eam vitam de qua loquor aptissima. Cuius ego si rite cōputo annis circiter qnquaginta ante dñi aduentum Julio Cesare Britāniam oppugnāte in autēticis scriptis: inter antiquas iam tunc urbes memoriam inuenio. Aspectus loci talis est: ut non inelegāter idē ipse Socrates noster: quotiēs illic ad te visendum conuenimus dicere soleat: En ciuitas illa parua qdem sed honesta: quam Abagarus rex Jesu saluatori obtulisse legitur in ecclesiasticis historijs. Jllius in medio tibi solitudinem facere si uelis potes: non eges ad hanc rem peregrinatione longinqua: ad quam multi eorum confugerunt quos supra cō memoraui: ea locorum cōditio est: ut in patria tua inq; tuorū gremio solitarius esse possis: haud spernenda quidem opportunitas: domi habes qō multi trans maria quesiere. Sinautem tibi nidus tuus sordet: aut quid forte liberius petis: euolare licet in propinquum ramum: ⁊ supra vicinuz fontē amenissima ⁊ quietissima statione consistere. Adest tibi tuus Horgia rex fontiuz: ad cuius tibi murmur hec scribo. Adest liberrimum gratissimūq; perfugium clause uallis. Sic enim uocant incole: sic uocari uoluit natura: quando illam circūductis collibus abdidit extra omne iter: omnemq; concursū: videriq; nisi ab incolis non permisit. Hic tu quoq; quod rarum ⁊ liber ⁊ dominus ⁊ presul ⁊ solitarius esse potes. Poteris ne tuum locum spernere: qui aduenis ⁊ reuerentiam injicit ⁊ stuporem? Si quis specus inquit Seneca saxis penitus exesis montem suspenderit: non manu factis sed naturalibus causis in tantam laxitatem excauatus: animum tuum quadam religionis suspitione percutiet. Si hoc ueruz est: ubi queso religiosior usq; specus? Et si quod sequitur est uerum: Magnorum enim inquit fluminum capita ueneramur: ubi maior uenerationi? Flumina quidem maiora longe vie spatio ⁊ congestu aquarum multarum nouimus: fontē nullum. Rursus si tertium est uerum: subita inquit ex abdito uasti amnis eruptio aras habet: ubi oro dignius are fuerint? Quas ego iam pridem Christū testor: si qua uoto facultas affulserit: illic in hortulo meo qui fontibus imminet ac rupibus subiacet: erigere meditor: non nymphis: ut Seneca sentiebat: neq; ullis fontiuz fluminumq; numinibus: sed Marie cuius partus ineffabilis ⁊ fecunda virginitas: omnesq; deorum aras ac templa subuertit. Aderit ipsa fortassis: ut quod diu iam ⁊ nisi fallor pie cupio: aliquando perficiam. Nunc ceptum sequor: Poteris ne igitur tuum locum spernere quē alienigene uenerantur? Locum libertati ⁊ quieti ⁊ ocio ⁊ scientie ⁊ virtuti: ac ne in singulis immorer: ad summam omnibus quibus studes amicissimum locum: ut cetera fileam: tanto olim ⁊ tibi taz culto habitatore dignatū. Scis q; ueranus tuus Christi pfessor eximius: qui sedē tuā nūc solito duriorē: nescio quotus aī te tenuit: querēs locū pacis hic demum substitit pulsoq; hinc draconе terribili

ſanctam ac ſolitariam vitam his duxit in locis. Cuius nomen inter famoſe ſolitudinis amicos: nō preteritum ſed dilatum eſt: ut in extremo poſitum tenacius hereret memorie: non tam tue: vnde illud auelli cōmemoratio quotidiana nō ſinit: ⁊ p̄ſens ſemp uana ſub oculis fidei tue teſtis in quā p̄cioſiſ ſancti viri reliquijs exequēdā: oē tum ſtudiuz: oēs opes ut dici ſolet uētre fraudato: oē deniq; qđ tibi uſq; erat argētum atq; aurum virū optime ꝓtuliſti q̄ ceteroꝝ qui fortaſſis hec legēt. Hic egdez habitauit ille dum vixit puſq; ad ſtatum cure pōtificalis inuitum ſpectata virtus attolleret: hic uelut in terra boſtili: ſed a ſe ꝓdomita ac pacata ⁊ cultui hominum acqſita Chriſto cuius auſpicijs ſignoq; vicerat: Tropheum erexit titulo virginis genitricis inſigne tēplum exiguum: ſed decorum ⁊ ualiduz.
F Hūc ipſe mōtem puium fecit: ⁊ hāc montanam p̄ duraq; ſilicem ꝓforauit ſuis: ut aiūt: manib⁹: opus feruoris atq; ocij ingētis: hic in ripa cellam habuit: Chriſto diues atq; hortulo cōtētus ⁊ flumine. Poſtremo ꝓcul hinc moriēs: huc referri: atq; hic ſepeliri uoluit: ut noſti: tam claro ſtupendoq; miraculo: ut qđ olim in trāſitu maris rubri viuētis moyſeos virga potuerat: hoc ſi qua fides in tranſitu fluminum ueram pallium poſſet extincti. Hec hactenus: Nam de relīgs ruris tui laudibus multa dici poſſunt: ſed ⁊ multa ſepe diximus: ⁊ hodierno colloquio dandus eſt finis.

¶ Q; qui deo ſeruire uelit: ſiue artibus bonis ingenium excolere: ſiue aliqd aliud boni facere: fugiat nedum opem ferre alijs videaꝝ ipſe obruaꝝ: Et qđ in alio reprehendat ipſe ne committat. Cap. III.

A Jue itaq; deo ſeruire uolumus: que vna libertas eſt atq; vna felicitas: ſiue artib⁹ bonis ingenium excolere: qui primus egregius labor eſt: ſiue aliqd meditādo ⁊ ſcribēdo nr̄i memoriam poſteris relinquere: atq; ita dierum fugam ſiſtere ⁊ hoc breuiſſimum gdem vite tempus extēdere: ſiue ſimul hec oia p̄ſtare ꝓpoſitus eſt nobis: fugiamus oro iam tādem ⁊ id quātulūcunq; qđ ſupeſt in ſolitudine trāſigam⁹: omni ſtudio cauētes nedum opem ferre naufragis videmur: ipſi rerum humanarū fluctibus obruamur: rerum humanaruz ſcopulis allidamur. Deniq; qđ ꝓbamus id agamus: ne qui morbus eſt publicus: quodq; in alijs ſepe reꝑhēdimus: cōmittamus: ⁊ iudicia ſermoneſq; nr̄i ab actionibus diſcrepent.

¶ Q; non debeamus amplas opes expetere: nō eniz adiuuant ſed impediunt. Cap. IIII.

A Emo vo nos fallat: nemo nobis ꝑſuadeat n in hoc amplas opes expetēdas: Nō adiuuāt ſed impediūt: premūtq; nō ſubleuant. Ad hāc vitam aſcēſus eſt: Nemo in altum aſcenſurus ſupuacuis ſpōte pōderibus aut laqueis implicaꝝ: Nihil auro graui⁹ nihilq; tenacius: id niſi quo ad neceſſitati ſubuenit: nec optādum nec amādum gdem. Vbi enim auaritie obſequiꝝ: nihil eſt qđ feretem magis incuruet ac deijciat ⁊ in terraz cogat Neq; id mirum: ſi a terra ortum ad eādem ſuo pōdere ferꝝ. Non cōuenit aiam celeſtis origenis terreſtrium cauernularum ſarcinis obrui: fecibus ingnari. Prefert gdem ſplēdorem ⁊ lenitatem ſenſib⁹ illudētem: animo aut affert tenebras ⁊ ſpinas ⁊ tribulos curarum triſtium ac pungētium: ⁊ quo purgatius videꝝ: eo abditis malis infecti⁹ eſt. Nunq; ſole ueniūt diuitie: multa ⁊ uaria mala ſecū uehūt B ⁊ innumeros labores cauſaſq; diſcriminū. Si mihi nō ſatis eſt fidei: quere ab his quos felices uocāt: ⁊ adiura ut ueri nihil occultēt: inuenies eoruz vitam ſupplicijs plenam ſuis: ut quam mirabaris exhorreas aut contēnas: ⁊ intelligas huic vite ad quam te hortor: magnas diuitias nil ꝓdeſſe: ſepe aūt obeſſe q̄ plurimum: ut nedum nō tanto ſtudio cōquirēde ſint: ſed abijciēde potius ſi ultro adeānt donec ad eum quem natura ⁊ virtus ſtatuunt modum: more nautarum graui tēpeſtate laborantiuz: iactu dānoq; rerum ſalua puppe: puētum eēt. Mira res nūc aium ſubit: ut te pater meq; tecum rogē ⁊ obteſter: ut vnius pueri cōſilium vni datuz ſeni duobus eē utile patiamur. Js puer Alcibiades fu C it poſtea vir ⁊ forma notus ⁊ ingenio alternantiſ q; fortune clariſſimum exēplum: Hunc auunculus Pericles fuit: vir ⁊ ipſe raris annumerandus: Jn p̄mis elogo potēs: ⁊ cui ad magnum impium fuerat lingua pro gladio: Ad hūc ergo cum puer Alcibiades ex more ueniēs: ſenem ſolito triſtiorem offendiſſet: motus q; nō ſolitis forte blāditijs exceptus eēt: pconatus ferꝝ que cauſa triſtitie ſeu gd icidiſſet noui: ⁊ cum ſenex puerili reor ingenio delectatus: ueram rei cām nō celaſſet: diriſſetq; ſe im mēſam pecuniam expēdiſſe in uſus reipublice: cuius impēſe rōnem qualiter redderet nō poſſet apō ſe cogitādo repire: Tum puer ſupra etatem: Tu vo ingt cogita potius qliter nō reddas. Callidum nē pe cōſilium: uel ſi a ſene datum eēt magnūq; ⁊ eui dēs plenum p̄ſagium etatis. Quo fretus auunculus: cōcitatoq; externo bello ciuilem difficultatem reddēde rōnis euaſit. Sed ad cōſilium reuerto: in quo laudare ſoleo: nō facti iniuſtitiaz: ſed acumen ingenij ⁊ celeritatem: hoc eſt illud pueri ſenile cōſilium: qđ in uſos nr̄os uertere moneo: ſed in alios terminos aū uerſum. Ecce enim ueniēt qui viā nobis ad magnas diuitias oſtēdāt: qđ nihil eſt aliud q̄ auaritiam docere: Peſtilēs ſane ſchola ⁊ opoſa admodum difficiliſq; doctrina multo vigiliarū ac laboꝝ impēdio diſcēda: ⁊ uel effectu caritura uel nocitura ſucceſſibus. Jn his cogitationibus occupato aio dicamus: Cogita potius qualiter iſta nō cupias: Ea enim utilior ⁊ certe facilior ars eſt: ad quam ſi adhuc lentus ⁊ indocilis eſt aius additis urgēdus eſt ſtimulis: Oſtēdamus ei p̄ter mala diuitiarum de gbus ⁊ a nobis modo aliqd: ⁊ multa quotidie dicunt a multis: eſſe artem hāc in manibus nr̄is: illam alteram in arbitrio fortune. Spernere opes pōt gſq; cōſequi nō ita: ſcitūq; eſt illud amici: Quare ingt potius a fortuna impetrem ut det q̄ a me ne petam? Jtaq; rem difficilem ⁊ euētus ambigui: puto p̄ſtat intētatam linquere: que ⁊ ſi certe utilis foret: eſſet tñ intempeſtiua ⁊ ſera. Ecce enim ſudabimus: anhelabimus: torquebimur ne deſint vite breuis ac fragilis alimēta: que ut dixi: iam pridem cumulate ⁊ uſq; ad inuidiam ac delitias aſſunt: Verum eſto: deſit aliqd: Quis eſt eniz regum cui non aliqd deſit? Hic magno niſu aſſurgendum dicet aliquis: ut omnem prorſus indigentiam futuri dijs ſimiles: ꝑpellamus: que nec penitus pelli poteſt: ⁊ ad tēpus pulſa redit acrior.

¶ Q; anxia vita que in craſtinum prominens non eſt vita: ſed vite meditatio: Et q; auaritia ſit vincēda: ⁊ iter ad veras diuitias cōdiſcenda. Cap. V.

A Jcero qdem ad Hermanum scribens: Qó
c me ingt sicut sepe antea cohortaris ad ambitionem ꝛ laborem: faciam egdeꝫ sed qñ viuemus. O breuis questio: sed efficax: Hic vo qſ quis erit hortatori nr̄o apte ne satis ꝛ grauius respōderi pōt: Placet amice qó suggeris si mō possibile est: sed quādo viuere icipiemus. Oro te quos scilicet nō modo viuere sed vixisse iaꝫ deceat? Nā hec semp anxia atqꝫ in crastinum pminēs: non est vita: sed vite meditatio nunq̄ forte uenture: ꝛ qó cōstat ambigue. Inter multa qdem hoc a plebeio poeta nō ignorabiliter dictum tenes: Crede mihi nō est sapictis dicere: Uiuam: Sera nimis vita est crastina: viue hodie. Est vo cōsilium illud Alcibiadis late patēs ꝛ ad multa vsabile: Ultio stimulat: gula sollicitat: suspēdit ambitio: incēdit amor: difficillima exequēdo cōtēnēdoqꝫ facillima. Hec animum doceamus: ut anceps ꝛ piculosa ad nocēdū via: itaqꝫ sepe dum ulcisci uolēs iniuriam acerua-
B bis: ut vilis gule seruitus ꝛ solliciti apparatus turpissimus exitus: ut uētosa semp ambitio supplicādum populo: quo nihil est durius: ut imp̄obus superbusq̄ amor seruiēdum mulierculis: quo nihil indignius viro forti: ridēdum inaniter lugēdūq̄: ꝛ sepe nō minus letis q̄ mestis euētibus: tāta uanitas rei est: hoꝝ oium vna est regula. Sigdem bis implēdis cogitatio impedit: nunq̄ deerunt mestitie mortales ꝛ malor̄ cause: ut euadas hinc ꝛ ut letus ac liber sis: contemptus ipse p̄stabit. Hoc potius cogitādum est igit̄ qualiter difficultates has effugias: q̄ qualiter explices: Uide in q̄ virilez sentētiam: puerile dictum trahi pōt. Sed omissis aliis: qó nūc vnum agit̄ auaritiam hoc artificio vincamus: necessarias nobis ad hoc ocium magnas opes ostētātem: ꝛ spernēdo mortalia frenandoqꝫ cupidines: ꝛ nature modestiam estimādo: compē diarium iter ad ueras diuitias condiscamus. Re enim uera cum oibus ad virtutem nitētibus: tum uel maxime ꝓposito nostro inimica cupiditas est. Nam nec finem habet ullum: ꝛ cumulādo supuacua: impedimētum querit huic vite: cui p̄sidiū pol
L licet̄: quam nō onustam sed expeditam atqꝫ agilez esse oportet. Nempe cum cōstat multis qui omnia posse videbant̄: ne hoc vnum possent: opum potentieqꝫ magnitudinem obstitisse. Tibi nil obstat nisi qó minime suspicor: ipse tibi obstes: potes egdez: potes modo nō singulos nodos soluere: q̄ simul oēs amputare malueris: Aduersus hydraꝫ res est nobis: nullus erit finis nisi repullulātia capita ingenio p̄cidamus herculeo. Ego solus eē non tātuꝫ possum: sed iam cepi facile pseueraturus: si tantus mihi vie solitarie dux ꝛ comes accesserit. Nō modo enim mee getis adiutor: sed ut qó in animo est quomōlibet enūciem: Ipse ges mea: nec tm̄ solitudinis solamen: sed ipse quodāmodo solitudo mea eris: tūc uere plerūq̄ solitarius videbor dum tecū ero. Preceſſi ego te: tētauiqꝫ uadum: sequere saltē qui p̄cedere debuisti. En quasi dubio torrente trās misso ripa clamās ad aduersa ut intrepide trāseas edico: Nihil oino piculi est: ꝛ ubi primo pedes tenui strupea oia atqꝫ suspecta: hic amena oia ꝛ secura denūcio. Si dubitas: si cūctaris ipse retranseo ꝛ uestigia retro obseruata sequor: ut Virgili⁹ ait: ut scilicet manu p̄hēsum ad hec te loca pducam: qbus cum assueueris: regum thalamos pōtificūqꝫ aulas carceres ꝛ molestos laqueos ducas.

¶ De remedijs ꝺ pigrū, pgressū ad solitudinē. C. VI

A Uod si forte oia que alios tenent abdicare
q nōdum possumus. Id enim vnū est ex eoꝝ gñe que p̄ius incipiūt boies docere q̄ discere: at saltem amicam nobis solitudinē faciamus qó nullo uetāte pmittimus: inqꝫ illam cum oibus fortunarum nr̄arum sarcinulis cōmigremus: qbus cum fortiter carere posse cepimus: tūc demum plena libertas erit ꝛ securum gaudiū. Interea ut res sunt: nusq̄ certe getius victuri sumus: Neqꝫ enim uel qz diffidam tam obnixe ago uel tāto uerboruꝫ nisu qcq̄ tibi durum aut graue suadeo: cum ꝛ alti tudinem animi tui norim: ꝛ siue huius siue artioris vie clarissimi tibiqꝫ notissimi duces sint. Nam ꝛ Martinus cui multum fidis: ꝛ cui qó pegrinationes sermonesqꝫ tui indicāt: inter Christi amicos amicissimū te notaui: hūc vite modū: ut ex supiori bus liquet ipleuit: simul ꝛ solitarij regem amplex⁹ ꝛ episcopi dignitatē retinēs: ut iure suo Bēnadius B ꝛ monachū ꝛ ep̄m illum uocet. Nēpe qui p̄us añ baptismuꝫ: qó difficilius est ipleſſet in adolescētia: inqꝫ ipsa militia utraqꝫ religiosis aduersa cōsilijs sic viuēs: ut iam tūc sicut in vita eius scriptum est: nō miles sed monachus putaret. Et alter Menas cui natalis idem qui Martino est: terrenaꝫ celesti militia: nō in urbe sed i heremo pmutauit. Et huc quoq̄ de idustria dilat⁹ Gregorius naçiançenus: ut Hieronym⁹ testat: Immo se ep̄m in loco suo ordinās rurī vitā monachi exercuit: Cuius vite quā tus illi semp amor fuerit: hinc elicis: q̄ iam añ sub recētem ex atheniēsi auditorio digressum: Basiliū Cesariēsem famosum cōpatriotā ꝛ collegam: atqꝫ ut famaꝫ secut⁹: Augustinus ait: etiā carne germanum suū e cathedra magisterij detractum: ubi ille rhetoricam florētissime docebat: iniecta manu ad solitudinē ꝛ ad meliora studia insigni quadā amoris fiducia ꝛ auctoritate deduxerat.

¶ De repulsione argumentoꝝ illorum qui vite solitarie aduersantur. Cap. VII.

A Udio aūt e trāsuerso qd aduersus hec rur-
a sum obstrepi soleat. Nam p̄mo de scripturis sacris nobis facē nitunt̄ inuidiā. Ue soli qz cum ceciderit nō habet subleuātem se. Et melius est duos simul eē q̄ vnum: hñt enim emolimētum societatis sue. Et que sunt id genus plurima. Qó oino nō dicerēt si qd ego sentiā ꝛ qd loq̄r attenderēt. Deinde Aristotelicū illud obijciunt: ubi ait: uel q̄ naliter sociale aial est hō: uel q̄ qui alijs non coicat: aut bestia est aut deus: q̄si ego uel odiū idicam uel societatē oium hoium interdicam: uel anceps sit electio qd eē malim: an bestia an deus: hoc est bestialis hō an diuinus vir. Ciceronianuꝫ p̄terea illud nobis murmurāt: ubi nō a necessitate qó qbusdam visum ect: sed a nā p̄fectam hoium societatem: nō semel deseruisse p̄tētus: rei huius argumētum attulit optimum: quēqꝫ lz oibus copijs suffultum ꝛ ois necessitatis exptem: tūc ꝛ solitudinez fugiturum ꝛ socium studij quesiturum. Quib⁹ satis ut arbitror libro supiore rñsum est: Nā nec ego B nisi in hoc mihi plene cum Tullio ꝙueniret: solitudinis ac studij socium: immo uel socios ꝛ querendos dicerem ꝛ colēdos. Et hec igit̄ ꝛ que ad obuiandum nobis similia trahi solent teneo: ꝛ deserta solitudine Aphraten cuius supra meminimus: ꝛ

Julianum illum famosissimū heremitā antiochiā: ⁊ famosiorem Antonium Alexādriam urbesq; alias petijsse nō sum nescius: uerum id non motu ꝓrio seu leui qualibet ex causa: sed ꝓ graui necessitate summoq; fidei discrimine gestum noui. Sic enim scriptum est: Sciebāt illi sacratissimi viri qd tempori vnicuiq; cōgrueret: ⁊ quando esset opus frui gete: ⁊ quādo necessarium solitudini ꝓponere ciuitates. Jam id ꝓpe ridiculum qō ꝓmissis accumulāt: quodq; ꝓsenti mihi sepius obiectum scio. Quid enīz fiet ingunt: si passim oibus persuadere
L potueris qō intendis: aut quis tādem in urbibus residebit: Uide ergo ne cōtra rempublicam loquaris. Quibus plane res ipsa respōdeat. Siquidem omnes inde migrauerint: certam esse mutande sententie rōnem solitudines deserendas: que iam solitudines non erunt: eoq; ꝓtinus redeūdum: vnde omnis tedij pater inges popellus abscesserit. Sed bene habet: non hi sunt hoium mores: neq; taz patulas vulgus aut tam faciles honestis consilijs aures ꝓbet: paucis utinam ꝓsuaserim. Nec vo par est omnibus vnam vitam ⁊ ꝑsertim solitariam suadere: nec ego loquor omnibus: sed tibi: sed mihi: ⁊ his paucis qbus hec rara conueniunt. Nobis certe si nō vulgi uoces: sed naturaz nostram segmur: nihil est aptius.

¶ De hortatione ad solitudinem: Et q; urbes relinA quendi sint occupatis in seculo. Cap. VIII.

Inquamus urbem non redeūdi animo: ne
I posita ad aratrum manu respiciamus retro: sed pcemur potius: ne vnq; ad ingratū deq; omnibus bonis male meritus populus reuertamur. Qō fecisse Lentulus tradit: is qui sub obtentu ꝓfectionis honeste: eternum exilium elegit: quem ut imitari uellemus: ⁊ si non getis amor ac saltem turbe odium ꝓsuasisse debuerat. Qq; non desit exēplum minus notum sed deuotum magis Chronij phenicis monachi: qui solitudinem igressus orauit ne vnq; inde discederet: multaq; ꝓseuerantia sibi ꝑstitit ne irrite preces eēnt. Extirpande sollicitudinum cāe sunt: frangēdiq; qui nos tenent vnci: rūpēdusq; pons a tergo ne qua fuge uel reditus spes supsit. Dicam enim tibi: nō qō Palladius exēplor talium historicus dixisse sibi Joānem scribit egyptium heremitam illum cuius supra mētio est habita: Episcopus enim inqt es futurus: plurimūq; tribulationum habiturus es ac laboruz. Si igit̄ ista vis fugere: noli relinquere solitudines nostras: Nullus enim te in desertis degētē locis episcopum faciet. Nec Palladio Joānes. Ego aūt tibi de epatu nihil. Jam enim es qui ille cauēduz p̄monebat: nec iam tibi possibile est episcopū nō fuisse: ad quem statum añ annos matura te virtus erexit. Sed qd huic ꝓmum est dicam: Epatus enīz tuus talis est: in quo ⁊ honore summis: in libertate mediocribus atq; infimis par sis. Qō si maioris episcopij pōdus times: solitudines nras ama: Et si labor imortalium nexibus vis absolui: banc regem quere: Ut enim a militie labore rediens: ait Romanus ille Lēturio: hic optime manebim⁹: qō
B si fortuitu ꝓlatum: ad oēm tāti impij tractuz est: ex ꝓposito dictum nō spernaz. Surge: uenit: operalinquamus urbem mercatoribus: aduocatis: psenetis: feneratoribus: publicanis: tabellionib⁹: medicis: vnguētarijs: lanionibus: cocis: pistorib⁹ atq; fartoribus: alchimistis: fullonibus: fabris: textoribus: architectis: statuarijs: pictorib⁹: mimis: saltatoribus: citharedis: circulatorib⁹: lenonibus: furibus: maleficis: adulteris: parasitis: hospitib⁹: circūscriptoribus ac scurris: edacib⁹ odorem fori vigili nare captātibus: qbus ea felicitas vna est: illi i biāt: Nullus aūt nidor in mōtibus ⁊ solitis ac placitis caruisse supplicium. Sinc illos: non sunt nri generis: Permitte diuitibus nūmos suos numerare: ⁊ in hoc arithmetice ꝑsidio uti: nos diuitias nras: sine studio: sine arte numerabim⁹. Nihil est qō illis inuideamus: nisi nūc etiam: qō absit: pueri simus: quos ficta adūbrata suspēdāt. Demi phaleras eqs uenalibus uetus est cautela. Nemo sanus puellam deformem q; bñ uestita esset in cōiugiuz optauit. Nos si phaleras: immo laruas his purpuratis felicibus detrahamus: clare videbimus esse miserrimos: Suas sibi diuitias habeāt: suos mores: suas uoluptates. Nēpe quas eternas uellēt diuitie abibūt: ⁊ quas manu retrahūt uoluptates fugiēt: At qbus caruisse cupiēt mores stabūt ⁊ comitabunt inuitos. Lūcta hec que illos vulgo mirabiles ostēdūt: momēto tpis euanescēt. Sub imperio fortune viuūt: si illa pepcerit: mors nō parcet. Qui pciosissima rerum habēt: si tñ dicēdi sunt habere qbus seruiūt: ipsi mor a vilissimis habebunt. Et a qbus inges habebit diuitias ingratus heres ⁊ forsan hostis inuisus? Lorpa uermes ⁊ upupe: Tartarus alas: Nomē: obliuio sempiterna. Lōtra q̄uis pauper hic fuerit: Jn memoria eterna erit iustus. Non nos igit̄ ad emulationem ꝓuocet falsa ꝓspe L ritas uera miseria: sequestrentur a nobis molles ⁊ eneruati diuites. Illis therme: fornices: atria: popine: nobis silue: mōtes: prata: fontes placeāt. Illi carnis desideria ⁊ lucrum vndecūq; ueniens: nos studia liberalia ⁊ honesta sectemur: ⁊ sīgd mechanicum miscere iuuat: sit agricultura uenatioq;: Cui q̄uis inesse clamosum aliqd ⁊ nro ꝓposito dissonum videat: de uenatione uetusq; sit uerbū: Jn uenādo multam uerboz esse iacturam: uenationez tñ ⁊ meditationi ⁊ studijs opportunam: magnis qbusdam ingenijs visam scio: ꝓpter solitudinem scilicet ⁊ nemorum latebras filetiūq; retia ipsa seruātium. Qō tum maxime uerum fiet: dum ꝓter uumerum: hoc est nō uenator sed spectator in siluam eas abiturus ex cōmodo sine ullo uenātium commeatu: ea forte uel clericis pcipue inter siluas agētibus ꝓmissa licētia est: nec huius gñis interdicta uenatio: rara qdem ⁊ modesta ⁊ exercitio corpis indulta nō luxui: queq; illi cognate sunt piscatio aucupiūq;: he sunt ruris artes. Deniq; illi semp pēdeant ac uoluant: nos ad petram ꝓsilis uestigijs insistamus. Jlli semp hereāt: nos aliqū ꝓgrediamur Jlli semp dubij cōsultēt: nos iam tandem salutare cōsilium exequamur. Postremo illi mūdum fugiētem amplexētur teneāt q; si possint: nos dñz ⁊ queramus dum inueniri pōt: ⁊ inuocemus dum ꝓpe est: qn ⁊ duz corpora nra peregrinant ab urbibus: peregrinent a corporibus animi: ꝓmittamus illos ad celum cum tēpus aduenerit (qō philosophi nō sperarunt) ⁊ corporibus secuturi.

¶ De preclara solitudinis commēdatione. Cap. IX.

A quo impetus calamuz tulit: q; multa di A
e rimus de re parua: ut vulgus existimat: ut ego sentio ꝓmaxima: ⁊ mihi eqdem tam iu

cūda:ut cum in hoc coꝛporeo carcere diu vinctum me fuisse meminerim:virisse nō amplius mihi videar nisi q̄ diu solus ⁊ ociosus viri. O q̄ q̄ o si usurpare audeam p̄clarum illud singularis ⁊ egregij ducis dictum:ne impoꝛtune detur insolentie gloriandi par in tanta imparitate licentia: Ego quoq; non modo nunq̄ minus ociosus q̄ cum ociosus: minus ue solus q̄ cuꝫ solus:sed semper ociosus nisi dum ociosus:semper solus nisi duꝫ solus fui. Et si non sim dubius:quod sepe iam dixi:magno strepitu populum his omnibus occurſurum:Sed ueritas intrepida ⁊ inuicta est: Nec nanos horret strepitus: ut descriptoꝛ generosi cornipedis Maro ait: Illi ardua cerviꝛ argutumq; caput: Cuius quidem non asseꝛtoꝛ adhuc magis audax q̄ sollicitus inquisitoꝛ sum. Ad quam lꝫ enim studio semper aspirem:vereoꝛ tamen nequando mihi uel illius lateꝛe uel mee cure uel tarditas quedam obstet ingenij:ut sepe res querens opinionibus implicer.

B Nec ergo non diffinitoꝛ sed scrutatoꝛ uestigatoꝛq; tractauerim: Nam ⁊ diffinire sapientis est pꝛopꝛium: ⁊ ego nec sapiens nec pꝛoximus sapiēti:sed ut Ciceronis uerbo utar:magnus sum opinatoꝛ. Cōtra autem paucos quibus loquoꝛ:affuturos scio p̄ter numerum superiores rebus omnibus atq; victores:Ego iam hinc iudicij tui arram teneo:satis est quid alij iudicent:pꝛo se quisq; viderit dum uagas fluctuātesq; sententias nulla necessitas ad uerum cogit. Certe cuꝫ euenerit ineuitabilis dies: ⁊ urgere animam hinc ceperit ineluctabilis mortis hora:quando non in poꝛticibus aut compitis populi digito monstratum esse:non regem aut pontificem fuisse:non pecunia:non gratia:nō delitijs affluxisse:sed caste:sed pie:sed innocenter virisse pꝛofuerit: Tunc ut spero fatebitur qui nunc negat trā-

C quillum hoc saltem fuisse consilium. Itaq; tantus ardoꝛ:tantus materie amoꝛ est:ut cum multa dixerim plura se offerant:sed studio consulendum est. Putabam enim epistolam scribere:libꝛum scripsi quem diuisurus non fueram: quo scilicet solitarie vite solitarius liber esset:nisi quia in mentem rediit eam me solitudinem laudasse:non que vnum etiam:sed que turbas fugit:Simul illa me cogitatio pꝛopositio emouit:ut onustum fessumq; vie medio lectorem partitio releuaret:Unum igitur in duos secui. Dulce autem mihi fuit pꝛeter morem ueteꝝ quos in multis sequi soleo his qualibuscūq; litterulis meis sepe sacrum ⁊ glorioſum Chꝛisti nomē inserere:quod si fecissent pꝛisci illi nostrorum ingeniorum duces: ⁊ eloquio humano vim scintillaꝝ celestium miscuissent:Delectant fateoꝛ:sed multo amplius delectarent: Nunc mulcet eloquentie pꝛima frons clara uerboꝝ luce:sed sentētiarum ueris oꝛba luminibus:cum diu aures delinierit neq; getat animum nec perducit ad illam supꝛemam stabilēq; dulcedinem ac pacem intellectus: Ad quā qō insensati ⁊ superbi hoies contēnunt:nisi per ipsam Chꝛisti humilitatem,nō est aditus. Nec tibi autem sic affecto animo dictaui:ut omnis impulsaruꝫ uēto frondium fragoꝛ: ⁊ ois circa nascētium sonitus aquarum hoc vnuꝫ dicere viderēt: Bene suades Recte consulis: Uerum dicis.

C Francisci Petrarche poete laureati:de vita solitaria:Secundus liber explicit.

nat: ⁊ ut senserunt maiores nostri: nominis huius auctores nō modo non arguā sed laudabo. Dulce est enim ⁊ optabile ⁊ honestum amicis conuiuere: sed comesationem conuiuiuz appellatis turpissimeq; rei pulcherrimum nomē imponitis: quasi vo non possit cum amicis viui aliter q; comedendo ⁊ bibendo: ⁊ non melius cogitādo ⁊ loquēdo: cuz ⁊ docto homini ⁊ erudito: ut ait Cicero ipse: viuere sit cogitare: ⁊ nil profecto sit dulcius noto ac fido colloquio amicorum. Nolite ergo rez fedam pulchro uelo tegere: Trāslucet enim ⁊ quod cōuiuium dicitur: comesatio esse cognoscitur. Audite potius apostolum Paulū clara uoce a malis uos inter cetera a comesationibus ⁊ ebrietatibus dehortantem: ⁊ videte ne ad turpia nominū splendore rapiamini. ¶ Hau. Conuiuia me delectant. ¶ Rō. Dic q; est comestiones: potationes: repulationes: viscerationes. Nec si delectat accipere vilis tu: vilis rei debitor. At si dare: stultus tu: stulte sollicitudinis seruus es. ¶ Hau. Cōuiuijs gloriā quero. ¶ Rō. Mos est uester querere ibi: ubi q; queritis nō est. ¶ Hau. Spero gloriaz conuiuijs. ¶ Rō. Falsa est gloria: uerus error. Alexandrum macedonē quiuijs indulsisse usq; ad funestā ebrietatem legimus: Luciū uerū usq; ad pfluuiū amētis impese flebilēq; imperij iacturā. Quero alios duos: Quē mihi sanū principē: quē sobriū regem his intentum dabis? Nā philosophos ac poetas egregios memorare necessariū nō est: multoq; minus sanctos viros: ⁊ omnino omnes grande aliquid pitiue animo agitātes: quibus omnibus haud dubie tota ea res infamis ⁊ inisa est. ¶ Hau. Gloria mihi apud vulgus ⁊ multorum gratia ex cōuiuijs parta est. ¶ Rō. Utilissime mercis ingēs precium; coquum fieri ut gule cōplaceas aliene. Credo autem: sunt quos gula urget: frenat inopia: bis nihil est gratius: q; aliena cura ⁊ impensa freno illo absolui: quodq; per se nequeunt: per alios adipisci. Qui hoc eis prestant: clari apud illos duz id faciāt ⁊ famosi sunt. Finge desinere: simul desinēt clari esse. Tandē ut ego quoq; iā desinā: hec sūma est: Conuiuarū cōditio delicata est ⁊ q̄rula lōgeq; difficilis: De parasitis breuē accipe regulā: duz illos affatim paueris rodent: arridebunt: plaudent manibus: laudabunt virum optimū: liberalē deniq; patrie patrē dicent: Nihil ad ultimū graie adulationis omiserint: de qua Satyricus loquēs adulandi gentem prudentissimā ⁊ comedā nationē asseruit: ⁊ reliqua pueris quoq; notissima. Sin aliquando cessaueris: siquidē sponte auarum: sordidū miserū diffamabunt. Sin inopia homunculuz non malū certe sed stolidum ⁊ ineptū: teq; tuāq; domum fuent ut scopulū: Tūc itelliges illud Flacci: Diffugiunt cadis cū fece siccatis amici: De his quidem loquitur amicis. Ueri eniz maxime in aduersis herent: ⁊ illas domos auidius frequentāt quas fortuna deseruit. His ineptijs hisq; difficultatibus ut occurras in tempore ⁊ conuiuas tumidos ⁊ scurras arridos horūq; omnium uoces ⁊ sententias disce contemnere: ⁊ sic habeto nihil loci recto esse iudicio ubi totum uoluptati tribuit nil virtuti. Laducum deniq; malis artibus partum nomen: eamq; vulgo que gloria dicitur: apud doctos infamiam esse non gloriam.

¶ De uestitu cultuq; corporis. Dial. XX. ¶ Hau.

Tegregie uestior. ¶ Rō. que pura sūt: nuda videri amant. Mos est: feda coloribus abdē. ¶ Hau. Exquisitissime induor. ¶ Rō. Pudebit cultus exterioris: quotiēs quid eo tegatur cogitabis. Insana enim ambitio est simum tegē purpura. ¶ Hau. Mūdissime uestior. ¶ Rō. Nō audisti qd ille vir fortissimus apud Crispum dicat. Mūditias mulieribꝰ: laborē viris conuenire. ¶ Hau. Uestitus insignis ac mollis est. ¶ Rō. Superbie uexillū: nidusq; luxurie. ¶ Hau. Uestis singularis ac insolita est. ¶ Rō. Nō obijciam tibi sacros pauperes seminudos ⁊ rigidis atq; hirsutis togis hibernū frigus arcentes: Scio quidē q; pecatrix opulentia sanctam spernit inopiam: Ille idē ditissimus hominū: cuius altercatione retro tertia memini: uestē nō temere alia q; domestica usus est ab uxore ⁊ sorore ⁊ filia neptibusq; confecta: Nā ⁊ hoc quoq; de illo scriptū est: Sic ille cūctorū dns: paucas quidē sibiq; iunctissimas feminas fatigabat: Tu fortassis alioz seruꝰ disiunctissimas fatigas gentes. Tibi nent: tibi pectunt: tibi texunt Belge: tibi Perse: tibi Seres: tibi Indi: tibi Tyriꝰ murex natat: tibi fragrans bacca hispidis pendet arbusculis: tibi oues albicant Britānice: tibi Indica sandix rubet: uterq; tibi sudat oceanus: Augusto aūt uxor ⁊ filia soror q; cū neptibus: Louisq; decreuit virtus creuitq; superbia: Sic contrario delectatis: exempla modestie viluerunt. In victu igitur ac uestitu multi optimo principum contempto: post pessimos abiere: Haium dico ⁊ reliquos quorum neutri a tergo nec ciuilis vnq; nec virilis nec Romanus certe nec humanus: sed insanus ⁊ nūc femineus nunc diuinꝰ: ab omni autē parte profusus atq; monstrificus cultus fuit. ¶ Hau. Exquisitissime induor. ¶ Rō. Operosior ornatus ⁊ suspitione cure ingenijs: formosis forme gratiā imminuit: ⁊ fulgore suo deformium mendar pdit: oculosq; pretereuntiū ad spectandū excitat. Itaq; nulla re peius sibi consulit deformis homo: q; dū formosus vult videri. Uestis insignior cultusq; corporis qui ad formā queritꝰ risus mouet. ¶ Hau. Electissimis coloribus exornor. ¶ Rō. Natura rerū humana arte nō vincitur: Sepe etiam quasi indignans se tentari: quo maiore nisu presumitur tegiturq; eo magis ac magis attollitur eminetq; natiuā mortalis corpusculi feditatē nec colores alterant nec odores: quin aut magis conspectam efficiunt aut suspectam. ¶ Hau. Preciosis ac uarijs ornamentis ambior. ¶ Rō. Pone in pheretro aureo pallidū cadauer: gēmis illud ostroq; circunda quo plus ornatꝰ: ⁊ plus erit horroris. Neu quod loquor ad iniuriā trahas: origo nominis ingrēda est. Si quidem a cadendo dicitur cadauer: cur nō ut mortui: sic viuentis recte dicitur? Nempe illud cecidit: hoc casurū est caditq; ptinue. ¶ Hau. Nouus ⁊ insolitus cultus est mihi. ¶ Rō. Nō est locus ut defleam utq; exercer ludibria hec habituū externorū quos uobis ab extremis mūdi finibus furibūda presens etas intulit: Sed dij homineśq; male oderint has beluas humana effigie: ferino animo: lingua latina barbaricoue habitu compto femineā ad mollitiē capillo: moribus ad aprinam duriciē horridis atq; incultis: binc obscena corporum impudentissime detegentes: Illinc mentium leuitatem uano uertice uolucrū plumis extantibꝰ

apertissime designantes. An vo tam vigiles magistri: an tã docile discipuli plus odij mereantur i dubio est: quorũ ingenijs effectum vides: ut inter mimos duceſq; inter scorta ⁊ matronas ꝑpetuaz nil intersit aspectu: Nec dũ sistit: sed indies serpẽs crescit ⁊ uariatur insania.

¶ De ocio ⁊ quiete. Dial'. XXI. ¶ Hau.

A Litũ quiesue a laboribus obtigit. ¶ Rõ.

o Duo humane vite bona gratissima nisi usus imodicus mala illa grauissima fecerit qõ multis fecit: ⁊ totidem corporis atq; animi pestes: tumorẽ corpori parientes animoq; rubiginẽ. ¶ Hau. Ocio fruor iucũdissimo. ¶ Rõ. Utor dic. Nulla hic re fruendum: sed utendũ multiſ habet doctrina salubrior. ¶ Hau. Delectabile ocium est mihi. ¶ Rõ. Refert multũ hoc ipsum ociũ qle sit. Duas nẽpe species ocij diffiniunt. Operosi alteram atq; ipsa in requie laborantis ac circa bone sta studia sollicitiq; quo nil est dulcius. Alteraz inertis ⁊ languidi ⁊ solam requiem complexi: quo nil fedius: nil similius est sepulchro. De primo igiſ sepe magna quedaz opera ⁊ mũdo utilia ⁊ suis auctoribus glorioſa ꝓueniunt. De secũdo autem nihil vnq; nisi inglorius torpor ac marcidus. Primum illud rite philosophantibus: hoc secunduz pigris uẽtri somnoq; deditis peroppoꝛtunuz ubi nullo interpellante edant licenter ac dormiant.

B ¶ Hau. Optata perfruor quiete. ¶ Rõ. Quies illa qua perfruendum erit nullum finem habitura: non est hic. Uide ergo qua gaudeas quiete. ¶ Hau. Quietem optataz repperi. ¶ Rõ. Quietem dicis: an accubitum vis dicere: an somnum quem mortis consanguineum poete quidam: alij mortis imaginez dixere: utriq; ꝓpꝛopꝛie. ¶ Hau. Dormio ⁊ quiesco. ¶ Ratio. Atqui ⁊ euntes sepe animo quiescunt: ⁊ sedentes iacentesq; animo laborant. Et somnus ipse animalium quies dictus: suos habet abditos dolores visionumq; ac phantasmatum turbidos tumultus atq; horribiles: de quo deum familiariter alloquens sanctus ⁊ afflictus vir ille queritur. ¶ Hau. Ociosus in thalamo requiesco. ¶ Rõ. Uter queso putas dulcius quiesceret: an Uacia suo in rure dormiens: an Scipio in Africa cum hostibus pugnans: Lato cum anguibus: Reguluſ cum utriſq;? Nec qui es sine gaudio: nec sine virtute uerum gaudium esse potest. ¶ Hau. Reiectis laboribus grato recreor sopore. ¶ Rõ. Labor est materia virtutis ⁊ glorie: hunc qui reijcit illas reijcit. Cõtra: vitij: ⁊ infamie materie sopor est nimius: qui multos ad perpetuũ soporẽ urget atq; precipitat: Fouet ille libidinẽ: corpora pregrauat: eneruat animos: fuscat ingenia: scientiaz minuit: memoriaz extinguit parit obliuionem. Non sine causa insomnes industriiq; laudantur: Somno nõ laudatos cernimus sed inflatos. Proinde: ut somnum quidam mortẽ dicunt: sic vitam alij dixere vigiliam. Inter mortẽ vo ⁊ vitam: vide quid eligas: vigilandum certe quod sapientibus placet ad hoc saltem ut longior vita sit. ¶ Hau. Longo ⁊ minime iterrupto fruor somno. ¶ Rõ. Bene si non curis mordacibuſ: auaritia: ambitione: metu: merore aut amore impio. Male autẽ si non honesti studij cura cuiuspiaz sopor abrũpitur. Profecto populis stertẽtibus vigilant reges: sopitoq; duces vigilant exercitu: quod

D ⁊ res docet: ⁊ ilias probat Homerica. Nobiliori bus animis cure vigiles impendent: sed sobrie ac salubres. Augustũ Cesarem principum maximuz atq; optimũ somni breuis accepimus: eiusq; etiaz crebr⁹ iterrupti: Tu ꝯrio gloriaris? ¶ Hau. Pro E funde dormio. ¶ Rõ. Et gulosi ⁊ libidinosi ⁊ iracundi: brutis animantibus viuis tamẽ: somnoleti ac sopiti dumtaxat mortuis comparantur: Et qõ ad illã partem tẽporis attinet nihil differre felices a miseris philosophicã scis esse sententiam. Jure igitur ut pars illa pro viribus euitanda: que solaz inter homines differentiam somnoruz linquit: sic sectanda cõtraria est nil difficultatis allatura uoleutibus. Si pro leui eniz gloria aut lucro exiguo ⁊ bellatores ⁊ mercatores ⁊ naute totis sub diuo noctibus peruigilant: Illi quidem inter hostiuz insidias: hi quolibet hoste peiores inter fluctuſ ac scopulos: Tu propter uerã gloriã lucrũq; ingens inter dei laudes ac libellos tuos partem noctium vigilare nõ poteris? ¶ Hau. Uigilijs defessus sõno tot⁹ icubui. ¶ Rõ sic est. Non mutatis stiluz: F Lũcta fere vno modo agitis: ⁊ que deus ipse uel natura: uel ars aliqua uobis ad obsequium dedit: in uestrum dedecus damnũq; quertitis: potum cibumq; ad ebrietatẽ ⁊ crapulam: ocium ⁊ quietez ad somnolentiam ⁊ marcorẽ: ualitudinẽ ad uoluptates: formã corporis ad libidinem: robur ad iniurias: ingeniuz ad fraudes: scientiã ad superbiã: eloquentiã ad discrimẽ: domiciliũ ac uestitum ad pompã inanẽq; iactantiam: Opes ad auaritiam ⁊ luxum: prolẽ ⁊ coniugiũ ad metũ ⁊ sollicitudinẽ immortalẽ. Jte nunc stupete ⁊ querimini de fortuna: ⁊ malis uestris ingemiscite: de bonis mala facitis: deq; celestibus donis cõpedes uobis ac laqueos ⁊ vincula anime conflatis. ¶ Hau. Sõno placido delector. ¶ Rõ. At non modo reges ⁊ duces ⁊ principes ⁊ philosophi ⁊ poete: Jnsup ⁊ familiarum patres vigilant ac nocte consurgũt quod ad sanitatẽ atq; economiam ⁊ philosophiã utile ait Aristoteles: sed fures etiaz ⁊ insidiatores quodq; est mirabilius: insani etiã amatores: quos suarũ mulierc ularum memoria ⁊ desideriũ excitat: Tu vo non virtutis amore somnũ oderis vitiis amicũ: utq; eleganter ait Flaccus: Ut iugulent homines surgũt de nocte latrones: ut teipsum serues non expergisceris? Pudeat semper tm̃ in nobis posse turpes causas ⁊ nil posse pulcherrimas. ¶ Hau. Nullo usq; interpellante totis noctibus quiesco. ¶ Rõ. Uidetur quidem Aristoteles: qõ superius attigi: ita vitam hominis partiri: ut dimidiam partem somno tribuat dimidiũq; vigilie: dũ pro parte dimidia nõ differre studiosi vitam ait a stulti vita: Et siquidẽ pro somno noctẽ pro vigilia diez vult intelligi: Recta fateor ac uera est diuisio equis enim partibus tempus inter sese diuidunt. At si sic accipitur: equas spatio inter partes: differentia certe alia ingens est. Nulla enim acrior: nulla altior cogitatio q̃ nocturna: nulla pars temporis studentibus aptior. Si autem somnũ ipsuz dimidiã temporis partẽ dicit: mirabile dictũ est: ex ore tam studiosi ⁊ tam docti hominis. Absit eniz ab anima bene instituta ⁊ studijs intẽta: dimidiũ temporis dormire: cum quartuz suffecerit quibuſdam: ⁊ tertium uoluptuosis quoq; sufficiat. Noctu quidem surgere qualibet anni parte ꝓsiliũ est.

Absit ut noctem nō hibernam modo: sed estiuā to tam dormiant: qui grande aliquid molliuntur. Le terum semel illam fregisse sufficiet fortassis: quod q̄ vigiliarum anticipatum erit: breui si res poscat meridiana vicissitudine restaurari potest: Ac brumalis horę noctis sępius rumpende: psallendum: studendum: legendum: scribendum: cogitandum: contemplandum: querendum: ingenio noui aliqd semper: ⁊ quod studio quesitum fuerit memoria repetendum. Audiendus quoq̄ est Hieronymus ad Eustochium scribēs: Noctibus bis terq̄ surgēdum inquit: reuoluenda de scripturis que memoriter retinem⁹. Deniq̄ bis studijs fatigati oculi alterno sopore recreādi: ⁊ breui quiete recreati alterno exercitio fatigandi erunt: ne totis noctib⁹ dormiendo culcitre incūbendo: sepulta cadauera videamini: motu crebro atq̄ honesto uos viuos ⁊ virtuti deditos comprobate.

A ¶ De suaui odore. Dialogus. XXII. ¶ Hau. Uanibus delector odoribus. ¶ Rō. Hi f uel victui uel uestitui subseruiunt: de qbus quid sentiam audiuisti. ¶ Hau. Odorib⁹ studeo. ¶ Rō. Odorum alij gulam: alij libidinez irritant: Horum appetitus incontinentie notaz fubit: ⁊ presertim uehemens. Alij propter seipsos expetuntur: Horū studium non turpitudinis nempe sed uanitatis arguitur. Unde est ut muliebrium vnguentorum odor aut dapium: q̄ florū turpior aut pomorum sit: eadem ratio est earum delectationum que auribus oculisq̄ percipiuntur: Si vnq̄ ethicis applicuisti animum nosti hec: neq̄ te nunc doceo: sed note ueritatis ad memoriaz retraho: ut huius generis oblectamenta videas uel feda esse uel leuia. ¶ Hau. Odoribus operam do. ¶ Rō.
B Bone utinam fame: cuius odor bonus quoq̄ dicitur: maluscq̄ maior multo latiusq̄ sensibilis q̄ aromatū si terantur: aut sulphurū si cremētur. De his odoribus nō nares sed mens iudicat. ¶ Hau. Bonis odoribus delector. ¶ Rō. Si sensui pares ⁊ uoluptati inhias: ut dictum est: aut obscenum aut inane. Si ualitudinis curam geris: excusabile modo condimentū rerum omniū modus adsit. Cōfortat enim tabescentem spiritum odor leuis: Sed ad omnia ualet illud comicum: Ne quid nimis. Est autem ut in multis in hoc quoq̄ naturarum uarietas infinita non solum inter hominem atq̄ hoiem sed inter gentē etiam ac gentez. Siquidez uera fama est quāq̄ magni non respuunt auctores: gens que gangis fontem accolit omnis cibi expers solo mali siluestris odore alitur: peregre profecturi nil nisi bonum illud malum ac vitale circūferunt: tam fetoris impatientes: ut sicut eos purus nutrit sic infectus odor iterimat. Delicata cōplexio: que sic viuat ⁊ pereat. Hinc gens omnis ad ortū solis obuersa celiq̄ molitie delinita: ut ciborum negligentior: sic egentior atq̄ appetētior est odor: ⁊ inde nimirū hec primū curiositas uos inuasit. Assyrij: Arabes ⁊ Sabei uestris armis edomiti suis uos odoribus domuere: quib⁹ aliq̄diu rigida patrum ⁊ inuicta sobrietas obstitit: usq̄ adeo ut gentesimo ⁊ sexagesimo quinto anno urbis cōdite graui edicto a censoribus caueretur: neq̄ in urbē ipsam vnguenta externa conueheret: Non multo aut post modernor vitijs ut assolet: uetex scita rū pentib⁹ in senatuz ipsum edicti talis auctorem victrix lasciuia penetrauit. ¶ Hau. Libēter bñ oleo. C ¶ Rō. Peregrini odores atq̄ omne artificiū bene olendi proprij naturalis nō boni odoris argumenta ⁊ latentium sunt signa defectuum: Ob hoc ipsum atq̄ ob illam: nedū viro: sed ne honesta quidem femina dignam curam solita sensum viri fortis offendere. Meministi adolescentis illius: qui dum ut erat vnguento illitus pro collata prefectura Uespasiano principi gratias acturus ante eum staret: ille hausto mox odore substomachans acri supercilio: uoce aspera: Mallem inquit alium obo leuisses: sic increpitū fine honore: inhibitis seu rescissis iam concesse gratie litteris bene olidū dimisit. Ita cum semper dedecori sint odores huiusmodi: interdum etiam damno sunt: maxime ubi morum grauis ac masculus censor sit. Q̄q̄ quibusdā fuere periculo: Nam ⁊ illud nosti: Ut Platius senatorij viri ordinis triumuirali proscriptione metu mortis Salernitanis latebris abditus: vnguenti proditus odore: sibi quidem pernitiem: proscriptoribus aūt suis excusationē seuitie quesiuit. Nā qs nō iure cesum diceret eū: qui eo tempore rei.p. tā toq̄ in suo priuato discrimine vnguēta etiam nūc oleret? ¶ Hau. Artificiosis odorib⁹ assueui. ¶ Rō D Desuesce si consiliū meum vis: Turpius est enim artificiosis q̄ simplicibus assueuisse. Omne quod turpe est: quo artificiosius: eo fit turpius. Honestatis ornamētū ars: inhonestatis est cumulus: Adde qō ⁊ fedius hodie q̄ olim: Q̄uis enim Roma ut dixi: ⁊ quā grecorū Romā prope dixerim: Lacedemon: huic pesti ex Asia uenienti: quasi armate hostium legioni ferreis moribus atq̄ edictis obstiterint: ad extremum tamen mollis vnguentorum simulq̄ vitiorū acies fefellit: excubias in Europam transijt ⁊ fortissimas gentes vicit. Et quoniam singula prosequi longum est: ex vnius asperrimi atq̄ laboriosissimi viri mollita duritie de reliquis coniecturaz facito. Siquidem in medio bellorum estu: Ille inuictus ac barbarus cruento cuz exercitu vnctus est Hannibal: penetrabilia vngue ta: sed penetrabiliora sunt vitia. Itaq̄ eneruati ducis ac militum quorum tam stupenda primordia fuerant: qualem decuit exitus fuit: Quo effectuz est: ut cum multum Africani semper uirtutib⁹ Hannibalis tamen vnguentis aliquid deberetis: expediebat illis ut sicci essent: uobis ut vngerentur. Ex illo sane multis seculis sic iste mos inualuit: ut labor stupor q̄ sit legere que de hac re in utriscq̄ litteris scripta sunt. Et quid pluribus morer? Uscq̄ ad illius pedes: quo nil altius vnguentuz uenit q̄ ipse qui omnem molliciem animorum atq̄ omnes illecebras uoluptatum extincturus aduenerat passus est: non vnguento quidem sed pietate delectatus ac lachrymis offerentis. Jā vo pedetētiz usus hic abijt: ut cū in multis etas uestra maiorū glorie ipar sit: in hoc excellere videat q̄ vnguentaria nō est: ⁊ qui his capit non cōmuni temporū sed proprio quodam animi vitio laborat. ¶ Hau. Bonis E odorib⁹ illicior ⁊ delector. ¶ Rō. Fieri nō potest quin que delectabilia sunt natura ⁊ illiciant dum presentia sint delectent. Sapiētis Hebrei dictum est: Unguento ⁊ uarijs odoribus delectat cor: q̄ uis vnguento quidē nō tam mihi delectatio videatur inesse q̄ fastidium. Sed ut insit odorib⁹ meo certe consilio: absentibus resistendum contēptu ⁊

oblīione:p̄sentibus utenduꝫ modice:neq; ullū
his studium impendendum: ne te uel tacitus ulti
marum viliumq; rerum mancipiū fateare: Ne ue
hunc articulum longius trahā inhonestis odori
bus:ut rebus omnibus virilem effeminantib⁹ ani
mū uetitis ac seclusis: Jn religs Augustini sniam
amplector:de illecebra odoꝝ ingt:nō satago nimis
cū absunt nō regro:cū adsunt nō respuo:parat⁹ eis
semp carere. Jdem fac:ne qñ bonis odoribus ma
le oleas:aut odiosis mūditijs odiosus sis.

¶De Cantu ⁊ Dulcedine a Musica. Dial'. XXIII.

¶Hau.

A Antu delector ac fidibus. ¶Rō. Ah quā
c to melius lachrymis atq; suspirijs. P̄re
stat enim flendo ad gaudium q̄ gaudēdo
ad gemitum puenire. ¶Hau. Cātibus soniscꝫ per
mulceor. ¶Rō. Et fere cantu fallūtur ⁊ uolucres
illud mirabili⁹: musica quoq; dulcedine pisces tā
gi: Nota tibi Arionis ac delphinis est fabella:taꝫ
p̄o uero habita ut ipsis annalib⁹ sit iserta. Multi
quidē scriptorū illustriū meminere miraculi:elegā
tius nemo q̄ Herodot⁹ graie pater historie. Astí
pulantur imagines ence illic ubi e tāto periculo in
columis p̄imuꝫ terris appulsus est natātis piscis
tergo insidens fidicen: Ad hec sirenes cantu falle
re creditū. Jllud vo non creditum sed compertum
ut quotidie blandis uerbis homo hominē fallit: ⁊
ad summā nihil ad fallendū uoce aptius. ¶Hau.
Musica suauitate dilinior. ¶Rō. Et aranea: ut
aiunt:anteq; moꝛdeat. ⁊ medicus linit anteq; fe
riat: ⁊ auceps: ⁊ mulier quē fallere vult delinit: ⁊
p̄edo quez perimit: ⁊ polypus quē demergit am
plectitur. Et quidā pessimi hominū nunq; terribi
liores sunt q̄ dū se gestu ⁊ uoce leuissimos osten
dunt:quod i p̄imis de Domitiano p̄incipe lectū
B est. Uix ulla est sine suspitione delinitio. ¶Hau.
Cantu gaudeo ⁊ exaltor. ¶Rō. Caue:naꝫ scriptū
est: Extrema gaudij luctus occupat. Et rursus:an
te ruinā exaltabit spiritus. ¶Hau. Cano dulciter.
¶Rō. Nescis an ultimum. Jpse p̄edulciter mo
ti p̄oximus olor canit. Plures enim gaudio q̄ tri
stitia periere: Solito dulcius canentem inter ipsa
soni suspiria expirasse recens fama est. ¶Hau. Cā
tu ac tibijs delector. ¶Rō. Nō imerito quidem
Singuli enim dies te ⁊ hore ⁊ mometa ad sepul
chrū uehunt:quo cum cantu ferri uester etiaꝫ nūc
mos est: Antiqui ⁊ tibijs efferebantur: Unde illō
Statij pampinij: Tibia cui teneros suetū pducere
manes: Tibi utraq; funeris pōpa placet: Jlluc
te licet ire non sentias absq; ulla requie pperanti.
C ¶Hau. Cantu moueor. ¶Rō. At quid refert. Est
haud dubie in animis hominū generosis maxime
potentissima musica: Sed effectus supra fidē ua
rij: Utq; omittā qbus res nō eget: hos ad letitiaꝫ
inanē: hos ad sanctuꝫ ⁊ deuotū gaudiū piasq; nō
nunq; lachrymas mouet. Que uarietas in diuer
sas sententias magna traxit ingenia: Nepe Atha
nasius uanitates fugitans: canēdi usuꝫ in ecclesijs
iterdixit: Ambrosius pietatis exercitiū appetens
ut caneret instituit: Augustinus utrūq; se passū ⁊
D difficile hinc sibi negociū dubietatis exortum iter
cōfessiones suas pie meminit. ¶Hau. Delectat ca
nere. ¶Rō. Hzaia olim delectatio: nūc ⁊ uestra.
Apud illos quidē cantus ac fidium ignarus q̄q;
esset indoctus habebat:quod Themistocli Attico

grecoꝝ clarissimo eo q̄ lyram in epulis recusasset
accidisse. Epaminundā vo Thebanū hāc fortassis
infamiam declinātē:preclare fidibus cecinisse:auc
tor est Licero. Miruꝫ ⁊ Socrates talis senex fi
dibus operā dedit. Ne miremur Alcibiadem ab
auunculo Pericle tibie studio traditū apud illos
honestissimo: ut inter liberales artes hanc quoq;
condisceret. Sed uerecundū pueri laudemus in
genitū:qui cū ab insigni tibicine ad idipsum accito
oblatas tibias ori applicuisset: ⁊ collecto spiritu
genas inflasset: animaduersa deformitate vultus
erubuit:atq; obiectas tibias aspernatus fregit:me
ritoq; licet tenera etas exēplo esse:ut totius popu
li consensu ex tunc Athenis tibiarū usus obsolesce
ret:Ad uos si non illud ardens musice studiū pue
nerit:omnium p̄incipum mētes occupatuꝫ:occu
pauit tamen aliquoꝫ animos pessimorū maxime.
Baius qppe cātādi studiosissimus saltandiq; fuit.
Nero q̄tum cythare studio deditus fuerit: ⁊ quā
tam curam uocis habuerit: incredibile dictu est:
Jd enim uere stultū penituscꝫ ridiculū q̄ nocte il
la que sibi vite ultima: mundo aūt respirandi uel
modicū p̄ima fuit inter q̄relas quas vicina moꝛs
⁊ p̄esens metus doloꝝq; dictabant: illud crebri⁹
atq; miserabilius defleuit:non q̄ tantus p̄inceps
sed q̄ tant⁹ musicus periret. Mitto alios:ad hāc
uestrā que nūc agitur etatē:licet paratior:uenit ta
men auriū uoluptas: qua caste ac sobrie delectari
humanitas quedā:capi aūt ⁊ molliter iuiscari ua
nitas multa est. ¶Hau. Suauibus uocuꝫ modis
cū delectatione detineor. ¶Rō. O si audires san E
ctorū suspiria: O si hinc aures tuas dānatorū ge
mitus ⁊ lamenta p̄cellerent: Hinc beatoruꝫ iu
bilus ⁊ cantus angelici atq; illa celestis harmo
nia quam Pythagoras ponit: Aristoteles euertit
Licero noster instaurat:tibi autē pietas fidesq; sug
gerit:esse ibi ꝑpetuas ac p̄edulces uoces: ⁊ si nō
celorum ac celestium incolarū p̄imā illam ⁊ eter
nam causam sine fine laudantium:Si hec inq; om
nia tuis auribus inferrentur:q̄ clare discerneres
quis concentus dulcior:quis ue salubrior? Nunc
surdo sensui soni iudiciū cōmittis:de quo hacten⁹
parua quidem res nōnullis forte videbit:magnos
tamē viros exercuit. Nec sine causa diuini Plato
vir ingenij:musicam arbitratus est ad statum siue
correctionem morum reipublice pertinere.

¶De Choreis. Dial'. XXIIII. ¶Hau.

Choreis gaudeo. ¶Rō. Mirabar nisi fidi A
c um cant⁹ ⁊ tibie choreas suscitarent: ⁊ p̄e
scripto de more uanitatē: uanitas sequere
tur:uerū maior multoq; deformior. Ex cātu enim
dulcedo aliqua ⁊ sepe utilis ac sancta percipitur.
Ex choreis nihil vnq; nisi libidinosuꝫ ac inane spe
taculū: honestis inuisum oculis viro indignum.
¶Hau. Choreis cupide interfum. ¶Rō. Corpus
animū tegit ac detegit manuū iactatio:pes mobi
lis:oculus uagus ac petulans tale aliquid arguūt
in animo esse qui nō cernit. Jtaq; caueudū ualde
est modestie cultoribus:nequid effeminatuꝫ agāt
aut loquant. Occulti enim affectus ⁊ pectoruꝫ la
tebre:sepe paruis indicijs patescūt. Motus:sessio
accubitus:gestus:risus:incessus:sermo signa sunt
animi. ¶Hau. Dulcedinem quandam ex choreis
capio. ¶Rō. O dulcedo ridicula: Finge enim te
choream cernere neq; tibicinē audire atq; ita stul

tas mulierculas ⁊ viros mulierculis molliores in silentio circumferri:redire:ineptire: quid queso vnq̄ absurdius aut delyrantius vidisti? Hūc motus inconditos lyre sonus aut tibie:hoc est amentia vna aliam tegit. ¶ Hau. Choreis delector. ¶ Rō. Non tam ibi delectatio presens est q̄ sperate delectationis auspicium. Ueneris preludiuz illud quidem sono stupidas ac misellas circundu cere atq̄ urgere ⁊ stringere ac specie urbanitatis atterere:libere ibi manus liberi oculi:libere volāt voces:pedum strepitus:⁊ multorū cātus dissoni: ⁊ tubarum clangor:concursatio ⁊ puluis : ⁊ que sepe ludis additur:hostis pudicitie ⁊ amica sceleꝝ:nox ipsa. Hec sunt que timorem ac pudorem pellunt:hi sunt libidinum:hec laxamenta licentie. Et hec est ne me falli facilez putes:illa delectatio: quā simpliciter ⁊ uelut inocue choreaꝝ appellatione profitemini ⁊ ludi tegmine crimen obnubitis. Et si enim solos inter viros : seu solas inter feminas hec nonnunq̄ fiant:illic tamen separatim exercentur:quid ue congressi iteruz acturi sint simul discunt:ceu discipuli qui magistro absente: qd eo reuerso loqui debeant meditantur. Tolle radicē hanc speciē ingeniosam atq̄ improbā:tolle libidinem:sustuleris ⁊ choream. Crede mihi cum David rege:nemo ante dominū saltabit:ne quem forte sua uxor irrideat:cū tamē nullus irrideatur ante dominū saltans siue etiā panduriçans. ¶ Hau. Delectabiles sunt choree. ¶ Rō. Sententiā meā tenes si delectāt propter aliud delectāt:per se enim tota quidē insulsa res est : ⁊ plus tedij allatura q̄ gaudij. Nā quid omnino est aliud in gyruz uolui: q̄ excire uertiginem:⁊ sine termino viam ire inter locales septē motus:quos Plato dinumerat:hos s.añ retro dextror:suz:sinistrosuz:surſuz:deorſuz ac circuitū? Solus septimus infinitus est:atq̄ hunc ideo que perpetua sunt:hoc est celū seruat ⁊ syderа:hunc in terris perpetuus hominum agit furor in cunctis fere actibus atq̄ psilijs: Nec ullus Orpheus Ixioniam rotā sistit :sed visibilibus in choreis ubi animorū uolubilitas corpora secum uolvit:Et idcirco cū de omnib⁹ dici possit:de his proprie dicitur quod scriptum est: In circuitu impij ambulant. Hic ludus multorum dedecoruz causa fuit. Sepe ibi matrona diu seruatum decus pdidit:sepe infelix virguncula ipso nuptiali die didicit:quod melius ignorasset. ¶ Hau. Honesto tripudio libenter exerceor. ¶ Rō. Uellem aliud genus exercitij delegisses. Sed quo pergas ⁊ quid uelis video:interdictum tolli:ueniam dari noxmā q̄ prescribi. Quando igitur sic affectus es:seu ismorbus:seu consuetudo est:qua mala nihil peius bona nihil est melius : ea tibi in his omnibus lex erit:ut quibus carere penitus non potes modestissime utaris ac rarissime:neqd ulla in re molle uel femineum agas:sed ubiq̄ non suis etiam in finib⁹ virilis rigor emineat : sitq̄ tripudium uel quisquis erit is ludus fatigati animi relaxatio ⁊ exercitium corporis:non uoluptas eneruatrix mentium. Exemplo libentius abstinuissem:Summorum virorum imitatio non omnibus tuta est. Nō enim omne pennatū animal aquilam sequi potest. Imitatorum alij contrarium faciunt:alij vo aliud: nōnulli idem aliter:pauci ad plenum quod imitātur effingunt. Lato hic ultimus reipub. curis pressum animum vino leuare solitus fertur. Fecit idez apud grecos Solon. Nos aliquis sequi uolens: vnum semper officiū aget:bibet:quodq̄ illis modicum ac rarum:huic immēsum ⁊ cōtinuuz:quod illis remedium:huic erit ebrietas. Facile idem in rebus alijs posset ostēdi:sed hoc vno intelligis qd est quod nunc tecū uerear. Ex quo tamen damnate rei patrociniū:ut suscipere coegisti : summi viri exemplum quod uel non sequaris uel non mutes accipe his ipsis quibus apud Senecā est uerbis in eo libro quo tranqllitatem animi stilo inquirit. Scipio inquit triumphale illud ⁊ militare corp⁹ mouet ad numeros:non molliter se infringens:ut nunc mos est:etiam incessu ipso ultra muliebrem molliciem fluētibus:sed ut antiqui illi viri solebāt inter lusum ac festa tempora:virilem in modū tripudiare non facturi detrimentū etiam si ab hostibus suis spectarentur. Quibus in uerbis quid de sua iam tunc etate sentiret perspicis: Felix qui nō vidit tuā. Quis autē ille ⁊ tripudij ⁊ vini remissionē probet:ueniendūq̄ nōnūq̄ usq̄ ad ebrietatem dicat:quod a tam rigido ingenio dictum miror. Si fideli consilio uti vis vino parce utere:tripudio abstine:Alia sunt honestiora remissionum genera:quibus fastidienti fessoq̄ animo medeare. In omnibus tamē optimum fuerit qō hic ultimum dixit attendere:⁊ quecunq̄ ages ita agere tanq̄ te hostes tui videant atq̄ obseruent. Multo quidē est satius sic viuere ut abstinentiam ⁊ grauitatē tuā inimici stupeant : q̄ ut lasciuiam amici excusent. Clarior fama est : cui nec uerum crimen obijcere quisq̄ potest nec falsum audet:q̄ cui obijcitur sed purgatur . Accusatorez perfecta virt⁹ exterret:mediocris irritat quod ad sobrietatem attinet. Malim te Cesari similem:quem vini parcissimū ne inimici quidē negauerint:ut tranqllus ait : q̄ Catoni nō Censoriū illū senē loquor:de cui⁹ sobrietate iam diximus:sed hunc ultimum cui obiectam ebrietatē Seneca sic refellit:ut dicat facilius effecturum quisqs obiecit crimen honestū:q̄ turpem Catonē. Qd ad id vo de quo agitur nullo modo tripudies malim:q̄ ut Scipio. Qd si te illuc urget animus:quo nolim:his te saltē ducibus uti uelim:ut si penitus tibi insedit illud lyricum : Nunc est bibendum:nunc pede libero pulsanda tellus. Sic vinum bibas ut Cato:sic terram pede pulses ut Scipio.

¶ De pile ludo. Dialogus.XXV. ¶ Hau.

A a Delectat pile ludus. ¶ Rō. En alio clamandi ludibriū saltādiq̄. ¶ Hau. Libenter pila lusito. ¶ Rō. Odiosa uobis ut videtur est requies:vndiq̄ labores aucupamini:deoros utinā. Nā si exercitio ludus hic querit:utq̄ precor honestiorē fatigationē furibunda iactatio: in qua nihil animo geri potest:an ambulatio tranqlla prestaret:ubi ⁊ membrorū motus utilis ⁊ ingenij agitatio honesta est? Quē morē philosophorū quidā sic fecerūt suū:ut hinc secta famosissima nomē sumpserit. An tu vo Dionysiū Syracusium q̄ Stragyritē Aristotelem sequi mauis:quādo ut studiosa deambulatione philosophum:sic tyrānuz ludo hoc turbido delectari solitū accepim⁹:q̄uis ⁊ modestos iterdū animos uoluptas hec ceperit? Itaq̄ ⁊ Quint⁹ Mutius Sceuola ille augur elegantissime hoc ipsuz fecit:⁊ diuus Augustus post

finē ciuiliū bellorū ab exercitijs cāpestribus ad pilam trāsijt: ⁊ Marcus Aurelius Antonius: ut de eo scribit: pila lusit apprime. Nec tamē uel qa ille diuini atq; humani iuris peritissim⁹: uel hi doctissimi atq; optimi principes fuerāt: ideo ludus preceps ⁊ clamosus placet. Sigdē motus ois uehementior: presertim si clamore permixtus sit honestum dedecet ingenium.

¶ De ludo Alee ⁊ Calculorū. Dial'. XXVI. ¶ Hau.

A a Lee ludus ⁊ calculoꝝ placet. ¶ Rō. Dānosum illud: hoc inane: utroq; tamē idem ille Sceuola: quodq; est altius Augustus Cesar altero uti solitus fertur. Neq; rursus ideo q̄ ille a cerimonijs deorū atq; hominū legib⁹ q̄s excellentissime calluit: iste a curis summi imperij quod diutissime: atq; optime rexit: tale sibi iterdū laboris diuerticulū elegisset hoc in te probaueriz. Sunt enim ⁊ doctis ac magnis viris appetitus quidā peregrini ⁊ sui: quorū si ut in doctrinis: sic in moribus imitator fueris: facile labi queas: neq; enim omnium qui laudātur: laude digna sunt oia. ¶ Hau. Alee ludo delector. ¶ Rō. Quis non delectetur super pictā tabulam cōsignatas numeris ossiū quadraturas crispanti cubito iactare: quaq; ille direxerit trepidantib⁹ digitis rotūdas in aciē tabellas mittere? Glorioſum exercitiū ⁊ preclarū nomē ⁊ currus ⁊ laureas meriturum. ¶ Haud.

B Calculis libens ludo. ¶ Rō. O puerile studiū. O perditū tps: O cure superuacue: O ineptissimi clamores: stulta gaudia: ireq; ridicule: deliros senes impēdere alueo ⁊ pauculis lignis uagis ac furtiz insidiantibus atq; latrocinantibus: Unde latrunculārius ludus apud ueteres dicebatur: Quo lusisse simiam auctor est Plinius. Miraris: Atqui proprie ludus est simie miscere calculos ac trāsferre: ⁊ post illidere: raptim iactare manus ac retrahere: insultare aduersario ⁊ colisis dētibus minaritasci: altercari: fremere vicissimq; iteriz: ut Flacci uerbo utar: caput scalpere: vngues rodere: ⁊ ad summā omnia facere: que preterēūtibus risum excutiant. Nūquid enim horum aliquid aut ullū penitus amentie genus omittitis? Nōne ita torquemini: q̄si uel uestra uel publica salus in dubio sit? Multi credo prelio vicissent: si quam ligneis aut eburneis impenderunt curam: ueris militib⁹ impendissent: Uix rei ullius tam intensum: tanq; ineptū studium inuenias. Sed hoc est in regno stultitie cōmune: ut q̄rū rex minor est fruct⁹: ⁊ cupiditas ⁊

L delectatio maior sit. ¶ Ha. Alea delector. ¶ Rō. Ostendā tibi si cōsilio uti uoles: generosam atq; honestā aleam: qua olim Athenis docti homines usi sunt: ut festis scilicet diebus in cōsilio amicorū quisq; de lris aliqd in mediū pferat: nō sophisma lubricū ut illi: sed solidū pro ingenio proferētis ad virtutē aut beatā vitā ptinens. Debinc collatione facta: sine inuidia: sine ira: qui iferiores doctioruz iudicio visi erunt: facili qdem mulctētur pecunia: Nec in philosophicas uertat cenas. Sic res vna quiuio: sumptū exercitiū studio: calcar ingenio ministrabit: quod hinc victos excitet: hinc victores. Hoc alee genere quo antiq saturnalia: uos pia festa: ⁊ quo illi Athicas: uos Romanas noctes instruite. Habes ludum quo ⁊ ludere iuuet ⁊ lusisse non pudeat.

¶ De Ludo Taxilloꝝ pspero. Dia. XXVII. ¶ Ha.

Uuat ad taxillos ludere. ¶ Rō. O uora A

i go ingens inexplebilis: O patrimonioruz fluxus tristis ac subitus: O animi tempestas ⁊ fame nubes ⁊ scelerū stimulus ⁊ ad desperādū via. Superiores utcunq; ludi sunt: hic mer⁹ est dolor. ¶ Hau. At mihi pspere ludi huius euentus fuit. ¶ Rō. Taxillorū nullus euentus prosp.: mali oēs ⁊ miseri: Nā ⁊ qui perdit afflīgit: ⁊ qui vincit illicit: inq; insidias ptrahit. ¶ Hau. Prospere lusi. ¶ Rō. Presens sepe prosperitas future calamitatis auspicium fuit. Et suas hec pestis habet illecebras: Si qui tales ludunt oēs perderent: nemo vnq; luderet: nūc lucrant aliq: sed lucꝝ illud arra est dāni. ¶ Hau. Lusi ⁊ vici. ¶ Rō. Bene ni si in campū redis: Aliogn nullus cāpus planior: nullo in campo uolubilior est fortuna. ¶ Hau. Lusi ⁊ vici. ¶ Rō. Ludes iterū ⁊ perdes. Qd̄ vicisti aūt binc atq; illinc mille diripiēt: qd̄ perdideris nemo restituet. Adde quod figd est iustitie: quod vincis non fit tuuz: at qd̄ perdis etsi nō fiat alteri⁹ tuū tamen esse desinit. Multa sunt vndiq; que ab hac insania bonā mentē deborteñ ac retrahant: nisi uos impet⁹ quidam auaritia pulsus urgeret. ¶ Hau. Uici in ludo taxilloꝝ. ¶ Rō. Scito autez te ab exactore impio fenus cētesimuz accepisse: restitues qd̄ vicisti: ⁊ de tuo adijcies ut nō sit qui repetat: per seipsum euanuerit: tuq; in somnis felix esse desieris. ¶ Ha. Uici ⁊ ditior fact⁹ suz. ¶ Rō. B

Lū nulla sit stabilis pecunia: sed sua potius rotun ditate uersatilis: tuz precipue que taxillis querit: Taxillorū ludus nihil ulli donat: eoz maxime qui familiari⁹ illū colūt. sed mutuat aliquid: ⁊ extorquet: eo semp imitior: quo blādior visus erat: nulla enim amarior est iactura q̄ lucri dulcedinē degustare orso. ¶ Hau. Lusi ⁊ lucratus sum. ¶ Rō Gaudere lucro taxillorū tale est: ac si dulci gaudeas ueneno. Utrūq; mox per uenas erūpet. ¶ Ha. Ludo pspero delectatus suz. ¶ Rō. Peior est delectatio peccati q̄ pctūm ipm. Sunt qui mala cōsuetudine pene coacti peccāt: neq; post pctūz gaudent sed tristant: ⁊ si fieri possit: nō peccasse maluerint. Quosdā vidim⁹ iter ipsas libidinū flammas: quādā uelut glaciē doloris ac penitētie sentire: ⁊ si dici liceat: uelle simul ac nolle: peiorē licet in parte mali usus q̄dā vi detortos: quos haud iprobe quis speret usu excusso ad meliorē semitā posse cōuerti: At q de pctō exultant: qd̄ de bis oro reliquū spei est? ¶ Haud. Delector taxilloꝝ ludo. ¶ Rō. L

Spero fore ne semper neu diu etiā delecteris: uoluitur assidue fundataq; status urbiuz. Tu stabiles taxillos putas: Crede mihi uoluentur: ⁊ secū in lachrymas gaudiū tuū uoluēt: Neq; eniz sic uoluē tur ut vidisti: tūc inane tibi gaudiū: nūc ueros gemitus parabunt. ¶ Hau. Delectat ludere. ¶ Rō. Delectatio funesta ⁊ turpis corruptiq; animi: ira enim ⁊ ruitio dignus es. Nā qs q̄so ingenuo⁹: seu quis hō ⁊ nō poti⁹ trux belua delectari queat ludi nomine abūdāte negtia atq; impietate fedissima? Ubi preter hominū vult⁹ nil humanū sit: vultusq; ipsi iracūdia ac merore obsiti confusisq; clamorib⁹ efferati: nec iam sint humani: Ubi non decor morū: nō modestia sit uerborū: nec amor erga homines: nō erga deū reuerētia: sed iurgia: ⁊ rancores ⁊ doli: ⁊ periuria: ⁊ rapine vulnera ad extremū ⁊ homicidia. quoq; nil in deū seui⁹ pōt hu-

mana temeritas diuini nominis blasphemie qbus añ oẽs sceleruꝫ officinas ille ludus infelix scatet: Ubi si quos forte tacitos pudor tenet: crebro tamẽ suspectãtes: quid labijs cordis agant: sciunt ipsi. Quis hũc ludũ uerus homo: nõ dicã tractare manibus: sed spectare oculis possit ꝛ non angi prsus fugariqꝫ scelesti spectaculi feditate. ¶Hau. Delector tamen hoc ludo. ¶Rõ. Uide ne Cretensium imprecatio in tuũ caput inciderit: Mala consuetudine delectari: quo nil dictu leuius: nil euentu grauius propiusqꝫ exitio est. ¶Hau. Delector tarillorũ ludo. ¶Rõ. Abijcienda est delectatio inhonesta: ꝛ si non virtutis: at saltem fame studio ꝛ pudoris cura: Nam vir aliud in actibus hominũ inuenias: ubi tam clare mores ac vitia deteganꝫ. Uidisti alacriter in preliũ descensuros: in hoc ludo tremere atqꝫ orare flebiliter ꝛ suũ numerũ iuocare. Quosdã alibi magnanimos ac trãquillos: illic pro parua pecunia ꝛ precari ꝛ irasci ꝛ in finez furere. Q̃multa pro paucis nummis sepe ibi fecerũt viri fortes: que pro ingenti thesauro alibi nõ fecissent. Ibi enim vitior oium: sed in primis ire atqꝫ auaritie regnũ est. Meministi ut Naso in eo libro quo inhonestam qdem ac superuacuã artẽ docet: utile tamẽ interdum aliqd interserit: Amatrices monet ut ob animi vitia celãda: ludo hoc aut simili abstineãt: ne cõspecte ira tumide: aut auaritia exhauste amatoribus displiceant suis: Quanto id viris dignius precipit: ne nõ modo hominũ sed dei oculos oia videntis ꝛ bonos animos moresqꝫ ingenuos amãtis offendãt. ¶Haud. Lusi vici: gaudeo. ¶Rõ. Ludus turpis: dãnosa victoria: gaudium inane. ¶Ha. Uici: gaudeo. ¶Rõ. Omne de suo malo gaudiũ stultũ est. Proinde tartareus qspiaz ludi huius inuẽtor fuit: Cuius inscij ludibrio ac nore: scientes vo miraculo subiaceãt ac stupori. Nã quid mirabilius q̃ qꝫ veteri prouerbio vulgatum uertiqꝫ iugi experientia deprehenditur: Oẽs huiusce ludi magros nudos eẽ atqꝫ inopes ꝛ egenos.

¶De Histrionũ iocis. Dialo.XXVIII. ¶Ha.

A Electo: histrionũ iocis. ¶Rõ. Nobilior
o multo delectatio illa est que de modulatione musica: liberali. s. quadã arte percipit: hec solius uanitatis ꝛ ipudentie plena est. ¶Ha. Histrionib⁹ delector. ¶Rõ. Maliz pauperib⁹ maliz amicis humilib⁹ maliz: tãdẽ solitudine delecteris. ¶Hau. Histriones mihi risuz mouẽt. ¶Rõ. Quid tu illis? quotiens de se dñm ridentẽ risit histrio. quotiens se mirantis amentiaz admirat⁹ finxit aliqd: quo falso illũ ve se aũt delectaret. ¶Ha.
B Histriones doctos habeo. ¶Rõ. Habes de qb⁹ rideas: quiqꝫ te rideant ꝛ te rodant. Pestis diuitũ peruetusta: que ab Ethruscis orta Rome creuit: adeo eoqꝫ fiducie est euecta: ut Esopus hinc quesitũ patrimoniũ incredibile atqꝫ imẽsum filio dimiserit: ꝛ Roscius uagam sparsamqꝫ rẽ arte collegerit: de histrionica libro scribens: in quo artem sue oratorie: seqꝫ perinde Ciceroni equare nõ erubuit eã scilz ob causaz q affect⁹ animi cõceptusqꝫ abditos: quos Cicero uerbis ornatis uarie pnunciaret: ipse alio modo sed effectu pari gestibus aptis exprimeret. Et sane fuit ille mir⁹ artifex: nec scio qd tam durũ esse uel tã triste potuerit: quod nõ facile leniisset nõ dico qui facillimi atqꝫ mitissimi Ciceronis amicitiã igenio meruit: dignusqꝫ pro quo tantus orator uerba faceret: ꝛ de quo scriptũ op⁹ memorie posterorũ traderet: est habitus: sed qui tetricum ac superbũ Sylle animũ inflexit: ꝛ ab illo omniũ contẽptore admissus in gratiã: anuloqꝫ aureo donatus est: qui tot graues ac seueros senes senatũqꝫ illũ per quẽ frena orbis agebanꝫ: quotieꝫ uoluit ad risum ac letitiã coegit. Qui populũ Romanũ tantũ ꝛ tam uariũ sic illerit: ut diurnũ salariũ de publico mille denarios sine gregalibus ac ministris solus ipse perciperet: Magna merces: q̃uis exigua fingaꝫ moneta: non sine mira quadã ꝛ insolita agilitate animi hoc fieri posse consenserim ut siquis usqꝫ Roscius affuerit non tibi forte sit uetitũ qõ Ciceroni licitũ fuit: non soluz ludis interdũ sed familiaritate eius ꝛ ingenio uti. Est eniz ingenijs inter se q̃q̃ studio ꝛ pfessione distantibus multa cognatio: ubi vo hunc q̃rimus: multuz breui tempore nobilissime artiũ retro cessere: ne dicã histrioniaz: que eo redijt ut nũc illi veditos corrupto gustu falsoqꝫ iudicio esse nõ sit dubiũ. Profecto enim psequens est: ut qbus mala bñ sapiunt bona illis ignota sint: ꝛ curis nobilibus insuetos esse: qui vilib⁹ delectanꝫ. ¶Hau. Multi quotidie me frequẽtãt histriones. ¶Rõ. Frequẽtare te desinent: cum tu diues aut largus: dicã rectius: cum tu stultus ꝛ prodigus esse desieris. ¶Hau. Magna mihi acies histrionũ est. ¶Rõ. Immo muscarum que te vnctum comitenꝫ siccũqꝫ destituãt: nec destituisse suffecerit nisi hunc plausum par sequaꝫ infamia. Sunt lingue quibus quies ac silentiũ pena est: nunq̃ vo nisi de alijs loqui iuuat aut falso laudant: aut liuide detrahunt. Et quorũ nequeũt mordere diuitias: famã mordẽt. Una est histrionũ atqꝫ parasitorũ lex: utriqꝫ blãditijs armati post fortunã eunt. Uerum illis uentrem implesse satis est: his alia fames cibi mẽtio iniurie genus est impleda cupiditas fundo carẽs.

¶De ludis palestricis. Dial.XXIX. ¶Hau.

A Palestricis delector ludis. ¶Rõ. Si spe-
p ctator uanus: si luctator insanus. ¶Hau. Palestris exercitijs uaco. ¶Rõ. In singulis uerbis cuius dñi mancipiũ sis apparet. Nẽ pe hec ut superiora corpori seruiũt: quod ut paulo ante cõmemini ꝛ aliquãto honestius sine impetu ꝛ sine strepitu fieri potest. Et est agitatio quedam animi nobilior: quã si noscres hos corporeos conatus ꝛ spneres ꝛ odisses: sed uos animũ quasi hospitẽ degenerem atqꝫ inuisum: corpus ut dñm generosum ac dilectũ colitis: illi seritis: illi metitis: illi aratis. Jure id quidẽ: illud iniustus qõ eo omnia refertis: curaqꝫ animi posthabita noctes illi insomnes agitis illi suspiratis: uota illi facitis ingenuasqꝫ artes illi discitis: illi demũ obsequimini ac seruitis sumptuosissimo dñorum oium atqꝫ ingratissimo: cui nec vnq̃ satis aliqd: nec qd aliqñ defuerit: ulla vnq̃ memoria sit accepti: huic tamen tali dño quicquid iusserit paretis: atqꝫ esuriente animo huic vni non tm̃ necessaria: sed superuacua vndiqꝫ ac nocitura conuehitis: Neqꝫ ea solũ que ad victum pertinẽt ac uestitum: de quibus suo egimus loco: sed que ad ludos etiam uariamqꝫ libidinem: non videntes q̃ uestris aduersa cõsilijs ipsa sit ueritas: que disertissimo Ciceronis ore logtur: vnde appeat: qꝫ qui corpus negligit: nõ se ille: sed fragile caducũqꝫ domiciliũ: atqui animũ: ille sese

uere negligit: Neq enim ait: Tu is es quez fortuna ista declarat: sed mens cuiusq is est quisq non ea figura que digito demōstrari pōt. ¶ Bau. Palestre delector exercitio. ¶ Rō. Quadrigarū feruor: t equorū strepit⁹: t ardētes rote p angustias inoffense t luctantiū plausus atq collisio: oleum: sudor: puluis mirabilis: seu illa quidē oculoz seu auriū seu narīū uoluptas hebetatiq sensus: indicium ingens: qui si sanus integerq esset: non clamorum atq tumultuū officine quas palestras uocāt sed obseruatio diligēs palestre huius: quā nascentes ingrediuntur: quā uiuētes atterūt: vnde digrediunt obeūtes atq utilior quedā honestioz q suauitas delectaret. ¶ Bau. Studio deditus sum palestrico. ¶ Rō. Fuit hec quidem apud ueteres nō ultima gloria: sed tam magna ut seni illi Rhodio Diagore: qui t ipse palestrita insignis fuerat: cuz duos vno die filios palestricis insignitos victoriis cōsperisset: quasi nihil clarius iam restaret quo aspirare posset in vita: Amicus alter Lacedemonius senex diceret: morere Diagora. Nō enim in celum ascēsurus es: Tā magnū tanq altū censebat: tres simul vnius familie palestritas esse. Leuicula prorsus t grecula ve laudis extimatio: sed communis adeo ut magua etiam turbaret ingenia. Unde t Plato tantus philosophus Olympionices clarus fuit: inq hac parte multis notus euētib⁹: adolescens tamē. Amplitudo quidē: vñ Platonis nomē ortū putant: roburq corporis t etatis feruor: iuuenilem animū impulerant ad experimentū virium ubi cum summis quoq par eēt: accessu temporis cognito quid ageret ad meliora se transtulit Socratiq similis fieri maluit: q̄ Milonī: Et sane multa etas excusat. Facile teneris annis ignoscitur: uanitatis excusatio nulla est viro. ¶ Bau. Palestre studiū delectat. ¶ Rō. In hoc sepe vilissimus omniū superior fuit: t corporea mole animi virtus est oppressa. Quem tu mihi ducū uel heroum proferes: quem Milo ille nō superet: qui ad stadium bouem viuū gestans humeris currit: eūdemq nude ictu manus occisuz vno die solus haud grauatus integrū comedit. Mira res dictu: sed apud historicos vulgata. Quis huic igitur in palestre siue regno par occurrerit. Atq nihil indigni⁹ q̄ generosos spiritus tali belue succūbētes cernere: t idcirco nobilibus animis bene sibi fidentibus summopere ꝓuidendū est ne sua sponte descēdāt ubi ab ignauissimis vinci queant: Qui tusi cōtentionibus gaudeas: id tibi sūme certamē in quo semper fere superior qui melior: non de corporū viribus aut omnino de re ulla ubi peior idez esse possit t victor: Nō de opibus ergo: nō de dignitate: non de potentia: sed de scientia ac virtute ꝓtende: Jdq eo animo: nō ut cuiusq̄ fame obstrepas: sed ut aliene laudis emulatio tibi sit calcar ad gloriam: Nulle ibi sint penitus partes iuidie: sed uirtutis. Habes t hic exemplum Catonis huius ultimi de quo Crispus: Non diuitijs inquit cū divite: neq factione cum factioso: sed cū strenuo virtute: cum modesto pudore: cum innocente abstinētia certabat. Honestissimū hoc palestre genuz quo te exerceas: nō tantū olympie sed ubiq: non min⁹ in thalamo q̄ in foro: nec minus in ocio q̄ in actu neq cum presentibus modo sed cum absentibus quoq cūq etatum omnium ac terrarum viris illustrib⁹. Semp eniz memorabile ac magnificū illud Scipionis apud Liuiuz iudicaui: Maximo ingt cuiq id accidere aio certū habeo: ut se nō cū ꝑsentibus modo: sed cum omnis eui claris viris cōparet. Tu quoq uel de grege presentium si occurrat qō vix spero: uel ex oi memoria uetustatiz quēlibz tibi parez delige: cū quo nō ulnis aut cestibus: sed igenio ac virture luctabere sine metu periculi: sed immarcessibilis spe corone. Hoc de palestris consilium: hec sententia mea est.

¶ De uarijs Spectaculis. Dial'.XXX. ¶ Bau.

Electo uarijs spectaculis. ¶ Rō. Circo forsan ac theatro: que duo loca bonis semper aduersa moribus fuisse notissimū: quo quisquis malus ierit: redibit pessimus. Nā bonis iter illud ignotū est: qui si cāu aliquo ignari adeāt ꝓtagio nō carebūt. ¶ Bau. Circo delector atq harena. ¶ Rō. Atq delectationes alie: uanū seu libidinosuz aliquid habuere: hec utrumq superaddi tamq seuitiam t inhumanitatez habet bonis animis rem indignam. Neq excusat q̄ hispsis Romani olim: flos hominum delectati sunt: Recto namq iudicio urbs illa alioquin abundantissima bonorum omnium atq illustrium exemplorum: nihil omnino reprehensibilius habuit reliquisq deformius sibiq inuicem: q̄ hinc discordiarum ciuiliū: hinc ludoz studiū imodicū: quasi nō sufficeret belloz cruor: domi militieq: nisi cruenta pax esset cruenteq ēt uoluptates: Nisi circo fortassis honestius quis theatrū dixerit cui pariter inhiantes videas nō mō ppl'm sed senatū atq ipsos mūdi dños iperatores romanoz: sic spectaculiz capiebant illi etiā qui humano generi spectaculū facti erant. Rē mirabilē dicā: sed cognitā vulgatamq. Sic cunctorum animos theatralis furor ille peruaserat: ut non modo cōiuges Cesaruz aut filias: sed virgines quoq uestales in publicum atq in turbas educeret: quarum pudicitia nihil exactius nihil fama tenerius: nihil cōuersatione secretius: usq adeo ut in eis omnis motus: omnis cultus: omnis sermo lasciuior nota dign⁹ ac supplicio haberetur: t tamē hispsis in theatro locū assignasse legitur: non quicūq sed summus atq optimus p̄n cipum Augustus Cesar. Neq minor est ideo erroris quo magni errant: sed maior potius atq cōspectior. ¶ Bau. Libēter scenicos ludos specto. ¶ Rō. Rez que nec honeste gerīt nec honeste cernitur: nec facile dictu est an lusor infamior: an spectator: t an scena sit turpior: an orchestra: nisi q̄ in illam sepe quidem paupertas: in hanc vo semper uanitas trahit. In omni sane delicto plurimuz interest: utrum inopia an libidine seu superbia qs delinquat. ¶ Bau diū. Amphitheatri spectaculis oblector. ¶ Ratio. Damnosa vndiq t publice priuatimq nocens delectatio: Quod facile colliges si in animum redeat ex historijs rei huius initium progressusq. Quanto publici census impendio: quantaq insanie proxima ducum cura: quāto demuz populi studio ac labore constiterit? Equidem t tot uana dinumerare difficile est: t tam vulgata: superfluum: mille simul gladiatoruz patria non ludo tm̄ satis multa sed prelio elephantorum Tigridumq t leonum ac pardorum greges: onagrorum quoq equoruz ferociuz atq ani

malium diuersissimi generis e toto orbe transmissos: omniū terrarum siluis oiumq; gentiū uenatibus romano famulātib⁹ theatro: Adde illā edificandi luxuriē exēplo carētem: non imitatione carituram: conuectas terra pelagoq; marmoreas columnas in ludorum usum: ⁊ artificum summis in genij expolitas ⁊ uerticibus superbas: auro rutilante frondentibus: Cuius princeps insanie nominandus est Scaurus: is qui edilis in theatri scenam opus dierum paucorū: ⁊ quod paucis lignis ac funibus attolli poterat: suffecturum oculis populi talibus gaudentis trecentarum seraginta talium columnarum monstra intulit: Fecitq; opus: ut scriptum tenes: maximum omniū que vnq; fuere humana manufacta: non temporanea mora: uerumetiaz eternitatis destinatione: quo promeruit ut uerissime diceretur: proscriptione primum graui ciues idem post edilitate leuissima mores bonos in exilium pepulisse: ut qui multi perditi temporis inani plebecule multarumq; inutilium impensarum reipu. auctor ⁊ exemplum fuit. Sed o mirum dictu: mox furorem hunc vicere sequentiū furores: quibus effectum est: ut miraculo operum ac numero fateri oporteat: Preter Romam nihil mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Nam ⁊ hoc itidem scriptum vides: Penetrata terre intima: perfosse silices: egeste rupes abdite: auersi amnes ⁊ in fistulas coacti: inclusum aut excluſuz molibus iratum equor: suspensa iuga montium: temptatiq; marium recessus: Deniq; stratū late signatumq; nepotibus iter insaniendi: ⁊ impleta in uobis spes auorum: nunq; scilicet defuturam esse luxuriam. Et ut cumulatius malum sit publicis dāmis: accedit calamitas priuatorum: qui spectandi cupidine compediti: ⁊ quotidiani interim questus immemores: neq; diem labi sentiunt: neq; armatā tergoq; instantem respiciunt egestatem: Sic vicissim ⁊ priuata in publicam: ⁊ publica pernities in priuatam uertitur. Neq; vo patrimoniorum iactura grauior: q̄ morum: ubi libido discitur: humanitasq; dediscitur. Proinde quid de spectaculis speraretis: iam inde ab exordio primus regu⁹ uestrorum Romulus omen fuit: qui in his rigidam tetricamq; illam Sabinarū pudicitiā circumuenit: Et si utcunq; matrimonij honor texit iniuriam: at q̄ multis hoc postmodum non ad coniugium sed ad stuprum uagamq; licentiam fuit via? Ad summam enim hoc teneas uelim: Pudicitiam spectaculis sepe stratam: semper impulsam vidimus. Et ut sileam viros: quibus is scelerum furor est: ut pene iam adulterio glorientur: Multarum ibi fama perijt pudorq; multe inde domum impudice: plures ambigue rediere: castior autem nulla. Jam vo que corporum clades: ne quid prorsus desit infortunij: que ue non singulorum modo: sed populoꝝ strages inditio sunt: ⁊ risus subito uersus in gemitum elataq; funera e theatris ⁊ plaudentium choris mixte lugentium cohortes. Audisti ut Curio is qui ciuili bello pro Cesaris partibus in Africa occubuit: ut Scaurum quem opibus equare non poterat: ingenio superaret: non marmoreum: ut ille: sed ligneu⁹ theatrum: duplex tamen ac pensile meditatus: populum victorem gentium ludis victum: ⁊ periculis plaudentez suis: mira arte suspēdit: ut ridentes interius stupentesq; ipsi exterius: spectatoribus risu fierent ac stupori: Et miramur imperij spe obiecta vnius licet magni exulis animum flectere potuisse: qui oculorum leui breuiq; uoluptate proposita tot milia ciuium uolubili spectaculo circumuoluit. At nemo ibi periit: dicet aliquis: sed perire potuere: ⁊ perire alibi innumeri. Neue attingā nouas simul ac ueteres ruinas quibus sepe multi mortem simul ac tumulum inuenere: sub Tyberio principe celebri spectaculo apud Fidenam urbem: amphitheatri lapsu oppressa viginti hominum milia meministi. Hic spectaculorum fructus: hi sunt exitus. C Hau. Spectaculis cum uoluptate detineor. C Ratio. Aut fictis amoribus: aut ueris odijs. Primum equidem non est viri: secundū vo nec bois spectare. Quis ferrū iugulo letus exceperit? Quis feruido vulnere plus cruoris effuderit? Quis minus pspecta morte paluerit? Quid crudelitatis ad scholā ire iuuat? Nō egetis p̄ceptorib⁹: nimis dociles maloꝝ estis. Plura per uos domi discitis q̄ necesse est. Quid tam pmptis igenijs artifices sceleꝝ ac magistrā erroꝝ plebs accesserint. Multos quos natura mites fecerat seuitiā spectacula docuere. Mēs hois in vitiū prona: nō urgēda utiq; sed frenāda est. Si sibi linquit egre stabit: si ipellit p̄cepſ ruet. Multū mali aurib⁹ iuebit: sed multo oculis: Illis q̄si fenestris bipatētib⁹ in aiam mors irrūpit: nil potētius in memoriā descēdit: q̄ q̄ visu subit: facile audita preteruolant: conspectarum imagines rerum berent etiam inuitis: nec se tamen nisi uolentibus ingerūt nisi perraro atq; ocius abiture. Quo pgis igitur. Quis te rapit impetus: ut ad horam gaudeas vnde semper doleas: ut videas semel q̄ vidisse millies peniteat. Jugulari ferro hominē: aut feraruz dentibus vnguibusq; discerpi: aut tale aliquid q̄ ⁊ vigilem turbet ⁊ sopitum terreat: nescio qd hic dulce seu quid non potius amarum ac triste sentitis: nec ullum in uobis maius insanie argumentū video q̄ quod quotidie uos ad mortē miseris delinimētis illectos: ⁊ uelut stygio sopore dimersos: dulcedo amara: ⁊ delectatio in amena precipitat. Una est enim uobis lex reruz ferme omniū: Quic quid cupitis: quicquid molimini: quicquid agitis contra uos est.

C De equis. Dia.XXXI. C Hau.

Quo agili delector. C Ratio. Ferocissimo ⁊ inquietissimo animante insomniq; ⁊ in expleta uoragine. C Hau. Equo libens circumuector. C Ratio. Non multo est peius mari turbido q̄ frementi equo rapi. Nullum animal insolentius domino suo est: Nec inepte iam equorum domitoribus in prouerbium uenit: bis equū male facere: q̄uis hinc humile: hinc superbum sit: qui illis viribus eaq; pnicitate: pro vili cibo fieri alterius domariq; duris stringi fascijs: nodosq; fune vinciri: freno frenari: ferro calciari: ptusa clauis vngula ferro urgeri: ferratū ferre uectorē: turpē carcerē ac graue seruitiū pati possit. Inde autez quasi indomitus: non tantuz pro libero sese gerat: sed ut domini sui hostis agit oia: Si currendū est stimulos nō audit: si subsistendū frena mordicus rapit: si fremendum torpet: si latendum fremit: Obsequiosum illud ut perhibēt fidumq; animal de quo

tam multe iactentur fabule: animal nobile: regiū: optabile: colendumq; dignum quod enormi precio comparetur: anxia nutriatur cura: Immo vo animal: cp si conferantur cum obsequijs tedia nemo sapiens emat: nemo diligēs pascat: Animal ⁊ ocij impatiens ⁊ laboris: Illo tumidum: hoc deiectum: nunc impetuosum animal: nunc ignauū: nūc audax: nunc trepidum: nunc uolatile: nunc caducum: hinc culicum metuens atq; ymbrarum: hinc dominum suum spernens: diuersisq; illum vijs in discrimen trahens. Quis contumaciā: quis morsus aut calces explicet? Quis hinnitus: ⁊ ascensioris impatientiā ac sessoris? Equidez quot equorum mores: totidem equitum cōstat esse pericula.

B CHau. Equoꝝ studio detineor. CRatio. Mirarer nisi ingentes viros usq; ad ludibrium captos hoc studio meminissem. Quis Alexandrum Macedonem non audiuit: amato equo tumulum erexisse: urbemq; de equi nomine appellatam? Sed nihil in illo mirabile viuente impetus ⁊ animi furor fecit: Mirabilior in augusto q̄is minor inceptia: neq; enim urbem equo ille suo instituit: sed sepulchrum: Idq; ipsum illi grauitati atq; ingenio impar fuit: Nam diui Julij monstrosus sonipes: an ab ipso: an ab alio ante edem Veneris marmorea sit consecratus effigie dubitari potest: Minor multo uel etate uel gloria: uerum opibus ac Cesareo nomine pene equalis Antonius uerus: ut silearam quem victum quemue amictum equo quez immodice amabat exhibuit: certe ⁊ viuenti simulachrum aureū fieri fecit: ⁊ mortuo sepulturaz: quo grauius stomachemur: in uaticano extrui: tot iter sacra ossa ibi condita ⁊ condenda: Vix credibilia loquimur: uera tamen: horum similiumq; conscius uates heroū animas apō inferos quoq; equorum studio deditas facit: nec minor ideo: sed maior est uanitas que tam magnos ad se animos trahere potens est. Ne ue quis priscam tm̄ non modernam amentiam suspicetur: redeat ad memoriam: nec longe seu loco seu tempore requirendus: Adhuc enim viuit nec dum senuit: ⁊ in terra italica uobiscum degitis quem nominare nō est necesse: Fortune utiq; vir ingentis: nec parui ingenij cō silijq; vir: alioquin magni animi nec insulsi ubi qd serio agendum incidit: qui tamen egrotanti equo quem amabat aureum puluinar ac sericum cubile substrauit. Cūq; ipse interim podagra vinctus atq; immobilis medicorū legibus regeretur: nihilo minus tamen aut seruorum uectus manibus aut equo altero vir iniectus ⁊ suos medicos secuz ducens: equuz egrum suum bis terq; quotidie visitabat: illi suspirans atq; anxius assidebat: illum leniter manu tractans blando murmure solabat. Quid multa? Nullum medicine genus intemptatum: nil languenti amico debitum pretermissum fuit. Fabulam fortasse posteritas uocet: uera res ⁊ magno in populo nota est. Sic vir fortis curaz equi gessit ut propriam: sic extinctum luxit ut filium. CHau. Delectat egtare. CRatio. Est id quidem utile interdum ⁊ celeritati adminiculuz ⁊ fatigationi remedium ⁊ nobilitatis insigne: Nec inficior glorioſuz vulgo extantem: insigni equo uehi: ⁊ cunctis excellere: nec uertice solo sed humeris: ⁊ toto pene corpore supra esse. Contra vō laboriosissimus ⁊ sepe domino suo pestifer imitis equus:

Optes iter pedibus agere: tam nulla est suspirandi uel minimum facultas equestre periculum pedestri luto seu puluere permutatum uelis. Proin de multos media de morte rapuerunt equi: multos in mortem impulerunt aut alliserunt aut corporibus oppressserunt. Quid cp non ultimuz belli semen equi sunt? Tolle equos peregrinos terris: incursus partemq; permaximaz bellice cladis abstuleris: Ut quod de uentis in natura: quodq; de Julio Cesare in historia est quesitum: expediens ne fuerit aut flare uentos aut Cesarem nasci? Et de ego similiter queri possit: tam multa sunt utrinq; contraria. Nec immerito Thessalia que prima equos repperit domuitq; prima aureum argenteumq; nummuz cudit: prima pelagus rate temptauit: Martis seminariū visa est: quod nō semel: tot post seculiſ mlto claroq; sanguine patuit. CHau. Q̄ me putas iuuet poeta noster ubi nobilis equi spiritum moresq; descripsit? CRatio. Nec te terret Hebreoruz uates ubi ait: Ab increpatione tua deus Jacob dormitauerūt qui ascenderūt equos. Excute singula non tam illud leue q̄ hoc asperū. D

CDe uenatu ⁊ aucupio. Dia. XXXII. CHau.

A Canibus gaudeo. CRatio. Nunc intelligo adolescentis imberbis gaudium: de quo Flaccus: Gaudet equis: canibꝰ ⁊ aprici gramine campi. Uide autem ne ⁊ quod sequiſ tis: Cereus in vitiuz flecti monitoribuſ asper. Utilium tardus prouisor prodigus eris. Sublimis cupidus: ⁊ amata relinquere pernix. Nunc te eniz esse metuo: qui gaudium tuum in fugacissimis rebus loces. CHau. Canibus ac uolucribus delector. CRatio. Hoc isanie deerat: non satis est currere ac uagari: uolare etiam instituis. CHau. Rides me: non uolabo equidem: sed uolantibus delector. CRatio. At ille delectationem tuam despicient abeuntes: nec te noscent: ⁊ ingrate se uocanti surdas exhibebūt: quid implumis facies: alata uoluptas tua est. Finge redeant: dānosa redit occupatio: iterum clamabis ⁊ oblitus melioris negocij diem perdes: Iterum retro acclinis ⁊ oculoſ fixus in nubem post auiculam tuam flebis: quasi nil necessarij operis vita ferat: ex commodo ociosi ⁊ lenti: uos uolucrum seruos esse gloriamini. Natura uobis duas manus fecerat: uos hanc freno curuis: hāc vnguibus occupatis. Sic inutiles vndiq; ⁊ uolandi studio manci effecti: ne nihil agere videamini: multo cum strepitu ante diez surgitis: ⁊ quasi sint hostes in limine precipitanter erumpitis: tota dehinc luce iactamini stagnis: siluis ac uepribus: implentes cuncta clamoribus dissonis ⁊ incondito ululatu: Jnq; hoc spiritum nulli maiori rei habilem effundentes: spirituz quo maiores uestri bello terrebant hostes: pace iustitiam defendebant. Sero autem re ueluti bene gesta: domi sedetis alternātes q̄ bene uel auis hec uolauerit uel illa digesserit: quot sint caude: quot alarum plume superstites quot emisse. Nonne hec ois scientia uestra est: hic amor: hec felicitas: ⁊ hoc totum qō creatori deo: quod altrici patrie: quod parentibꝰ: qō amicis redditis: accipitres: aut herodios uestros sonātes in nubibꝰ: ⁊ laniate prede paululū:

ꝛ sudorem: ꝛ puluerem: ꝛ nocturnā perdite lucis historiā. Jn hac enim indefessi semp ꝛ ualidi: Delicati aūt ꝛ imbecilles ad seria Liuij Historias: ꝛ Ciceronis orationes sacraſqꝫ nec pudet lras plirimatiſ arguitis. Quis hec inoffensis auribꝰ audiat. Quis uos ferat ad aliud natos in his uiuẽ: si modo viuitis hec agentes. ¶ Hau. Canibus atqꝫ auibus delector. ¶ Ratio. Atqui ducū ꝛ illustrium multos equis: quosdam canibus delectari solitos audiuimus: eousqꝫ ut Hadrianus imperator: non equis solum: sicut hi quos supra memorauī: sed canibus quoqꝫ busta construxerit: oppidūqꝫ isup eo loci ubi ursam prospera uenatione peremerat manu sua sepe ꝛ mactare solitus ꝛ leonem: auibꝰ nullum fere: vnde ꝛ irrisum ferunt a Virgilio Marcellinum Augusti nepotẽ: qꝫ dare his operā adolescentulus videretur. ¶ Hau. Uenatu libēter exerceor. ¶ Ratio. Fuit hec quondam latinoꝝ: nūc gallorum ars propria est: quod ꝛ res probat: ꝛ illorum scriptores aliqui gloriant. Jtaqꝫ ut sileam reges quorū tota vita uenatio est: Sūmus apud illos regum quantuꝫ ab armis ocij fuit: uenatu ut vides assiduo semper exercitus: ad extremuꝫ mori proximus: uenatu etiaꝫ lassitudinem senectutis atqꝫ incōmoda refouet: Mirum dictu: in rege presertim litterato: nec a studijs melioribus abhorrēte: sed gentiliciū hoc illi erat: ut perbibent: sitqꝫ gētilicium: finite. Neqꝫ hanc gloriam gallis itali eripiant: neqꝫ uelit de uanitate contendere. Nam ꝛ si errore sepulto in rē ipaꝫ figis oculos: seminobiliū ultimi ordinis exercitium hoc videbis: quos a rebus arduis torpor quidam ꝛ ignauie comes diffidentia: ab humilibꝰ aūt pudor ac superbia dehortantur ac retrahunt. Ad honestuꝫ igitur nihil idonei siluas colunt: non vitam solitariam acturi: cui nō minus qꝫ politice se ineptos sciunt: sed feris ac canibus ꝛ uolucribus conuicturi: quod non facerent nisi illis similitudine aliqua iuncti essent: qui si ex hoc uoluptatem quandam seu solam temporis fugā querunt: utcūqꝫ stulti uoti compotes forsan euaserint: Sin: nescio quaꝫ seu ingenij seu magnificentie gloriam aucupātur: errāt. Quenā quesо non principibus modo sed ingenuis est gloria mechanicis: imo ꝛ seruilibus delectari atqꝫ negocijs. Una horum excusatio: Nam qui liberalibus studijs: que maiores coluerūt fuit: atqꝫ olno litteris indixerunt bellū: quo nam potius qꝫ ad hostilia castra transfugerent? Sed pudebit forsitā si ad antiquā respiciant secꝫ cum maioribus metiantur ac comparent. Sepe quidem legere potuerunt ꝛ Platonem philosophantem: ꝛ Homerum poetantem: ꝛ Tullium orantem: ꝛ Cesarem triumphantem: uenantem puto non legerint.

¶ De numeroso famulatu. Dia. XXXIII. ¶ Hau. Agno circūuehor famulatu. ¶ Rō. Obsti deor dicere uoluisti. ¶ Hau. Magnus circūstat ordo famulorum. ¶ Ratio. Dic qꝫ est hostiū: a quibus quo nihil est durius: nequeas cauere: qui latebras domꝰ itrospiciāt: pdantqꝫ psilia: que nouerint ut effundāt: quicqꝫ pter futura cōtinua: qō nulli vnqꝫ accidit obsesso: uestiēdi tibi interim pascēdiqꝫ sint: inqꝫ ipsis penetralibꝰ habēdi Durū ac dubium belli genus: pace carēs ꝛ inducijs: ubi sub tuis signis hostilis muros habet exercitus. ¶ Hau. Serui mihi multi sunt. ¶ Ratio. Multi serui: multe lites: multeqꝫ discordie: multa deniqꝫ bella domestica: quoꝝ uel spectator fedus ul laboriosus cōpositor sis oportet: Interqꝫ reos ꝛ accusatores medius seruis tuis seruias: iudex factus ex dño. ¶ Hau. Multos suos habeo. ¶ Ratio. Curiosissimum aial seruus ad ingrēdum: negligētissimum ad obsequēdū. Quid agas ꝛ qd cogites nosce vult: qd iubeas ignorare. ¶ Hau. Seruos multos habeo. ¶ Rō. Melius pauci seruiūt qꝫ multi: siue ideo qꝫ gratū obsequiuꝫ turbā vitat: siue qꝫ ubi multi sunt: alter alterius aspicies manꝰ quiescit: laborē fugere ut industrijs pudor: sic ignertibus gloria est: qō ita esse norunt oēs: nullus psilit: Nemo est qui nō multitudie delectet. ¶ Hau. Mihi multi serui domi sūt. ¶ Rō. Ubi serui multi: multus strepitꝰ: pauca seruitia: ꝛ secretū nullū. Quot seruoꝝ lingue: tot pconum tube: Quot seruoꝝ aures atqꝫ oculi: tot domoꝝ rimule: qbus illa etiam que in fundo sunt facile dilabunt. Pertusū uas ac futile: seruilis animus: nihil ptinet qcqd infuderis mox effluet. ¶ Hau. Multos seruos domi habeo. ¶ Rō. Multos sibilos: linguas vipereas domesticeqꝫ pacis virus abditū: multos quoqꝫ pfundos ꝛ capaces uentres ac lubrica guttura: pcellam aule: thalamo dedecus: pestē penu uora ginēqꝫ perpetuam. Paucos seruos bene regere difficile est: multos ipossibile. ¶ Hau. Multi mihi serui domi sunt. ¶ Rō. Melius solitudo tibi esset: Nihil est peius qꝫ dum malaꝝ qlitatem rerū quātitas adiuuat aut numerus: Pauci serui mali: multi aūt pessimi. ¶ Hau. Multi mihi seruiunt. ¶ Rō. Recte qdem si pmissio ꝛ res ipsa que pmittitur vnū essent. Nūc inter utrāqꝫ qd interfit: senti unt expti. Promittūt fateor: pmissiqꝫ deos testes uocāt: ne soli scilicet solos fallāt. Exige aūt pmissi fidem: nulla erit. Multū esset ꝛ abūde fidei sariſ factum: mō ne violarent: neue afficerent iniurijs: qbus est obsequiū pmissum: Nūc pmisisse sat est: qd qō pter seruiēdi uotū oīum quoqꝫ notitiā pfitent: ubi ad expientiā uentū est norūt pauciſſima: uolūt nihil niſi qō ucter sopor qꝫ suaserit ac libido. Nil humilius nilqꝫ abiectꝰ horꝝ ingressū: nil insolētius nilqꝫ infidius pgressu: nil inimicitius demū nil odiosius eoꝝ egressu. Duꝝ est cogitare ne dicā pati: ut per dñoruꝫ domos iflati elatiqꝫ ambulāt: seruitiūqꝫ polliciti dñiuꝫ usurpāt exercētqꝫ tyrānidē: ꝛ qñ ad uastāduꝫ pducti: non tm deuorāt vniuersa: sed spargūt gulāqꝫ largitionibꝰ adiuuāt: de alieno pdigi: auariſſimi ad rapinā. Quos si qñ ad se pudor aut necessitas reflectit: ut se suos esse meminerint: qꝫ supbe qꝫ ꝛrule quātoqꝫ cū murmure seruiāt: qs ignorat: ut merito possit nō pcio emptū modo: sed gratuitū quoqꝫ seruitū hmōi fastidiri. Ad extremū qui clādestinas domi agebāt: ubi limen excesserint cū inuisis dñis aptas inimicitias linguis agūt: armis si liceat acturi. Et sigs horuꝫ fortasse conuitijs abstinet: nō id prioris amor dñi: sed sequentꝫ timor efficit: cui ob hoc vilis suspectusqꝫ fieri metuit de se similia coniectanti: Quibus ex rebus nisi oculos timor obstrueret: sole clarus cerneretis quanto sit satius omni tali seruitio caruisse. ¶ Hau. Utrunqꝫ mihi latus serui ambiūt. ¶ Rō. Serui noie: re ut dixi hostes acerrimi atqꝫ impij: ꝛ absqꝫ his vivere superbia uestra non potest: Jnqꝫ hoc ut in multis malo uꝰ miseri gaude

tis: Jn hoc maxime diuitias optatis. Jn hoc terras ⁊ maria pererratis: Jn hoc aurum ⁊ cumulatis ⁊ spargitis: ut acies hostium uestroꝝ dēsioꝝ sit indies atq; munitioꝝ. An fortasse non ita est? an aliud concors diuitum habet opinio? Nulla fere alia re mediocris fortune bene institutam domuꝫ opulentissime Persarum aut Lydorum regie cedere: cū in multis excedat: q̄ q̄ illa plures pascit ⁊
F lautius. ¶ Hau. Seruorum me circumfusa tegit cohors. ¶ Ratio. Jmmo sub obtētu seruitij urget ⁊ comprimit sonorisq; compedibus vinctum trahit: ut ⁊ tibi iure optimo dici possit: Quid fecisti miser: vt tot custodibus indigeres. ¶ Hau. Serui me vndiq; circūuallant. ¶ Ratio. Nulla fuge nulla spes igit̄ est salutis. Malo qdem suo ptinaciter delectari: desperate dementie est. At qui ob hoc vnum ⁊ optanda paupertas: ⁊ amanda erat: ut cū certis opum malis nexib⁹ tum uel maxime te seruoruꝫ dolis ac fastidio liberaret.

¶ De magnificentia editū. Dia. XXXIIII. ¶ Hau.

A Magnificentissime mihi sunt edes. ¶ Ratio
m Quid hic dicam nisi Tullianuꝫ illud: Ornanda est dignitas domo: non ex domo tota querenda: nec domo dominus: sed domino domus honestanda. ¶ Hau. Ornatissime edes sunt. ¶ Ratio. Quid hic times. Architecti laus est nō tua. ¶ Hau. Edibus amplissimis habito. ¶ Ratio. Ubi fures latitēt: tu nageris: serui luxurient: vulgus hereat: liguriant parasiti: multiplicis tedij capax locus. ¶ Hau. Maximis edibus habito.
¶ Ratio. Una est urbium ⁊ domoꝝ lex: Nō statim melius habitat qui latius: neq; enim q̄ late habites: sed q̄ lete requiritur ad beatam vitam. Sepe uel in palatijs regum laboꝝ doloꝝq; habitant: uel in tugurijs inopum quies ⁊ gaudium: quod si amplitudo dom⁹ aut forma pstaret: nobilissima artiū eēt architectura. ¶ Hau. Regijs edib⁹ habito.
B ¶ Ratio. Quasi vo curas morbosq; locus arceat: siue ad prehendenda turrium fastigia moꝝ egeat scalis. Nōne in regia Tullus hostilius habitabat quando ictus est flumine? Jn regia quoq; Tarquinius Priscus quando percussus est ferro? Jn regia denicq; superbus: q̄n pulsus est regno? Nullus locus periculis inaccessus: nullum limen morti clausum. ¶ Hau. Habitatio mihi propria atq; perpetua est. ¶ Ratio. Jmmo vo parui temporis incolatus: Jnstat dies commigrandi: Liuem fingis:
L aduena es: conductoq; habitas: Ueniet qui te nudum laribus his exturbet. ¶ Hau. Clara quidē ⁊ angusta domus est. ¶ Ratio. Hinc digresso fusca erit ⁊ angusta: Sed ⁊ nunc si uere domum tuam respicis: obscura ⁊ arta illa prorsus ⁊ caduca est: queq; indies tātis adminiculis vix fulta subsistat: assidue fatiscens casusq; sui nūcia: ⁊ que certe nec a ruina ultima longe sit: nec interim generosum incolam delectet ut domus: sed angat ut carcer: ubi moras oderit: vnde optet absolui. J nunc ergo uel alienis edibus: uel tuo carcere gloriare.

bribus: hec animum possidentis sollicitudinum procellis obijciunt ⁊ securitati polytice curas afferunt ⁊ pauores. ¶ Arx mihi prevalidis munibus cincta est. ¶ Ratio. An excidit illud Spartani dictū: qui amico patrie muros ostentanti: Si hos ingt feminis extruxistis: recte quidem: at si viris turpiter. ¶ Arcem habeo fortissimam. ¶ Rō. Quid nisi impatiētia ⁊ superbia ⁊ auaritia uestra fecit ut arcibus opus esset. Quanto esset honesti⁹ equo iure cum boibus viuere: ⁊ in plano cultisq; in agellis habitare quietos carpentem somnos: q̄ te rupibus hispidis inclusisse: nocturnis excubijs ululantem: teq; tua miseria suspectum ⁊ inuidiosum oibus reddidisse. An ⁊ publicole factū excidit: qui q̄uis inter ꝓmos urbem Romam seruitio regio liberasset: sentiēs tamen se situ edium suspectū plebi: ut seipsuꝫ licet indigna suspitione libera
B ret: domum suam de mōte deposuit. ¶ Hau. Arx inexpugnabilis est mihi. ¶ Rō. An illud uet⁹ prouerbiū nō audisti: Nullū inexpugnabilem locum esse: in quē asellus onustus auro possit ascendere. Trahit oppugnationē arx munita non ipēdit. Restitit aliquantulum Senonū insultibus arx Tarpeia: Penoꝝ Tarētina: donec utriq; opportuno remedio succursuꝫ est. Jlli Camillus affuit: huic Fabius. Sed an gemina arx Locrensis ab ipso defendi quiuit Hānibale. Profecto nec Jlion ipsuꝫ: nec Byrsa defendi potuit: nec Corinthus: que vna puetustā inexpugnabilis famā habuerat: sed hāc sibi Mumius victor eripuit. Nonne ante hos septuaginta annos Prenestina arx: qua nescio an ulla usq; fortior eēt atq; munitioꝝ: ab illo magno hoste: q⁹ armis non poterat: blāditijs ac pmissis fallacibus capta fuit ac diruta: ⁊ vix tandem uelut e longeua febre fragilioꝝ resurrexit. Ad sūmam nil
L inexpugnabile: tutum nihil ab humanis fraudib⁹ est. ¶ Hau. Arce subnixus munitissima nil timeo.
¶ Rō. Arces pestiferam multis ꝓfidentiā prebuere. Multi qui tuti sine arcib⁹ in pace vixissent: arcium fiducia ausi sunt: vnde ipsis in arcib⁹ periere: ut illic potissimū audacia domaret vnde orta erat Non sunt ad audendum irritandi animi sed frenādi. Dis magna securitas: nisi que de deo orit̄: stulta est. ¶ Hau. Habito in arce munitissima. ¶ Rō.
D Ut sit aliqd arx hec tua: quid est aliud queso q̄ refugium quoddā: ⁊ degeneres latebre ad pferendam obsidionē: qđ ut ait Liuius: Miserrimū est in bello. Quando vnq̄ audiuisti: ubi vnq̄ legisti Julium Cesarē: utrūq; Africanū: magnū Pōpeium: Marium: Alexādrum Pyrrhū: Hannibalē: alios q̄ viros magni nois sese arcib⁹ ꝓtinētes: ⁊ nō potius arcibus insultātes. Arces scito nō receptacula fortiū sed inertiuꝫ esse latibula. Certe hac eta te Stephan⁹ Columnēsis eui ois illustrib⁹ viris par: cū in eius auxiliū ad famam sui nois uenisset nobilis qdā vir externus ⁊ incognit⁹: essentq; die q̄dā grauí ⁊ ancipiti plio ⁊ ingenti turba hostiuꝫ circūuenti. Jlle piculū vidēs accessit ppius: ⁊ vbi ingt O Stephane arx tua est. Jlle sbridēs: ut qui nec domū pprīā qdē Rome hēret: manu ad pect⁹ apposita: Hec qdē ingt arx mea est. Uocē suo auctore dignissimā. Sic est aūt: Sācti ⁊ deuoti viri oēs spem in deo hūt: Justi ac politici in vtute: Fortes ⁊ bellicosi i armis tumidi ⁊ ignaui i muris atq; artibus.

De Supellectili pciosa. Dia.XXXVI. Hau.

A Vampla domo supellex eximia est. Ratio. Superuacuo in spatio pōdus inutile. Illa furib⁹ latebras dabit: hec pdā: Utra q̄ periculum tibi: alimentum incendio atq; liuori. Haudiū. In domo speciosa supellex copiosa est. Ratio. Illa cum te loco moueris deserenda est: hec si uti uolueris sepissime tñ ferēda est. ⁊ plus difficultatis allatura q̄ uoluptatis: ⁊ plus oneris q̄ honoris. Hau. Multa mihi uarij gñis supellex domi est. Ratio. Juge bellum: non cū furibus modo: sed cum muribus tineisq; ⁊ aranee: ⁊ rubigo fumusq; ⁊ puluis ⁊ imber in uos dimicant: O diuites delicati quibus armis hos hostes arcebitis? Hau. Preciosissima est supellex. B Ratio. Non rei precium sed contempt⁹ diuitem facit: Alioquin ⁊ querendo cupiditas crescit ⁊ paupertas cupiendo: Ita fit ut nihil magis inopem faciat q̄ auari opes: quarum si estimatio exacta uericq; iudicij sequar contemptus accesserit: ea demū ueris diuitijs uera est via. Ego te diuitem dum uana miraberis non putabo: q̄uis aurea stellantiq; gemmis ardentibus tectum omne supellectili opertū refertūq; tibi videaz. Hau. Jnuidiosa supellex ⁊ prefulgida est. C Rō. Procaptu oculorum seu forsitan animorum: uere autem onerosa rez colluuies ac turbida: Sed auaritia nihil usq; ieiunius: nihilq; miserius: cuius famē ⁊ querenda excitant ⁊ quesita nō sapiunt: dū que sperata fulgebāt: possessa sordescūt: Itaq; sepe diuitias duz quesisse putaueris: sollicitudinē ⁊ nauseam quesiuisti. Ne nunc tibi chare sarcine: si uel chariores alie se ostenderint uel stuporem assiduitas dempserit: viles erunt. Esto autem chare sint ⁊ maneat stupor: nonne etiam error manet: isq; difficilis atq; perpetuus? Siquidem querendi studiū vnū fuit: seruandi labor est multiplex: Nū q̄ deerit quod reuisas: quod numeres: quod complices: quod excutias: quod abstergas: quod oculos simul ⁊ mulceat ⁊ offendat. Hau. Supellex imensa est. Ratio. O hominem qui impedimentorum suorum magnitudine delectatur.

De gēmis ⁊ margaritis. Dialogus. XXXVII. Hau.

A Emmaruz fulgor ⁊ spēs delectant. Ratio. Rerum fateor terrestrium ⁊ mortaliū uanitatis pars non ultima: exiguo in lapillo patrimonia magna claudentiuz: cuius precium instabile ⁊ incertum quotidieq; uarium: qō ⁊ sola mercātiū fama ⁊ diuitū insanor credulitate depēdeat: vñ diu sprete inopiniq precijs attollū tur: ⁊ gemmarum famosissime subita premuntur infamia: Nescio quibus notis erumpentibus: non tam ipsis de quibus agitur in rebus: q̄ in opinione hominum ista callentium. Preclara quidem illa prudentia: que neglecto cultu dei atq; animi: ⁊ utriusq; notitia inter noscendis lapidum uenis inuigilat. Sed sic est mos. Neq; nunc primum in precium sunt: quibus precia uafre fingunt: Uera enim precia uel nulla sunt penitus uel ignota. O ne uo periculosa uanitas: q̄ tremulum: q̄q; anceps iudicium: ipsos inter artifices facile est iudicium: memoria repetentis id quod nuper accidit: ut pe-

breuem gemmam: Carbunculus is erat: decez milibus aureorū ille vir fortune maioris q̄ ingenij: cum emisset: diu se cunctatuz fuisse iactabat q̄ naturalem ⁊ communem modum fulgor excedens suspitionē faceret: eius artificij peritissimo cuidā cuius consilio utebatur: non ueram gemmaz esse: sed vitrum aliquod seu quiduis aliud in eam speciem: non natura genitum: sed nescio qua superna turali ⁊ mira quadam arte conflatum. Que quidē hesitatio: quid nisi confessio quedam erat vitrum tale visui pulchrius esse q̄ gemmam: q̄uis forsan illa solidior sit? De hoc tamen ipsi iudicēt: qui uel in hoc questu pecunias alio uertendas honesti⁹: uel in hoc cognitu melioribus debitū tempus perdunt. Q; si dicta cunctatio iusta fuerit: quid hinc sequitur: quis non videt: que nam scilicet ambitio: ⁊ quanta sit cecitas non rei formam ac substantiam: sed nudum nomen tanta mercede captantiuz? Hau. Nil mihi gēmis est chari⁹. Ratio. Credo hercle: non virtus: non fama: non patria: non vita ipsa: Utq; illa duo sileaz quibus uobis nihil est vilius: Duo hec ultima: cunq; his diuitias ingētes ⁊ quicquid preciosissimum iudicatis: vni⁹ gēme precio atq; amori succubuisse monstrabo ⁊ exilio illam ⁊ inopia: ⁊ si ita tulisset morte seruatam. Cui enim queso non est notum Nonij consilium? Romanus hic senator fuit: vir locupletissimus: gēmamq; habuit viginti milibus estimataz: gemme nomen Opalus. Mittit hunc Jndia: colorem pene omnium uarietate prefulgidum. Huius fama excitatus accensusq; cupidine Antonius triumuir homo omnium superbissimus atq; auarissimus: ⁊ cui quicquid natura libitum: fortuna licitum fecisset: cum iniusto gemme desiderio: ut fit: crudele possessoris odiū concepit: hinc in illo publico proscriptionis incēdio: quo tot patrie lumina periere: Nonij nomen arsurum cum reliquis: ob hoc vnū crimen: q̄ formose tyrannoq; placite dominus rei esset: insertum est: Jlle autem cui ponticus saltem fiber exemplo esset: ut pernitiose iactura sarcinule libertatem redimeret: ac salutem illā ipsam sibi ut auguror presenti discrimine chariorem sic amplexus aufugit: ut ea salua nulla sibi uel patrimonij uel patrie cura esset: cū illa paratus exulare ⁊ mē dicare ⁊ ad extremū mori: Quis non magni estimet ad quaz vir senatorius sic affectus sit? Et profecto fatendum alterum: aut magni precij eam fuisse: aut parui animi possessorem. Sed quid horū ueriusut diffiniam non expectas. Et si autem huius ac reliquorum simile iudicium seu contagium animorum late serpens vulgi mores infecerit: magna tamen ingenia nec nummis delectari: nec omnino alia q̄ virtutis pulchritudine tangi decet: nisi ut per hec breuia que delectant oculoſ: exprecta mens in amorem ac desiderium eterne pulchritudinis rapiatur: quo de fonte quicquid est pulchrū prodit. Hau. Excellētib⁹ gēmis allicior. Ratio. Hanc excellentiam nō natura fecit: sed opinio: que apud quosdam, Carbunculo palmam dedit: apud alios Adamanti. Jlla vulgo ac plerisq; gemmarijs eui huius estimatio: Jsta ueteribus quibusdam rerum scriptoribus probatur: Ꝑm quos non modo gemmarum sed rerum omnium terrenaruz precio sissimus Adamas: regum olim atq; non omnium sed precellentium gemma fuit: hodie q;

nullius rei tm̃ ⁊ tam uelox q̃ luxurie ac superbie incrementum est:multorum non regum etiam esse cepit: ⁊ iam plebis in digitos sessum uenit. Huic proximam indicam atq; Aphricam Margaritaz locant: ⁊ huic itidem Smaragdum:nescio quide qua ordinis iniuria: Nam si illorum rubor pallor q̃ gratus est:cur non equeborum candor viror q̃ oculis blandiatur:iustior q̃ nunc etiam Sapphiri querela: quo vir aliud terra parit celo similius sereno. Uerum:ut dixi:furor hic hominuz non natura nobilitat:diuitum nuges inanes:atq; ociosorum fabule:qui facile ista contemnerent:si quo vn q̃ honestiore pacis aut belli negocio tenerentur.

D ¶Hau. Fulgide animum mouent gemme ⁊ suauiter candide margarite. ¶Ratio. Mouent ais:immo sternunt:calcant:molliunt: ⁊ eneruant. Qua de re:si pergam virorum atq; mulierum exempla congerere:non te doceam sed obtundam. Unum ex omnibus ⁊ id maximum attingam: ut intelligas q̃ periculosus iste furor sit infirmioribus animis:qui eminentissimos fortissimosq; peruaserit. Magnus Pompeius cõtinentissimus romanor ducum:horum dico nouissimorum qui quantum magnitudine gestarum rerum ceteris antecellũt: tantum modestia virorz viteq; frugalitate maiori bus cedunt suis:victor ab hispania pacato rediẽs occidente:compressisq; predonibus ⁊ in vnuz coactis locum:cui conuenarum nomen ob hoc indi tum in seculuz id durat. Illic pyreneis in montib⁹ locorum forsan asperitate modestia adiuuante atq; etatis victorieq; superbiam compescente: masculum tropheum puramq; ⁊ rigidaz sui oris imaginem erexit uere tunc magnus atq; magnificus: q̃uis adolescens annis:morib⁹ senex maturiusq; animi. Idemq; postea captis piratis: ⁊ oriẽte perdomito:quasi cuz loco mutatus ac tempore eque alia parte orbis ipse alius reuersus: non militarẽ sed femineũ se diuinũ potius in morez vultus suos iam viriles ac solito molliores: non ere fictos aut marmore:sed isuetis atq; exquisitissimis margaritis in triumpho tulit. Exprobratio non leuis: eoi fastus vnum in caput expositi:non sine insultatione quadam victoris omnium populi atq; excusatione principum sequentium. Quid non enim a tyrannis Roma iam serua patereturque libera ciuis amantissimi talem hanc insolentiam asperisset? Neq; reliqua triumphi illius humilia magis aut sobria: non arma ⁊ equi domitarum gentiuz: ut mos erat:non captiui memorantur aut currus aut phalere:quod vilissimum in eo legimus:aurũ fuit:gemme omnia ⁊ margarite. Inter multa alueus ingens ibi: ⁊ ingentium thesaurorum ordo bicolor:ita ut singule gemmis e singulis constarent: ⁊ uasa aurea ⁊ uestes ⁊ statue: quin ⁊ luna q̃dam solido ex auro immensi ponderis lectiq; aurei ⁊ corone plurime magnis ⁊ candidis margaritis intexte. Deniq; mõs aureus illic fuit forme ille mirabiles in quadrum ducte:ceruis ac leonibus ⁊ figuris uarijs animantium frequens: necnon arboribus atq; omni pomorum genere consitus ramos aureos tegentibus margaritis montis in uertice:hisdem ex rebus horologium artificio ubiq; vincente materiam uoluebat:mirabile prorsus ostentum his qui mirari inania didicerunt.

¶Hau. At his reb⁹ maxime delector. ¶Ratio. Credo id quidem: teq; hunc triumphum ⁊ cupide spectaturum reor: ⁊ cupidius ducturum: ⁊ cupidissime possessurum:id tibi passionati status animi suadet:Crede autem ⁊ tu mihi:hec que visum usq; adeo delectant:semper animi ⁊ sepe corpori nocuerunt. Illius certe quez loquimur triumphãtis glorie nil vnq; magis obfuit:non Thessalicus dies:non Egyptia calamitas. Ibi enim fortune succubuit nõ totus:hic vitio totus. Ibi aliena vis: aliena perfidia:hic sua fragilitas sua fuit ambitio. Illic ergo potentiam ⁊ vitam:hic animi popularis modestieq; insignis famam magnisq; laboribus partum magni nomen imminuit. Mirum dictu tanto victoriosior contra hispanos bellicosam gentem: q̃ contra imbelles ⁊ inermes Asiaticos apparuit:eoq; mirabilius q in ipsa quoq; Asia ali quandiu integer atq; inuictus: cum se in templo Hierosolyme omnium opulentissimo uere erectũ atq; abstinentissimum prebuisset. Ad ultimum urgenti vitio non restitit:neq; iam amplius vir singularis atq; vnicus:ut semp fuerat: sed quasi vn⁹ ex multis captus deiectusq; est. Is gemmarũ fulgor:ea vis margaritarum: Idq; auri pondus fuit. Uicerat iam ante pari prelio Alexandrum Asia: sed parum est vitijs victum suis vincere: Illud magnum vicisse victorem sui. Post quem nullus ferme ducum stetit inter Asie delitias:que in orbem Latium transuecte:uestra uos in patria vicerunt. Nempe si fateri uerum vultis: ubiq; gentium victores:Asiatica victoria victi estis. Jnuc ⁊ amicas oculorum:animorum hostes ⁊ victrices virorum fortium gemmas cole. ¶Hau. Hemmis delector ardentibus. ¶Ratio. At hic uarijs: ille pallentibus:multiplex appetit⁹:vna uanitas. Audisti ut Pyrrho illi qui cum Romanis bellum gessit:Achates fuit lapis olim preciosissimus hominum iudicio:nunc eodem quo precia rebus fiunt uariante vilissimus: Jn quo quidez species rerum diuersaruz representari solere oculis fama est hominum:iumentorum:fluminum:nemorum:uolucrum:ferarumq;: nulla penitus manu artificis sed nature. Jn illo sane regio:ut Solini vbo utar: non impressis sed ingenitis figuris muse nouem: ⁊ Apollo erat choree nobilis citharista: sparsis ita nexisq; inuicem gemme notis:ut tot imaginũ in tam paruo spatio vnaqueq; suis discerneretur insignibus preclaris ut res erant anulus:addidit q̃ gratie regis nomen: Pluris enim fiunt res illustrium. Sed quid oro illi contulit Achates suus: an bello inuictum:an non dicam morti:non hostili gladio:sed saxo quod feminea etiam torsit manus:exemptum fecit? Quid inq; uel hunc Pyrrho profuit habuisse:uel hoc nocuit caruisse Fabricio Curioq;:quibus ille victus atq; italia pulsus est ducibus? Affirmare ausim neutri horum vnq; sessurum animo fuisse: ut horrentem galeam rigidumq;:nec auro nec gẽmis insignem gladiuz anulo regio permutaret: Sic mollia queq; despiciunt viri fortes. Quomodo vo anulum regis ambirẽt: qui sola virtutis fiducia regẽ ipsũ: ⁊ regias opes regnumq; contempserant? Contra autem uos animorum diffidentia cuncta miramini: ⁊ quasi beatos factura cõcupiscitis:virtus sola contemnitur: Est ⁊ gemme alterius fama uetustior: quam Samiorum tyrannus Polycrates habuit:ferũt fuisse

Sardonicem. Is lapillus inter multa pcioſa di
tiſſimi hominis pcioſiſſimus habitus: q̃obrem
qui nihil nunq̃ ſenſiſſet aduerſi: palã obſequentis
ꝛ clanculum inſidiantis fortuna inuidiam placa-
turus: nauigio in altum prodijt: anulũq̃ ipſum in
quo gẽma erat: manu propria demerſit: uel ſic ſal-
tem ſemel doliturus in vita viſus ſibi callide trã
ſegiſſe cũ fortuna: ſi tot letiſ hoc vnũ triſte pẽſaret.
Illa vo nec falli facilis nec mulceri: mala bonis
equa lãce cõponẽs: pluſculũ exigebat pro diutur-
no fauore breue quidem ſed pdurũ: ut qui per om
nẽ vitã feliciſſimus ſibi atq̃ alijs viſus eẽt: in mo
te miſerrimus videret eſſetq̃ miſerrimus: hinc vi
tijs: hinc ſupplicijs omnibus vnum caput urgenti
bus. Itaq̃ uelut oblatum reſpuens: O fortune lu
doſ: diſce quodam internuncio qui tunc ore anu
lum excipiens captuſq̃ ilico menſeq̃ eius appoſi-
tus fuerat: anulum illi ſuum: nõ ſine quodam ſpe-
ctantium ſtupore reſtituit. Eam gemmam multis
poſt ſeculis Auguſtus Ceſar ꝛ precio tactus ꝛ mi
raculo: inſertam auree corone ad edẽ cõcordie de
dicaſſe fertur. Hic rurſus interrogo: quid hoc uel
tyranno profuit habuiſſe patriã affligenti: uel Py
thagore obfuit caruiſſe cõmunem ſibi cum illo pa
triam ꝛ domũ ꝓpriam: ꝛ amicos morũ eius odio
relinquenti? Nempe tyrãnus ille patibulo affixuſ
omnium iudicio: cum ſummuſ ſupplicij pateret:
maiore etiaſ dignus erat. Iſte philoſophus in pa
ce obiens pro deo cultus: domus eius pro templo
habita eſt. Tantum inter illius gẽmam atq̃ hui⁹
pallium interfuit. Neq̃ vo ſeu Policrati tũc Sar
donix ille ne morſu uolucrũ ſemeſus in cruce mar
ceſceret: Seu mõ Joãni Ballinaꝛ regi: ne acie vi
ctus in manus hoſtiũ pueniret: ſuus ualuit pſtare
Carbũculus: quẽ die illa in digito ei⁹ inuẽtum ere
ptũq̃ ſibi: ꝛ poſt annoſ ab amico quodã orbe alio
redẽptum remiſſũq̃ cernere fuit ac tãgere rẽ pre-
cij infiniti. Sed nullius efficacie nulliuſq̃ opere:
niſi cuius ꝛ reliqueid genus. Hemmas enim luci
das nõ nego ne ſenſui ꝓtradicam. Nego utiles: ne
go ullam vim habere: niſi illã que vulgo etiã ferꝛ
Poſſunt ſeras auaroꝝ quoq̃ diuitũ confringere
atq̃ arculas exhaurire. ¶Hau. Utcũq̃ in precio
ſunt gemme: heq̃ animũ delectant. ¶Rõ. Atqui
dementie ſũme eſt multam curam rebus ipende-
re: que ꝛ ſi aliquid videãtur: in ſe nihil ſunt. Hoc
eſt enim errore oculoꝝ ac pſtigio delectari. Quid
in his laboras: que non dico felicitati non confe-
runt: ſed nec miſerie detrahunt pſentes neq̃ con-
trario abeuntes. Et ſi multa equidẽ hic a multis ꝛ
mirabilia ſcripta ſunt: non ueritati rerum neq̃ uti
litati legentium: ſed ſtupori operam dãtibus: pre-
cipueq̃ a magis qui his nugis libꝛos integroſ im
plere: tantũ erat ocij: potuerũt. Mihi tamẽ hac in
parte cum Plinio ſecũdo plane conuenit ꝛ ſcripſiſ
ſe eos: Ego quoq̃ non ſine ꝓtemptu ꝛ riſu gene-
ris humani: arbitroꝛ: ut ꝛ ſtultam credulitatez ua
nis opinionibus implicarent ꝛ ſeipſos noſtris in
eptijs oblectarẽt. ¶Hau. Delectoꝛ gẽmis quibus
credibile eſt aliquam vim ineſſe. ¶Ratio. Que-
nam illa ſit audiſti: ut ſi alia: quantula tamen illa:
eſt mercatorum ac ſcriptorum collata mendacijs:
non graia tm̃ arte confictis: ſed ueſtra etiam aſſen
ſione auctis atq̃ firmatis: que multo eſt ſatius uel
prudenter arguere uel magnifice ꝓtemnere: q̃ cal

lere omnia gemmarum precia virtuteſq̃ ꝛ vitia.
Hic enim a Plinio: cuius multa placent: ualde diſ
ſentio. Ille quidẽ falſas deprehendendi artes ſeu
notitiam quandam pollicetur: quando inquit eti-
am luxuriã aduerſus fraudẽ munri decet: Mea
vo ſententia non munienda neq̃ armanda luxu-
ria eſt: ſed inermis ꝛ ſola circulatoruꝫ inter arma
tas acies deſerenda: ut circũuenta ſepius ꝛ illuſa:
quando aliter non poteſt ſaltem damnis ꝛ fraudi
bus caſtigetur.

¶De gẽmaꝝ poculis. Dial. XXXVIII. ¶Hau.
Uuat gemmis bibere. ¶Rõ. Lauari gẽ A
i mas ad pocula: luxuria uetus eſt: Non
vitrum modo rem fragilẽ ac profecto pul
cherrimam mundiſſimamq̃ deſpiciens ſed argen
tum ipſumq̃ aurum humane olim cupiditatis ul
timam methan: Inuentũq̃ aliquid quo auaritiaꝫ
luxus excederet: non ſat digna magni mali cauſa.
Vidit hoc poeta: dum diceret: Hic petit excidijs
urbem miſeroſq̃ penates. Malum ingens nec iu-
ſtitie tm̃ ſed humanitati obuium. Et ut ſcires vn
de ortuꝫ: addidit: ut gemma bibat. En ciuiliũ par
furorum cauſa: ut cum calix argenteus diuino cul
tu ſatis eſſet: aureus humano viſui parum ſit: niſi
precium faciente periculo: gemme etiaꝫ peregrino
artificio excauentur: quibus bibat infelix homun
tio: ꝛ polluta mendacijs atq̃ ſpurcitijs labꝛa iucũ
dius applicet: res ꝛ potui incõmoda uoluptate in
terpellante metu ꝛ apparatui operoſa: ꝛ cuſtodie
difficilis ꝛ ſaluti anceps ꝛ uenenis aptiſſima. Ue
rum nanq̃ eſt illud alterius poete: Nulla aconita
bibuntur fictilibus. Tunc illa time cum pocula ſu
mes gẽmata. ¶Hau. Hẽma bibere glorioſũ reoꝛ. B
¶Rõ. Supbia dum ſe attollat: nec deſcenſum co
gitat nec ruinã. Chare libẽtius bibitis q̃ ſecure:
ambitioſe q̃ ſapide. Sic vitia vitijs vincuntur: ꝛ
gulã parcius aliquãto ſollicitat vini ſapoꝛ: q̃ inſo-
lẽtiam cyphi coloꝛ. Obſtupeſcitis ad gẽmaꝝ radi
os: hunc ſtuporem nullo non precio eſtimandum
arbitramini: non tm̃ pecunie ſed virtutis. Nonne
enim ille Virgilianus euerſoꝛ patrie: hocipſo de
quo loquoꝛ precio gemmam querit. Juſtitia ſcili-
cet ꝛ pietate properans his amiſſis illaꝫ adipiſci:
ꝛ ut gemma bibat ciuem atq̃ hominez obliuiſci?
¶Hau. Libẽter gemmatis utoꝛ poculis. ¶Rõ. C
Eſt fortaſſe alia deſideriꝫ taꝫ intenſi radix: neq̃ ſo
lus fulgoꝛ allicit ſed aliqua latens virtus. Nã gs
omnes gemmarum vires atq̃ virtutes explicet:
Ita dico ſi omnium que de his dicuntur aut ſcri-
buntur: pars ſeptima uera eſſet: ſed nec ſeptuageſi
ma uera eſt: neq̃ profecto centeſima. Q; ſi ut Pli
nius ait: nulla fraus vite lucroſioꝛ: quis miretur ſi
ꝛ nulla numeroſioꝛ? Non q; gemmarum q̃ cete
rarum rerum crebrioꝛ ſit contractus: quippe quas
raritas preciosas facit: ſed q; nuſq̃ rarioꝛ eſt ueri-
tas: neq̃ enim alicubi uel experiendi minoꝛ copia:
uel maioꝛ licentia mentiendi: uel mendacij fruct⁹
uberioꝛ: uel impudentia liberioꝛ: uel conſuetudo
frequentioꝛ. Quod ſi quid prorſus ex omnib⁹ ue-
rum eſt: an illud forſitan uerum erit: quod ꝛ mago
rũ auctoritas: ꝛ ſuper illã fũdata vulgi habet opi
nio: Ebrietati reſiſtere Amethiſtos? Parũ ne igiꝭ
cauſe ſit: cur ebrioſoꝝ poculis hec gemma deſerui
at? Ludo tecum. Sepe ira iocos parit: Nem-
pe ut boc vni tribuant: quid alie meruere: niſi q;

uoluptatis ingeniũ fuit: ut cũ gustu bibentis delectetur visus: atq; hinc illinc sensib⁹ delinitis ambitiosior letio: q̃ sit ebrietas. Hec ni fallor & ueriorei huius & certior causa est: cum in religis: tuz in hac ipsa que aduersus ebrietatem q̃si belli dux eligitur: de qua triumphare sobrietas sola potest: Uti uino modico: iuxta illi⁹ psultoris optimi sententiam: eoq; ipso non ad uoluptatem sed ad utilitatem & stomachi egritudines depellendas: Uino inq̃ exiguo & fragili lymphisq; pdomito: Meri aũt potẽtis icẽdiũ atq; ipetũ: seu fuga euadere: seu aquar diluuio extinguere ac frenare: Scire & meminisse in uno magno ac feruido potuq; crebro & nimio: multam pudoris ac doloris penitentieq; materiam inesse: eaz quocũq; te uerteris oculis ingeri: neq; a quo q̃ sane mẽtis posse dissimulari. Hec sunt arma contra mõstrum illud utilia. Quis hic Amethisto seu gemmis omnino ullus est locus? Mentiti sunt id magi: fueruntq; qui crederent: ut hoc spõsore sobrietatis intrepidi biberent. Perfide quidem magi atq; ipudenter ut plurima: stulte credulum vulgus ut oia. Sũma igit rerum est: nihil aliud uobis hanc reliquaq; conciliat: q̃ uoluptas difficultatibus excita & incẽsa: sed multo maxime superbia & conditionis obliuio: timorq; animi letifer: quo cuz nil peius sit hominum vite: miror gd ita nil gratius: non dico virtus bonum ingens uestro vili iudicio: sed nec vita ipsa nec salus: non securitas: nõ opes: non deniq; uoluptates: ijsdem uobis extimatoribus sũmum bonũ. Cuncta hec uni cessere superbie: Hec preter cetera uos gẽmarum cupidos fecit: que semp inutiles: sepe damnose fũt: necessarie vo nunq̃. Hac hortante igitur effectuz est: ut occupati semper ac trepidi sed exculti domorum mẽsas tẽplor instar altariuz habeatis aureas atq; gẽmatas: hostie ipse purpuree ac vitiate: auaritie luxurieq; ambitionis atq; superbie cultus exposite: que in uos omnes ac singule seuiũt: primas sibi partes: ut est dictuz: uendicante superbia. Auaritia quippe quod nomẽ sonat: utcũq; fortassis auro cõtenta quiesceret: Luxuria epulis & uoluptatibus suis: Sola superbia non quiescit q̃diu aliquid supra se videt: ut que ab initio reruz deo par esse tentauit hec eadem q uos cogit laboriose gẽmas q̃rere studiose q̃ uel nectere uel cauare: ut prodeũtes sedentesq; in foro inq; cõuiuio radiantes ac stellati: celo semper inuidiam faciatis. Hac duce igitur: ut ad rem redeã: in habitaculo & in ueste ciboq; & potu: & rebus omnibus que humane necessitati seu iucũditati inuẽte erant: speciosum aliquod fulgidũq; periculũ miscuistis: eoq; crescendo malũ pdijt: ut ex gẽmis: nõ modo iam pocula: sed pelues ac lebetes & mortaria & abena cõspiciam⁹: Uictrix plaude superbia: gẽmea pocula requirebas: Omne tibi ex eadem materia uasoruz genus tui offerũt ministri. Neq; iam minus est cõmune: gẽmam hos in usus q̃ in usum fruguz terrã fodere: sic consuetudo facta est uobis: que luxuria maiorib⁹ uestris fuit. Hau. Crystallinis poculis libẽs utor. Ratio. Parco iam gẽmis: cõcreta illas glacies excusat. Nescio gd plus vitro habẽs: eque enim frãgitur & sartiri negt: nisi q̃ q̃situ difficilior: & uel de longinquo ueniẽs: uel que ppinqua est inter alpium scopulos rupesq; inuias & algentes tenui fune pendẽtibus eruẽda: ob eãq; rẽ charior uestras cupiditates irritare potẽtior. Itaq; Neronẽ legis in felici pcituz rumore: seu dãnis ex oibus crystallinos duos calices forte elisos grauissime doluisse: seu q̃ alter puta uerior historie sensus habet: ira feruidũ pcipiti: & etati sue infensum & posteris inuidẽtem: ne qs vnq̃ ex his biberet: manu ppria collisisse. En fortune durioris expiatio: nil inuẽtũ in quo grauius seuitie magister iracũdiam exerceret: in crystallũ seuit: qua nulle tũc sibi delitie chariores. Excusatio minor: dicat aliqs imitari pncipem: Sed Neronẽ sequi nemo bonus optauerit. Hau. Crystallinis gaudeo. Ratio. Nec attẽdis q̃ caduca q̃ fragilis delectatio tua sit: Sed hic mos est uester: nature ppie similia exoptatis cum & ibecillitas uestra firmum aliquid cui hereret & uestri melior pars celestis altum aliquid qõ spectaret & optare & querere debuisset: utriq; debilia atq; ima queritis: Bene aũt habet q̃ murina hodie lauticijs excessere: Uetex furor icredibilis: eadem illa victoria que peregrina multa uobis intulit: Ipso de quo dixim⁹: triumphãte Põpeio in italia: inq; urbem Romã trãsuectus: ex Asia semen inutile: sed terre creditũ pfertili coloniq; impigris. Itaq; in breui auctuz usq; adeo ut murini vnius pcium septuaginta videas talẽta: calicisq; illius ab amãte quodam cupide cõuulsum dẽtib⁹ labrum: & miri amoris mirabiliorẽ exitum: ut cicatrix illa nobilitãs uasculum: & fame eius: & precij esset augmẽtuz. Nõ igit hac in parte luxuria: qua nulli cedit is etati: neq; superbia minor est uestra q̃ maioruz: Sed utriusq; subducta materia est murinis: nõ solũ usui uestro deficientibus: sed ignotis pror quib⁹ noua luxurie spẽs inuasit. Auellanea dixit ad pocula generosum lignũ: ipsum quoq; cicatricibus honestandũ: furor nunc precipuus gallia rum: uenerũt hos in usus nuper arbores alie peregrinis noib⁹ aduenis & notis: alijs atq; alijs: sed eadem uanitate uenientq;: nec ullus erit nouitatũ modus: donec uestris poculis murinor iactantia victa sit. In vno plane fateor auoruz cessistis insanie: q̃ illi sucinos nullo usu sola: sed habendi libidine mirabantur: uterq; delitias numerabãt. Unde & Nero ipse non principum modo: sed hoium seuissimus male dilecte & peius occise coniugis: flauos crines hoc sub nomine ceu titulũ meditatas eximium adoptasse legitur carmine edito. Fuit at q̃ quod stupeas trux illud ingenium amicum musis: in quo illos q̃ aurei viderentur sucinos suos dixit. O feroces atq; infauste blanditie decorum q̃ & laudatum caput calce impia ad inferos detrudenduz. At uos sucinos & habetis & spernitis aut certe modestius colitis & parcius estimatis.

De Gemmarum signis. Dial'. XXXIX. Hau.

Ignis gemma exp̃essis mulceor. Rõ.

Accessit: non inficior ad nature decus quidam artis ornatus & minutos in vultus inq; signorum usum gemmas sculpi: subtiliora q̃dem inter ingenij opera numeratum: ubi & Amethistus inter lapides uel ip̃ressioni facilis uel successu prosper: ut perhibent: & inter artifices primũ sibi Pyrgoteles sumpsit nomen: eo q̃ vnus e cunctis sui generis idoneus Alexãdro visus est sculpende sui oris imagini: qua postmodũ diu⁹ Augustus⁹ usus est: cũ gẽma illa qua erat uti solit⁹ in iocos

hoium abijſſet ut ſphinx enigmatica diceret:ita ut
preter exactionū difficultates ipſa quoq; ſigni per
plexitas uerecūdiſſimo principi parere videret in
uidiā. Huic primus uel ingenio uel etate Apollo
nides fuit ⁊ Eronius. Poſt hos magni nominis
in hac arte Diſcores fuit:cuius cum opus exp̄me
ret:nomē ſiluiſſe Plinius miror. Hic eſt enim qui
ipſius diui Auguſti ſculpſit effigiez:qua ad extre
mū ⁊ ipſe dum vixit ⁊ poſt eū multi principū uſi
ſunt:ea uel Ceſarei oris ueneratio uel admiratio
fuit artificis. Et nunc ego tanto de gemmis habi
to ſermone:quas ſeu natura integras ſolidaſq; uo
luptatibus uestris exhibet:ſeu ars cauſas:Que
ro ex te quāto amplius delectare animū deberet
ſine p̄cio aut labore parabilis ſplendor ethereus:
Immo ne is equidē ſed qui huius ⁊ illius fons ac
p̄ncipū lucis eſt? Rutili Carbūculi:virides Sma
ragdi:ſereni Saphyri:candide Margarite ſic alli
ciunt:nec ſolis fulgor aut ſyderum:nec terre viror
aut arborū:nec ſerenitas aeris:nec cādor nitidus
tangit aurore? Stupetis facies manu hominū gē
mis inſculptas nec artificis ſtupetis ingeniū:imo
vo neq; illū ueneramini totq; tā claris ad uerū vi
s'agnoſcitis qui gēmas ipſas:quicq; ingeniuz:qui
manus:quicq; oculos fecit quibus hec cernerētur
atq; intelligerentur ⁊ fierent. O ſemper viliū imi
tatores rerum:ſemperq; nobiliuz contemptores.

¶ De Tabulis pictis. Dialogus.XL. ¶ Hau.

A Pictis tabulis delector. ¶ Rō. Inanis de
p lectatio:nec minor uanitas q̄; magnorum
hominū ſepe fuit:nec tolerabilior q̄; anti
qua. Si quidē omne malū exempluz tunc
fit peſſimum:quando illi uel auctorū p̄dus aditū
gitur uel annorū:Undecunq; orte conſuetudinis
robur ingens cōſenuerit:⁊ ut bona in melius:ſic
mala in peius etas proiecit. Sed o utinā qui ma
iores uestros uanis in rebus facile vincitis:eoſdē
in ſerijs eq̄retis virtutēq; cū illis ⁊ gloriā mirare
mini cū quibus pictas tabulas ſine fine miramini
¶ Haudium. Ualde utiq; pictas tabulas miror.
¶ Rō. O mirū humani furor animi oia mirātis ni
ſi ſe:quo inter cuncta non ſolū artis ſed nature ope
ra nullū mirabilius. ¶ Hau. Picte delectant ta
bule. ¶ Rō. Quid de hoc ſentiam ex iaz dictis in
telligere potuiſti. Omnis q̄dez terrena delectatio
ſi conſilio regeret:ad amorē celeſtis erigeret ⁊ ori
ginis admoneret. Nam q̄s vnq; queſo riui appe
tēs fontem odit? At uos graues humi acclives af
fixiq; celū ſuſpicere non audetis:⁊ obliti opificem
illum ſolis ac lune tanta cū uoluptate tenuiſſimaſ
picturas aſpicitis:atq; vnde tranſituſ erat ad alta
B diſponitis:illic metha figitis intellectus. ¶ Hau.
Pictis tabulis delector vnice. ¶ Rō. Pennicel
lo ⁊ coloribus delectaris in quibus ⁊ precium ⁊
ars placet ac uarietas ⁊ curioſa diſperſio:Sic exā
guiū viui geſtus atq; imobiliū motus imaginum:
⁊ poſtibus erumpentes effigies ac vultuū ſpiran
tiū liniamēta ſuſpendunt:ut hinc erupturas pau
lominus preſtoleris uoces:⁊ eſt hac in re periculū
qd̄ his magna maxime capiuntur ingenia. Itaq;
ubi agreſtis leto ⁊ breui ſtupore p̄tereat:illic in
genioſus ſuſpirans ac uenerādus inhereat. Ope
roſum ſane neq; tamē huius eſt operiſ ab initio ar
tis originem atq; incrementa retexere:⁊ miracu
la operum ⁊ artificū induſtrias:⁊ principū inſani

as:⁊ enormia precia:quib⁹ hec trans maria merca
ti:Rome in tēplis deor:aut Ceſarū in thalamis:
inq; publicis plateis ac porticib⁹ ꝓſecrarūt. Neq;
id ſatis niſi ipſi huic arti dextras atq; animo maio
ri exercitio debitos applicarēt:quod iā ante nobi
liſſimi philoſophorū grecie fecerāt:Unde effectuz
ut pictura diu quidē apud uos ut nature coniunc
tior:ante omnes mechanicas in precio eſſet:apd
graios vo:ſi quid Plinio creditis in primo gra
du liberaliū haberetur. Mitto hec quoniā ⁊ intē
te breuitati ⁊ preſenti ꝓpoſito quodāmodo ſunt
aduerſa:Uideri enim p̄t morbū ipſum cuius re
mediū pollicebar alere:⁊ reruz claritas ſtupentis
amentiā excuſare. Sed iaz dixi: nihil errori detra
bit errantiū magnitudo:Immo hec quidē ideo at
tigerim: ut liqueret mali huius quanta vis eſſet:
ad quam tot tantiſq; ſit ingenijs cōſpiratum cui ⁊
vulgus errorum princeps ⁊ conſuetudinū geni
trix longa dies cumuluſq; ingēs omnium malorū
ſemper auctoritas acceſſerint:ut uoluptas ſtupor
q; animos ab altiore furtim cōtemplatione dimo
ueat diſtrahatq;. Tu aūt ſi hec ficta ⁊ adūbrata fu
cis inanibus uſq; adeo delectāt:attolle oculos ad
illū qui os humanū ſenſibus:animā intellectu:ce
lum aſtris:floribus terrā pinxit:ſperne quos mi
rabaris artifices.

¶ De Statuis. Dial'.XLI. ¶ Hau.

T Delector ſtatuis. ¶ Rō. Artes uarie:fu
a ror:idē:ipſarumq; fons vnus artiū: vnus A
finis:diuerſa materia. ¶ Ha. Delectāt ſta
tue. ¶ Rō. Accedūt hec quidē ad naturaz ꝓpius
q; picture. Ille enim videntur tm̄:he autem ⁊ tan
guntur:integrumq; ac ſolidū:eoq; perennius cor
pus habent:Quam ob cauſam picture ueterū nul
le uſq;:cū adhuc innumerabiles ſuperſint ſtatue.
Unde hec etas in multis erronea picture inuētrix
vult videri ſiue q; inuentioni ꝓmū elegātiſſima
cōſumatrix:limatrixq;:cū in gñe quolibet ſculptu
re:cunq; in oib⁹ ſignis ac ſtatuis lōge imparē ſe ne
gare temerararia impudēſq; nō audeat. Cū prete
rea pene ars vna uel ſi pluresſ:vnus ut dixim⁹ fonſ
artiū graphidē dico:atq; ipſe ꝓculdubio ſint coe
ue pariterq; floruerint: Siquidē vna etas ⁊ apel
len:⁊ Pyrgotelez:⁊ Lyſippū habuit: quod hinc
patet:quia bos ſimul ex omnibus Alexandri ma
gni tumor maximus delegit:quorum primus cuz
pingeret:ſecundus ſculperet:tertius fingeret atq;
in ſtatuam excuderet:edicto uetitis'vniuerſiſ qua
libet ingenij artiſq; fiducia faciez regis attingere:
Nec minor hic ideo furor q; reliqui: Immo vo om
nis morb⁹ eo funeſtior:quo ſtabiliore materia ſub
nixus. ¶ Hau. At me ſtatue delectant. ¶ Rō. Nō B
te ſolum aut plebeis comitibus errantem putes:
quanta olim dignitas ſtatuarum:q̄;tum ue apud
antiquos clariſſimoſq; hominū ſtudium deſideri
umq; rei huius fuerit ⁊ Auguſti ⁊ Veſpaſiani:ac
reliquorum:de quibus dicere nunc longū eſſet ⁊
impertinens:Ceſarū ac regū virorumq; ſecūdi or
dinis illuſtrium ſolers inquiſitio ⁊ repertaruz cul
tus ⁊ cuſtodia ⁊ conſecratio iudicio ſunt:Accedit
artificum fama ingens:nō vulgo aut mutis dum
taxat operibus:ſed late ſonantibus ſcriptorum lit
teris celebrata:que tā magna utiq; parua de radi
ce naſci poſſe nō videtur. Nō fit de nihilo magnuz
eſſe uel videri oportet de quo ſerio magni tractāt.

Sed his omnibus supra responsum est: Eo autem spectant ut intelligas q̄to nisu obstandū tam uetusto ⁊ tam ualido sit errori. ¶Hau. Uarijs delector statuis. ¶Ratio. Harum quippe artium manu naturam imitantium una est quā plasticē dixere: Hec gypso ⁊ ceris operat ac tenaci argilla: que cognatis licet artibus cunctis amicitior sit virtuti aut certe minus inimica modestie in primis ⁊ frugalitati: que magis fictiles q̄ aureas deoruꝫ atq; hominum formas probant: quid hic tamen delectabile: quid quo cereos aut terreos vultus ames nō intelligo. ¶Hau. Nobilibus statuis delector. ¶Ratio. Auaritie consiliū agnosco: preciū ut auguror nō ars placet. Una tu aureā artificij mediocris multis eneis atq; marmoreis multoq; maxime plasticis preferendā duxeris: baud insulse quidez ut se habet existimatio rerum presens: hoc est autē aurū amare non statuam: que ut ex vili materia nobilis sic puro rudis ex auro fieri pōt. Quanti vo tu statuam extimares: siue illam regis Assyrij ex auro sexaginta cubitor: quā nō adorasse capitale fuit: quāq; hodie multo ultro suam: ut facerent adorarent: siue illam cubitorum quatuor quā ex ingenti topaçio: mirum dictu: regine egyptie factam legis: puto non anxie quereres cuius eēt artificis contentus de materia quesiuisse. ¶Hau. Artificiose oculos delectant statue. ¶Ratio. Fuere aliquando statue insignia virtutum: nunc sunt illecebre oculorum. Ponebantur his qui magna gessissent: aut mortem pro republica obijssent: Quales decrete sunt legatis a rege Uebientium interfectis: Quales liberatori Italie Africano: quas illius magnitudo animi ac spectata modestia nō recepit: quasq; post obitum recusare nō potuit. Ponebant insenios ac doctis viris: qualem positaz legimus Victorino: Hunc ponuntur diuitib⁹ magno precio marmora peregrina mercātib⁹. ¶Ha. Artificiose placent statue. ¶Rō. Artificium fere ois recipit materia: Sentio aūt ut tua hec delectatio plena sit ingenij materieq; nobilitas iuncta perficiet: Neq; hic tamen auruꝫ q̄uis Phidiasq; conuenerit uera delectatio ulla est aut uera nobilitas fex terre licet rutila: incus: mallei: forcipes: carbones: ingeniū laborq; mechanici: quid hinc viro optabile uereq; magnificus fieri possit cogita. ¶Ha. Non delectari statuis non possum. ¶Ratio. Delectari hominum ingenijs si modeste fiat tolerabile: his presertim qui ingenio excellunt: Nisi enim obstet liuor: facile quisq; quod in se amat in alio veneratur. Delectari quoq; sacris imaginib⁹: que spectantes beneficij celestis admoneant: piuz sepe excitandisq; animis utile: prophane autem ⁊ si interdum moueant atq; erigant ad virtutem: dū tepentes animi rerum nobiliuz memoria recalescūt amande tamē aut colende equo amplius nō sunt ne aut stulticie testes: aut auaritie ministre: aut fidei sint rebelles: ac religioni uere ⁊ precepto illi famosissimo: Custodite uos a simulachris: profecto autē si hic quoq; illum aspicis qui solidam terram fretum mobile: uolubile celum fecit: quiq; non fictos sed veros viuosq; homines ⁊ quadrupedes terre: pisces mari: celo uolucres dedit: puto ut progenem atq; Appellen: sic etiam Polycletū sperues ⁊ Phidiam.

¶De Uasis Corynthijs. Dial. XLII. ¶Hau.

Uem non moueāt uasa corynthia? ¶Rō. Assuetū celestibus: terrena non quatiunt: sic collata illis modicū: sic nihil: sic deniq; tedium atq; fastidium graue sunt. Quomō autez animus memor originis: cauernis terrestribus inbiet: aut magnificiat quod ex illis effoditur: dum celum solemq; ac stellas ⁊ seipsum videt: supmū q; horum omnium artificem contemplat? ¶Ha. Corynthijs delector. ¶Rō. Nescis te nō gelido tantum ⁊ examini terre partu: sed officine nigrantis ac squalentis fabri opere: ad postremū Romane prede reliquijs delectari? Ad historias redi: Mummius dum Corynthū armis captam diripiamq; flāmis absumeret: aureis simulq; argēteis atq; eneis quecunq; victorum forte manus euaserant: statuis: quarū abūdantissima olim illa urbs fuit pari incendio liquefactis: omnium metallorū uene ibi uno torrente fluxerunt: unoq; ex omnib⁹ iam nobiliore metallo ⁊ preciosioribus uasis exordium: ⁊ a clade urbis nomen luxurie partū fuit non q̄ is furor in ea urbe consurgeret que ruebat sed uenturo furori materia parabat. Ad hunc modum tunc Corynthus huius fons fuit insanie: nūc Damascus: Inde hodie uasa mittuntur uīos captura oculos animosq;. ¶Hau. Uasis corynthijs delector. ¶Rō. Mirarer magis: nisi Augustum modestissimū licet atq; grauissimum principez: lectum esset apud egregios scriptores: delectatione hac usq; adeo correptū precipitemq; actū: ut proscriptione Triumuirali condemnasse aliquos: nullam aliā ob causam nisi huiusmodi uasorū desiderio putaret: atq; eius ad statuam famoso epygrāmate appositō ad eternam laudati ducis infamiā Corynthiarius diceretur: Quod si credimus: inter hunc optimum pessimūq; oium Antoniū hac in parte quid interfit: nisi q̄ hunc ad iniuriā causa mouit humilior: Et est omne peccatū eo maius quo ⁊ maior qui peccat ⁊ minor causa peccandi: Nec peccantis magnitudo atq; imperiū lingue uel calami vulnus euadunt iudicijsq; hominū eximunt: illos magis in se acuunt atq; irritant. Non parcit regū maculis vulgus loquax: ⁊ si palā metuit: clā libertate utitur: in cauernis sibilat: gānit: in tenebris dubias uoces in nubibus: acres uersus in triuijs serit: subscribit statuis: nutu loquit: silentio exclamat: minaturq; oculis: lingua ferit. Sic sepe leuibus ex causis graues contrahunt infamie ⁊ claris quoq; nominib⁹ obscura cognomina. Idq; si principū maximo euenire potuit: quid priuati sperent: quibus esse debeat amica mediocritas: inimica luxuria? ¶Haud. Corynthijs delector. ¶Rō. At si pectus erroribus oculiq; fulgoribus clauderent: liquido appareret q̄tum fictilia preferenda corinthijs: q̄tum uel paratu faciliora uel iucundiora usu uel securiora seruatu uel diuinis humanisq; cultibus aptiora. Certe quod ad securitatem attinet: si uera hec Cesaris nota est proscripti illi securius viriissent si corinthijs caruissent. Ad quod ad diuinum cultum: tum propitiam magis hominib⁹ fuisse diuinitatez: dum fictilibus colerēt: nec mihi dubium nec Senece. Quod vo ad humanū usuz fictilia Tuberonis q̄uis ut probrum graue apud populum cecis domino nocuisse suffragijs certuz sit: ⁊ preture repulsam peperisse: maximoq; Valerio factum populi populariter excusanti indigna fu-

isse publico munere videantur: Ego tamen hic quoq; cum Seneca sentio, apud quem illa multis laudibus efferuntur: Sunt enim parsimonie antique ꝛ Romanis aptissime moribus: quib⁹ ut modesti patrisfamilias priuata domus: sic bñ institute urbis honesta respublica regi debet: ut frenato gressu metham teneat eius qui in terris est compositi atq; tranq̃lli status. Itaq; si Melius Tubero fictilibus suis ante cellaꝫ Jouis expositis quibus ille frugalitatẽ atq; sobrietatẽ: utq; ait Seneca: paupertatem in capitolio consecrabat: oculos populi iam lasciuientis offendit: non est ciuis egregij culpa sed temporum: Jam tunc res ab illa prisca seueritate ad hanc mollitiem inclinabat: que primũ pateras cyphosq; aureos gemmatos: discum argenteum corymbiatũ: lancẽ pampinatã: paterã hederatam mirari cepit: ꝛ reliqua que Halienus Jmperator Claudio misit imperatori post futuro. Deinde alias atq; alias furoruꝫ species: que magnificẽtie tribuuntur. Nouissime autẽ his diebus nõ hederas modo uel pampinos uel corymbos: sed ipsas cum incolis suis siluas omne genus arborum ac ferarum ꝛ uolucrum ꝛ hominum vult⁹: ꝛ que cunq; uel oculus vidit audiuitq; auris: uel mens finxit in auro expressa uel argento longa iam consuetudine non miratur gemmis inbians: de quib⁹ pauloante tractauimus. Quid multa? Jpsum iaꝫ vilescit aurum crescente superbia. Pridem vo que laudas corinthia viluerunt: contemptusq; de uera rerum viliuꝫ extimatione laudabilis futur⁹: de falsa nobilium admiratione damnabilis fact⁹ est.

D ¶ Bau. Ego vo corinthia nunc etiã miror. ¶ Rõ. Corinthus uestris usta facibus: suo uos ussit incẽdio: ꝛ murorum excidium suorum in uestros animos ulta est. Neq; id nouum: sepenumero victores bellorum externorum simul externis vitijs victi estis. Sic uos Scipio Asiaticus ꝛ Manilius Uolsco Asie victores Asiaticis delitijs lectisq; purpureis atq; aureis uestibuꝫ exquisiteq; supellectili: quodq; vilissimum epulis cocisq; pessunde dit: Sic Pompeius gẽmis ac margaritis: sic uos Mummius tabulis pictis atq; corinthijs subiugauit: ut dum de hostibus duces uestri: ꝛ de uobis uestrisq; de morib⁹ hostilia triũpharẽt. ¶ Ba. Lupide corinthijs uasis utor. ¶ Rõ. Neq; uasa corithia: neq; aurea meliorem cibũ faciũt: neq; samia peiorẽ: neq; oio qualitate rerũ: ꝫ ex morbo ai hec uꝛa cupiditas orta est seu ipa potius morb⁹ est animi: Cui ut consulens conualescas: pro inutiliuꝫ tot uasorum curis: vnam arripe utilem ac salubrẽ ut scias ipse tuum uas in sanctificatione ꝛ honore: sicut scriptum est: nõ in passione desiderij possidẽ.

¶ De librorum copia. Dial. XLIII. Bau.

A Libroruꝫ copia magna est. ¶ Rõ. Opportune admodũ de his sermo oritur. Nã ut quidã discipline: sic alij uoluptati ꝛ iactantie libros querunt. Sunt qui hac parte supellectilis exornent thalamos: que animos exornãdis inuenta est: neq; aliter his utantur ꝙ corinthijs uasis aut tabulis pictis ac statuis ceterisq; de qbus proxime disputatum est. Sunt qui obtentu librorum auaritie inseruiant: pessimi omnium nõ librorum uera precia: sed quasi mercium estimãtes. Pestis mala sed recens: ꝛ que nuper diuitum studijs obrepsisse videatur: qua vnum concupiscentie instrumentum atq; vna ars accesserit. ¶ Ba. Librorum larga copia est. ¶ Rõ. Operosa: sed delectabilis sarcina ꝛ animi iucunda distractio. B ¶ Bau. Jngens est copia librorum. ¶ Rõ. Jngens simul ꝛ laboris copia ꝛ quietis inopia: huc illuc circumagendũ ingenium: his atq; illis pregrauanda memoria. Quid vis dicam? Libri quosdam ad scientiam: quosdam ad insaniaꝫ deduxere: dũ plus hauriunt ꝙ digerunt: ut stomachis: sic ingenijs nausea sepius nocuit ꝙ fames: Atq; ut ciborum: sic librorum usus pro utentis qualitate limitãdus est. Jn rebus omnibus quod huic parũ: illi est nimiũ. Itaq; sapiens non copiam sed sufficientiam reruꝫ vult. Illa enim sepe pestilens: hec semp est utilis.

¶ Bau. Jmmensa copia librorum est. ¶ Rõ. Jmmensum dicimus quod mẽsura caret: sine qua humanis: quid in rebus rectum sibiq; conueniens timetire. Est in his etiam que optima iudicant: immensitas atq; immoderatio fugienda: semperq; pre oculis habendum illud Comicũ: Nequid nimis. ¶ Bau. Librox inestimabilis multitudo est. C ¶ Rõ. Maior ne tibi ꝙ Ptolemeo Philadelpho regi egypti: quẽ alexandrine bibliothece qua draginta librorum milia coacerualse compertum est: qui tamen diuersis ex locis diu magno studio quesiti: simul omnes arserunt: Quod elegantie regum cureq; opus egregium fuisse ait Liuiuꝫ quem Senece reprehendit: non id elegantie cureq; regie opus dices: sed studiose luxurie: immo ne id quidem: sed seipsam conquisitis spectaculis inaniter ostentantis. Et Liuij tamen dictum: ꝛ Ptolemei factum: utrunq; fortitan regie opes excusẽt ꝛ in longum publicis usibus prospiciens: regis intẽtio in hoc certe laudabilis ꝙ sacras litteras mũdo non utiles modo sed necessarias summa diligẽtia atq; impensa per electos ad tantũ opus viros in grecam linguam ex hebraico fonte transfudit. At quid facias priuatis nõ equantibus sed superãtibus apparatus regios? Sereno equidem Sammonico: doctrine viro ingentis: sed maioris cure plurimarum litteraruꝫ: sed plurium uoluminum: duo ꝛ sexaginta milia libroruꝫ fuisse legim⁹: quos omnes Gordiano iuniori cuius patri fuisset amicissimus ille moriens reliquit magna prorsuꝫ hereditas ꝛ multis suffectura ingenijs: num vo qs dubitet oppressura? Quid hic autẽ queso si nil aliud egisset in vita: nullũ illi uel scribendi studium fuisset: uel querendi labor: nihil omniuꝫ tot uoluminibus comprehensorum legere atq; intelligere laborasset? At non satis habuit negocij libros ipsos ac librorum titulos ꝛ auctorum nomina ꝛ librorum formas numerumq; cognoscere? Pulchra vo ars: que de philosopho librariũ facit. Crede mihi non est hoc nutrire scriptis ingenium: sed necare mole rerum atq; obruere: uel fortasse medijs in vndis more Tantaleo siti animam torquere rebus attonitam degustantẽ nihil atq; omnibus inhiantem.

¶ Bau. Libri inumerabiles sunt mihi. ¶ Rõ. Et errores innumeri: quidam ab impijs: alij ab indoctis editi. Illi quidẽ religioni ac pietati ꝛ diuinis litteris: hi nature ac iustitie moribusq; ꝛ liberalibus disciplinis seu historie rerumq; gestaꝝ fidei: omnes autem vo aduersi: inq; omnibus ꝛ presertim primis ubi maioribus agitur de rebus ꝛ uera D

falsis immixta sunt: perdifficilis ac periculosa discretio est. Ut ad plenū auctorū constet integritas quis scriptorū inscitie inertieq; medebitur corrūpenti omnia miscentiq;? cuius metu multa iaz: ut augurorā magnis operibus clara ingenia reflexerunt: meritoq; id patiē ignauissima etas hec: culine sollicita: litteraꝝ negligēs: z coquos examinās nō scriptores. Quisquis itaq; pingere aligd in membranis manuq; calamū uersare didicerit: scriptor habebitur doctrine oīs ignarus: expers ingenij: artis egens. Nō quero iam nec quero orthographiam: que pridem interijt: qualitercūq; vtinam scriberent qđ iubenē appareret scriptoris infantia: rerum substantia non lateret: Nunc confusis exēplaribus z exemplis vnum scribere polliciti: sic aliō scribunt: ut quod ipse dictaueris nō agnoscas. An si redeat Cicero aut Liuius multiq; alij ueterū illustrium: ante omnes Plinius secūdus sua scripta relegentes: intelligent z non passiz hesitantes: nūc aliena credent esse: nunc barbara. Inter humanaꝝ inuentionū tot ruinas littere sacre stant: cuz maiore hominum studio: tū uel maxime protegente sua sancta poemata: suas sanctas historias diuinasq; suas leges: auctore illarum deo suamq; perennitatem suis inuentionibus largiente: reliquarū nobilissime pereunt z iam magna ex parte periere: sic ingentis damni nullū est remediū: quia nullus est sensus: neq; id nouū hac in re: z virtutū z morum damna ingentia negliguntur: cū tanto studio minoribus occurratur: litterarū iacturam inter minimas numeratis: Sunt qui numerent inter lucra. Fuit nuper non in agris aut in siluis sed in maxima florentissimaq; z quod stupeas urbe Italie: neq; is pastor arator ue: sed vir nobilis magnicq; apud suos ciues loci: qui iuraret se magno precio emptūrū: ne quis vnq; suam patriam litteratꝰ incoleret aut intraret: O uox saxei pectoris. Ferē tale aliquid sensisse Licinius infestus litteris: ut scriptum est: quas virus ac pestē publicā nominabat. Sed origo illū rustica forsan excusset: Et si eniz usq; ad Cesareū nomē ascendisset naturā tamen non exuerat. Uerum est enim illud Flacci: Fortuna nō mutat genus. Sed quid de nobilibus uestris dicam: qui nō modo perire litteras patiunē: sed exoptant uotis. Equidē hic rei pulcherrime cōtemptꝰ atq; odiū: breui uos in profundū ignorātie demerserint. Accedent: ne a proposito deerremus: z scriptores nulla frenati lege: nullo probati examine: nullo iudicio electi: Non fabris: non agricolis: nō textoribus: nō ulli fere artiū tanta licentia est: cuz sit in alijs leue periculū: in hac graue: siue delectu tamen ad scribendū ruunt oēs z cuncta uastantibus certa sunt precia. Nec vo hec scriptorū magis humano more lucra captantium q; studiosorum publicisq; rebus presidentiū culpa est: quibus nulla vnq; rei huius cura fuit: oblitis quid Eusebio Palestine Constantinus iniūxerit: ut libri scilicet non nisi ab artificibus ijsq; antiquarijs z perfecte artem scientibus scriberentur. ¶ Bau. Librorꝫ bona copia est. ¶ Rō. Quid si capax animus nō est. Meministi Sabinū illū apō Senecā: seruoꝝ suorum scientia gloriantem: Quid inter te atq; illum interest: nisi qō aliquanto tu stultior: uterq; eqdez alieno: uerū ille suoꝝ z certe suoꝝ: ac tu librorꝫ nil ad te pertinentium ingenio gloriaris? Sunt qui quicquid in libris scriptū domi habēt: nosse sibi videantur: Cunq; ulla de re mentio incidit: hic liber inquit in armario meo est: hoc tantū idq; sufficere opinantes: quasi simul in pectore: sit elato supercilio conticescūt: ridiculū genus. ¶ Bau. Libris affluo. ¶ Rō. Qz mallē ingenio z eloquentia z doctrina: multoq; maxime innocētia z virtute. Sed hec uenalia non habentur: ut libri: z si haberētur nescio an emptores totidē reperturi: quot libri. Illi enim muros uestiunt: hec animos: qui quando oculis non videntur ab hominibus negliguntur. At profecto si librorū copia doctos faceret aut bonos doctissimi oium atq; optimi sepe esse possent qui ditissimi cuiꝰ sepe contrariū videmus. ¶ Ba. Adminicula ad discendnm libros habeo. ¶ Rō. Uide autē ne impedimenta sint potius: ut nonnullis ad vincendum multitudo bellatorū: sic librorū multitudo multis ad discendū nocuit: z ex copia: ut fit inopia orta est: qui si ultro adsint: nō abijciendi equidem sed sequestrandi erunt: utendumq; meioribus: z cauendum ne qui forsan in tēpore profuturi essent intempestiui obsint. ¶ Bau. Multi z uarij mihi sunt libri. ¶ Rō. Fallit sepe viarū multiplicitas viatorem: z qui vno calle certus ibat: hesit in bino: multoq; maior est trinij error aut quadrinij: Sic sepe qui librum vnum efficaciter elegisset: inutiliter multos aperuit euoluitq;. Multa sūt onerosa discentibus: doctis pauca sufficiūt: nimia utriscq; sunt importuna: sed fortioribus humeris subuectant agilius. ¶ Bau. Librorum nobilium magnum numerum contraxi. ¶ Ratio. Librorꝫ numero nemo qui nūc occurrat: preter regem illuz egyptium nobilitatus est: neq; id sibi tam numerꝰ dedit q; famosa translatio. Haud dubie mirū opꝰ tot ingeniorum: nisi vnius post ingenij miraculum maius esset: Calle alio niti oportet: ut ex libris gloriam queras non habendi sed noscēdi: neq; bibliothece sed memorie cōmittendi cerebroq; nō armario concludendi sunt: alioquin uel librario publico uel armario ipso gloriosior nemo erit. ¶ Ba. Egregios multos libros seruo. ¶ Rō. Multos in vinculis tenes: qui si forsan erumperent z loqui possent: ad iudiciū te priuati carceris euocarent. Nūc flēt taciti: multa quidem nominatim illud quod persepe vnus iners affluit auarus: quibus multi egeāt studiosi.

¶ De Scriptorum fama. Dial. XLIIII. ¶ Ba.

Quid q; ipse libros scribo. ¶ Rō. Morbus publicus: contagiosus: insanabilis. Omnes sibi usurpant scribendi officium: quod paucorum est: vnus hoc correptus malo: multos inficit. Emulari enim pronum: imitari arduum: vnde indies crescit egrotantiū numerus simulq; vis egritudinis ingrauescit: quotidie plures: quotidie peius scribūt: quoniam sequi facilius q; assequi. Scitum req; compertum z cum tempore clarius est illud sapientis Hebreorū: Faciendi plures libros nullus est finis. ¶ Bau. Scribo. ¶ Rō. Suis utinam se finibꝰ tenerent hoies rerumq; ordo constaret qui mortaliū temeritate confunditur: Scriberent qui sciunt z qui possunt: alij legerent uel audirent. Ita ne parua enim animi uoluptas intelligere est: nisi manus ad calamū presumptuosa festi-

net: ⁊ quisquis libri particulā intellexit seu intelle
xisse visus est sibi: ilico libros scribere videaꝫ ido-
neus? Mereret utinam memorie vnum Ciceronis
nostri dictum in Tusculani sui uestibulo: ne quem
lateat claro scilicet ac patenti loco positum: Fieri
enim inquit potest ut recte quis sentiat: ⁊ id quod
sentit eloqui polite non possit. Et sequiꝫ: Sed mā-
dare quenq̄ cogitatiōes suas litteris: qui eas nec
disponere nec illustrare possit nec delectatione ali
qua allicere lectorē: hominis est intēperanter abu
tentis ⁊ ocio ⁊ litteris. Sunt quidem Ciceroniana
ista uerissima: sed ea iā usq̄ adeo vulgaris abu
sio est: ut nemo non sibi vni dictum putet: quod il-
li olim sacratissimo exuli: qui non de arescentibus
riuulis sed de ipso ueri fonte potauerat que scribe
bat: dictum est ⁊ sepius repetitum scribe. Cui pre
cepto contemptores preceptorum omnium: om-
nes obediunt: oēs scribunt: Q̄ si in his qui alie-
nos scribunt libros magni diximus esse periculi:
quanti putas in his qui propios recenteſq̄: q̄bus
dubias atq̄ damnatas mūdo inuehunt disciplinas seu quod in his malum est leuissimū: stilo ob-
tundunt incondito ⁊ agresti: sic ut cui vis desit in
genij: iactura saltem temporis laboriq̄ aurium te-
diumq̄ non deerit? Hic uestraruꝫ hodie non alius
fructus inuentionū: aut inficere: aut afficere: refice
re aūt aut nunq̄ aut perraro. Omnes tamen assi-
due libros scribunt: nec ulli etati tanta uel scriben
tium uel differentium copia: tanta scientium atq̄
eloquentium fuit inopia. Horum de libris accidit
quod ibidem Cicero idem ait: Itaq̄ suos libros
inquit ipsi legunt cum suis nec quisq̄ attingit pre
ter eos qui eandē scribendi licentiam sibi permit-
ti uolunt. Quod quidem Ciceronis etate rarū fu-
it: nunc cōmune est. Omnes igitur attingunt: quia
scilicet eandē licentiā uolūt omnes: Sic se mutuo
cohortantur: impelluntq̄ scribentes inania ⁊ lau-
dantes: laudemq̄ similiū falsis de laudibus ancu
pantes. Hinc illa igitur scribentiū audacia rerūq̄
confusio: ne tu ualde tibi placeas libros scribens.
L ¶ Haud. Scribo libros. ¶ Ratio. Melius fortaſ
sis illos legeres optime aūt in vite regulam lecta
conuerteres. Tunc enim est utilis notitia litteraꝝ
dum in actum transit: seq̄ ipsam rebus approbat
non uerbis: alioquin uerum sepe deprehendiť q̄d
scriptum est scientiam inflare. Clare uelociterq̄ in
telligere: multa simul ⁊ grandia: eadēq̄ tenaciter
meminisse ⁊ ornate eloqui ⁊ artificiose scribere ⁊
pronunciare suauiter. Nec omnia nisi ad vitā refe
rantur: quid sunt aliud q̄ inanis instrumēta iactā
tie: inutiliſq̄ labor ac strepitus. ¶ Ha. Libros scri
bo. ¶ Ratio. Forsan utilius arares campū: gregē
pasceres: telam texeres: maria nauigares. Multi
quos natura mechanicos fecerat: illa inuita atq̄
obluctante philosophantur. Contra aliquos phi-
losophie aptos: natos in aruis: aut pascuis: in scā-
nis opificum: aut nautarū transtris fortuna, deti-
nuit. Unde effectum q̄ mirentur causarum insci:
ut in mari medio aut rure: in siluis: inq̄ officinis
acria ⁊ erecta reperiantur ingenia: cum in scholis
exanguia ac deiecta sint: Difficile eniꝫ vincitur na-
tura si vincitur. ¶ Hau. Scribo ardenter. ¶ Rō.
Q̄to ardentius olim multi quoruꝫ ardor sic extin
ctus est: ut scripsisse illos nisi id alij scriberent ne-
sciretur? Nullum opus humanum semper durat
⁊ mortalis labor nihil efficit immortale. ¶ Haudi.
Scribo multa. ¶ Rō. Quanto plura alij. Quis D
Ciceronis libros aut Uaronis enumeret. Quis
Titi Liuij: aut Plinij opera metiaꝫ. grecoꝝ vnus
sex milia librorum edidisse traditur. O ardentem
spiritum si uera res est: O longum ocium ac tran-
quilluꝫ. Certe si vnū duos ue aut omnino paucos
libros bene scribere multi negocium est laboris:
tot vnū milia scripsisse nō tam facile est credere, q̄
mirari. Sūmi tamē attestantur auctores quib⁹ nō
credere durum sit: quiq̄ hunc numerū non auditu
sibi: nec visu solo sed eorū librorū lectione cōper-
tū dicant: Quos si vnū omnes legere potuisse mi-
rabile: quāto mirabili⁹ est scripsisse. Cōgū est enu
merare: qui viri apd̄ nos: q̄ vo apd̄ grecos: ⁊ que
scripserit quoꝝ nullus ad plenū studioꝝ fortunat⁹
fuit: sed horū aliqua: illoruꝫ aut magna pars: quo
rundam omnia periere: Tu de tuis quid presagi-
as videto. ¶ Hau. Scribo: ⁊ ea mihi interim uo-
luptas vnica. ¶ Ratio. Si ut ingenium exerceas
scribendoq̄ alijs te doceas: si ut obliuiscaris tem
porum preteritiq̄ memoria presens tedium ef-
fugias excuso: si ut scribendi morbo quidem occul
to ⁊ insanabili medeare: miserēor. Sunt nanq̄: si
nescis: qui non scribunt nisi quia nequeunt desine-
re: ⁊ uelut ex precipiti decurrentes nolēteſq̄ sub-
sistere rapiuntur. ¶ Hau. Scribendi impet⁹ igēs E
est. ¶ Rō. Melancholie species infinitas ferunt.
Alij lapides iactant: alij libros scribunt: huic scri-
bere furoris initium est: huic exitus. ¶ Ha. Scri-
psi multa ⁊ scribo. ¶ Rō. Si posteris profuturuſ
nihil satius: si tibi nudū nomē quesiturus: nihil ua
nius. ¶ Haud. Multa scripsi. ¶ Rō. O preclaraꝫ
insaniaꝫ: ⁊ miramur si membrane solito chariores
sint. ¶ Hau. Scribo: ⁊ hinc famaꝫ spero. ¶ Rō.
Diri iam melius forsitan arares aut foderes mes-
sem speranſ: Humi enim tutius q̄ in uento seriť.
At, qui fame studium ⁊ pertinax scribendi opera:
ut quosdaꝫ claros: sic innumerabiles stultos atq̄
inopes in senium misit: nudoſq̄ ⁊ loquaces specta
culum vulgo fecit. Ecce dum scribitis: melioribuſ
curis idoneum tempus elabiť: Extra uos rapti so
pitiq̄ nō aduertitis donec sero uos senectus exci-
tet ac paupertas. ¶ Hau. Scribo tamen fame cu-
pidus. ¶ Rō. Mirum studium de labore, uentuꝫ
querere: Certe ego uētos optare nauticū putabā.

¶ De Magisterio. Dialogus. XLV. ¶ Hau.
Magisterio insignit⁹ suꝫ. ¶ Rō. Mallē
a fateor disciplina: magisterio enim indisci- A
plinato ⁊ rudi nihil est turpi⁹. ¶ Ha. Ma
gister ex merito factus suꝫ. ¶ Rō. Ut magister di
gne sis: non nisi discipulus meruisti: obsequētē atq̄
humilem te docilemq̄ prebueris oportet: alio-
quin aberrasti in via que ad magisteriuꝫ ducebat.
Et si non ignorem quosdam sine magistro ad scien
tie gradum altissimū conscendisse: idq̄ de seipsis
viros magni nominis predicasse litteriſq̄ mādaſ-
se: Sed his labor ⁊ ingeniū: ⁊ discendi ardor: ⁊
intentio ⁊ assiduitas: ⁊ perseuerantia pro magro
fuit: nec internus in silētio magister defuit. At nūc
mihi de cōmunib⁹ sermo est. ¶ Ha. Magister di-
cor. ¶ Rō. Multis ne magistri ueri eēnt: magiſte
rij fallum nomen obstitit: dumq̄ de se plus omni-
bus q̄ sibi dumq̄ quod dicebantur sed non erant
esse crediderunt: quod esse poterant non fuerunt.

CHaud. Magisterio clarus sum. CRō. Uidisti
vini acidi tabernam picturis aut floribus uernis
insignē: ubi sitiens viator falli possit. Sed nūquid
ꝛ caupo suis fallīt artibus? Sunt certe aliqui sic
fallacijs assuefacti: ut longo usu fallendi alios ad
extremum ꝛ se fallere incipiant: quodqꝫ diu suase
re alijs: aliquando persuadeant sibi: ꝛ quod falsuꝫ
sciuerint uerū credāt: Tu ut libet magisterio glo-
riare: quod si digno obtigit nihil noui: Sin indi-
gno: duo hec mala secum attulit: ut ꝛ discere pu-
deat ꝛ notior ignorantia tua sit.

CDe uarijs titulis studiorum. Dia. XLVI. CHau.
A Itulis multis ac uarijs exornor. CRō.
t Fecūda frondiū est: uanitas: sed inanis fru
ctuū. CHa. Titulis multiſ abūdo. CRō
Si vis grauis sarcina: Sin falsis: ꝛ feda ꝛ pudē-
da. Quid opus est ꝛ titulis quib⁹ aut lassior insit
ad dedecus? Uirtus vno seu potius nullo titulo
contenta sibi est titulus. CHau. Theologie titulū
sum adeptus. CRō. Erant olim huiꝰ scientie pro-
fessores hodie: quod indignans dico: sacrū nomē
prophani ꝛ loquaces dialectici deboneſtāt: quod
nisi sic esset: non hec tāta tā subito pullulasset seges
B inutiliū magistrorꝫ. CHau. Philosophie magiſte
riū merui. CRō. Philosophia non sapientiā: sed
amorē sapientie pollicetur: Quisquis hanc igitur
vult amando consequitur. Non est ut quidam pu-
tant: operosus aut difficilis hic titulus: modo ue-
rus amor sit: ꝛ uera quam ames sapientia: philo-
sophus uerus eris. Ueram sane sapientiam nō ni
si purgate pieqꝫ anime uel intelligere possunt uel
amare. Ad id ergo res redit: quod est scriptū. Pie
tas est sapientia. Philosophi autē uestri huiuſ sen
tentie contēptores aut ignari: ut de theologis nūc
dicebam: ad uerbosam nudamqꝫ dialecticaꝫ sunt
redacti. Itaqꝫ de deo illi: hi autez de natura teme-
rarie fabulantes. Illi omnipotentiſſimam maiesta
tem uentosis sophismatibus circumscribūt: ꝛ sub-
sananti ridentiqꝫ deo sue insolentis insciti leges
ponunt: Isti vo de nature arcanis: ita disputant:
quasi e celo ueniant consilioqꝫ dei omnipotētis in
terfuerint: obliti quod scriptū est: Sensum dñi qs
nouit: aut quis ꝓsiliarius eius fuit? Neqꝫ nostruꝫ
audientes Ambrosium qui sepe id multis ac uali-
dis argumentis. Eo autez libro in quo fratris obi
tum luget precise admodum breviterqꝫ: Philoſo-
phi inquit de celo disputantes: quid loquanī igno
C rant. CHau. Artes profiteor multas. CRō. Fa-
cillimum id quidem: multas nosse difficilius: me-
lior sane tutiorqꝫ cōfessio qꝫ professio est: Illa eniz
humilitatis ꝛ penitentie: hec leuitatis ꝛ insolentie
plena est. Multo certe facilius indulgentiā cōfessi
querunt qꝫ scientiam professi. CHa. Diuine atqꝫ
humane sapientie titulus consecutus sum. CRō.
Sapientia titulis non eget: per seipsam clara est.
Quis lucernā queso vnqꝫ soli ut videreī adhibuit
Multi ꝛ cum his titulis obscuri: ꝛ absqꝫ his cla-
rissimi euasere. Sepe nullum bonis: clarum maliſ
mercibus signum fuit. CHaud. Quid qꝫ poetica
laurea comā strinxi. CRō. Superior vnus est la-
bor: uerū querere: sed hic duplex: querere ꝛ orna
re: atqꝫ ad aurium oblectationem fingere magna
res est: ardua difficilis: eoqꝫ rarissima. Ueri nem-
pe poete utriqꝫ operam dant communes vo pri-
D mum negligunt cōtenti phaleris. CHau. Raruꝫ
lauree partum decus. CRō. Quesitum vīi rem-
publicam remqꝫ familiarem vni posthabeas cure
quesitum iter ad inopiam: ni sedeti ultro prodiga
tibi opes conuehat fortuna: quesitum vnde alijs
amens: alijs insolens videare. CHau. Mihi ipse
lauream decerpsi. CRō. Uirentissima arbor si de
cerpitur: confestim nisi ingenio uberi vigiliqꝫ stu-
dio rigetur aruerit. CHaudi. Parta mihi laurea.
CRō. Partus labor: partus liuor seu illa studio
rum seu armorum merces est. Tener ille ramulus
animo tuo nihil omnino signū uertici prebuit ina-
ne ostendensqꝫ te multis quos melius latuisses.
Quid aliud qꝫ te morsibus obiecit inuidie? Pace
belloqꝫ multis insignia nocuere. CHau. Artē ora
toriam sum professus. CRō. Mirum audio. Ea E
nempe in desuetudinem abijsse iampridē visa erat
ut que immensis ꝛ innumerabilibus rebus ꝓstat
vnde fit ut oratores ipsis etiam natibus rariores
semper fuerint. Proinde fuere qui dicerent. Ora-
toris propriū de omni re copiose ornateqꝫ posse di
cere. Quis ea sententia uelut arrogantiſſima sit
reiecta: qꝫtis sane de rebus: ꝛ si non de omnib⁹ di-
cere habeat orator: adhibita in singulis artificiosa
ꝛ dulci quadā eloquentia: que per seipsaz magna
res est: equa si lāce libraueriſ obstupesces: teqꝫ for
tasse ꝓfessionis temerarie penitebit: ut caueas ne
dum scire: uel infinita uel omnia vis videri: nihil
scire videaris: ꝛ quod sepe accidit sub scientie pro
fessione multiplicis: ignorantia delitescens neces-
sario in apertum exeat. CHau. Liberalium sum F
professor artium. CRō. Sepe etiam plus habet
ea res audacie qꝫ doctrine. Ad vnāquāqꝫ artium
breuis est vita: vnus tu sufficis omnibuſ? Una arſ
vni ingenio satis est ut ad summū estuādo ꝛ anhe
lando perueniat. Multas degustasse quantum ce
pti necessitas exposcit: Idqꝫ ipsum nosse qꝫ profeſ
sum esse modestius. Addam quod doctiſſimis vi-
sum est vnam ipsam omni ex parte cognoscere: nul
li etiam illustriuz contigisse. De sola nempe rheto-
rica notū illud Senece: Magna inquit ꝛ uaria reſ
est eloquētia nec adhuc ulli sic indulsit ut tota con
tigerit. Satis felix est qui in aliquā eius partez re
ceptus est. Id sane quibus viris ꝛ quantis testib⁹
uerū probet audisti. Qō cū ita sit: quid agāt ꝛ qd
audeant: cogitent agmina professorū pene iā vul-
gus equātia tam ruditate qꝫ numero: que nō vna
quidem parte sed nec vna arte ꝓtenta: ex equo oēs
inuadunt. O fiducia ingens sed iā publica. CHa. G
Quid de medicine tandem iuriūqꝫ professione di
ctura es? CRō. Ad hoc egri tui clientesqꝫ respon
deant. Quid illis vnqꝫ ad salutem corporis victo
riamqꝫ causarū titulus iste ꝓfuerit: tibi ad lucrū
fortitan sepe ꝓfuit: In hoc artes sue artium nomi
na queritis: ꝛ qō scientie defuerit: suppleī titulis
atqꝫ habitu. Uerūqꝫ fit illud satyrici Purpura uē
dit causidicum: uendunt amethistina. Nec id mi-
nus: Ut redeant ueteres: Ciceroni nemo ducētos
Nunc dederit mummos nisi fulserit anulus igēs.
Postremo hec tibi horum oīum summa erit esse
quosdam raros quorum solida ꝛ honesta sint stu-
dia: horꝫ finis est ueritas ac virtus. Hec est rerum
notitia morumqꝫ correctio: ꝛ uel vite mortalis or
namentum uel eterne aditus. Reliquorum vo que
ingens turba est: pars gloriam petit: premium ina
ne sed fulgidum: Maiori cutem parti vnus fulgor

pecunie finis est: premiuz non exiguum modo sed sordidū ꝛ labori impar: nec ingenuo dignum nisu: Hisꝙ omnibus titulus ꝛ ut dixi habitus non spernendus quidem: ad id enim quod intēdunt uaㄧ let mortalium: ꝛ presertim vulgi horum ope egen tis animus iudiciumꝙ vmbris eluditur. Magna pars reruz opinionibus agitur: At virtuti deditos titulis gloriari alienum prorsus atꝙ obsonum: imㄧ mo vo ne possibile quidem reor. ℭ Hau. Multa profiteor. ℭ Rō. Prestat vnum benefacere q̄ꝫ mulㄧ ta promittere. Bene irent autez res humane: si qō profitentur homines id essent.

ℭDe titulis Negociorum. Dial'. XLVII. ℭHa.

Procurator regis sum. ℭ Rō. Ergo hostis
A p populi. ℭ Ha. Procurator fisci suz. ℭ Rō
Et reipublice inimicus. ℭ Ha. Negociorꝫ gestor regius sum. ℭ Rō. Sua negocia gerere laborioſum est: quid censeas aliena: precipueꝙ potē tium: quibus placuisse perpetua seruitus: displicuisse discrimen: supercilium graue paratumꝙ proㄧ leui etiam offensione supplicium? ℭ Hau. Negocia regis ago. ℭ Rō. Rationē duro sub iudice redㄧ diturus: nisi omnium spolijs tuoꝙ odio ꝛ crimiㄧ ne vix implendam. ℭ Hau. Regis negocia procuㄧ ro. ℭ Rō. Uide ne cū procuratio ipsa difficilis: tū difficilior sit ratio tanꝙ inextricabilis: ut quod deㄧ multis vidimus: patrimoniū: famam: tuumꝙ caㄧ put implicet. ℭ Hau. Regi⁹ ꝓcurator sum. ℭ Rō.
B Displicendum multis: ad extremū domino: quodㄧ ꝙ periculosius deo: proꝙ leui regis emolimento grauia regni mala ꝛ ingentia damna populorum uel dissimulanda uel perpetranda. ℭ Ha. Procuㄧ rator regius factus sum. ℭ Rō. Quo primum die inuisum hoc officiuz domus tue limen attigit: tibi viuere desijsti: libertas inde ꝛ quies ꝛ iucunditas abiere. Pro his seruitus: labor: occupatio: metus:ㄧ dolor afflictio ꝛ mordaces subierunt cure: iam nō viuis ꝛ si spires: occupatorum enim vita mors est qui cum miseri omnes sint: illi sunt omnium miserㄧ rimi: qui pro alijs maximeꝙ pro regibus aut tyrā nis seu quibuscunꝙ potentibus occupant. ℭ Ha.
C At sum iudex. ℭ Ratio. Sic iudica quasi mox ab alio iudicandus. Unus est omnium iudex: vnum tribunal incorruptum. Ante illud stabitis mortaㄧ les: quid falsi corio iudicis selle iudiciarie impreſㄧ so: ꝛ barbarica admonitione iustitie opus est? Ea in sella quisquis iudicum sedet: ubi si iniuste iudiㄧ cabitur: nec pecunia nec gratia nec falsi testes nec indigne preces nec inanes mine nec diserti prodeㄧ rūt pzoni. ℭ Ha. Lōsul pzie mee sū. ℭ Rō. Difficil lima gl'ia. Rarū est qdē sic ꝓsulere ut prosis ꝛ placeas: Ut sit enim in vbo vitas: in ꝓsilio fides: in cōㄧ misso silentiū: in oratione suauitas: euentum fortuㄧ na moderabitur: is consilio precium dabit. ℭ Ha.
D Prefectus urbis sum. ℭ Ratio. Beluam indomiㄧ tam: utꝙ ait Flaccus: capita multorum tenui freㄧ nas loro: atꝙ immensam solus agitatam magnis fluctibus puppim regis. Parua domus egre reㄧ gitur: magne urbis q̄ꝫ difficile sit regimen videto: Parum ne tibi curarum domi erat qui publicas adoptasti? Quid qō non difficile modo iam officium: sed vile est: prefectum urbis villicuz Satyriㄧ cus uocat: statum notans temporum illorum: qui

si tunc villicus: quid nisi nunc siluicus seu siluan⁹ sit. Leperat ea etate villa esse Roma iam silua est. ℭ Hau. Sum preses prouincie. ℭ Rō. Honorato E exilio damnatus ocium domesticum externa solliㄧ citudine permutasti: Dulce nihil aut tranquillum speres: amara ꝛ turbida presidētiū sors: festis dieㄧ bus ludisꝙ ꝛ conuiuijs arcentur muneribus clauㄧ sum limen ꝛ apertum litibus: tectum iocis uacuū plenum querimonijs ac iurgijs. Quicquid languiㄧ dum: quicquid egrum: qcqd marcidum in prouinㄧ cie visceribus latet: totum tibi tractandum curanㄧ dumꝙ obtigit: duruz opus quanti nempe negocijㄧ sit multos corrigere: hinc patet q̄ sese corrigunt pauciſſimi.

ℭDe titulis bellorum: Militia ꝛ Ducatu. Dial'. XLVIII. ℭHau.

Militari cingulo exornatus sum. ℭ Ratio.
tius ⁊ uēti plures ⁊ periculosio⁹ tēpestas. ¶ Hau. Romanus pontifex factus sum. ¶ Rō. Quo maio⁹ urbibus roma est: eo maio⁹ te laborum moles manet: Erūt qui te colāt: qui adorēt: qui obsideāt ac circunstent: qui tibi serico terrā sternāt: auro niueos frenent equos: qui vina dapesq; instruāt ac prelambāt: priscis pōtificib⁹ inauditū obsequij genus ex diuerso erūt: qui omissis ꝓprijs reb⁹ in te figant oculos: te notēt: de te iudicent: ⁊ q̄s iuste deus viderit: qui deniq; mores tuos arguant: uerba distorqueāt: famā lacerēt: vitā carpant: quicqd usq; mali erit: quasi e fonte vnico maloꝝ ex te prodijsse dicēt populi disco⁹diarūq; sceleruq; oiuz vn⁹ tu causa uocaberis: quō inquiēt sanuz erit ecclesie cor⁹cū egrū ac languidū sit caput? Est ne oro te tanti uel aureū poculū uel cubile purpureū uel gēmatus uertex: ut quietis ⁊ fame precio queri uelit? ¶ Hau. Jn summū pontificē suz elect⁹. ¶ Rō. Uersa ut libet hac in re tā expetita hodie: qō est totū uel inane uel durū est: ut nō imerito quidā summi pōtifices tedio rerū victi: nō supplicīū aliud q̄s felicitatē illā hostibus suis optauerint. Nā ut paucis expediā: sūmus pōtificat⁹ si rite gerit: summus est honor: sūmū onus: sūma seruit⁹: sūm⁹ labor. At si male: summū anime periculū: summū maluz: sūma miseria: summus pudor: anceps ex omni parte negociū. ¶ Haudiuz. Sūmi pōtificat⁹ sedē teneo. ¶ Rō. Non tenebis diu. Breuis est hoium vita: regū breuior: pōtificum breuissima: eo qō propter pōdus uastatricū curarum: etas ipsa pontificis romani tempus angustat: quē ad hoc culmen nisi admodū fessa vix peruenit. ¶ Hau. Sūmi pontificatus in uertice sedeo. ¶ Rō. Quo sublimior sedes eo grauior casus: vix ex alto sine periculo aut labore descēdit. Cura ut descēdas sobrie: ne in illo grege reperiaris: de quo dictū est: Collunt in altū ut lapsu grauiore ruant. Ex omni quidē mortali fastigio descendendum nemo dubitat: sed hoc interest q̄ iustorū ac sapientū descēsus: reliquoruz vo precipitiū ac ruina est. Jdeoq; penus ille dux moriēs qui dixisse fert: Finis ad alta leuatis est ruere: nō improprie ait ut iniustus. ¶ Hau. Sūmi pōtificatus arcē rego. ¶ Rō. Solebāt primi ex hoc statu ad martyriū peti: nūc ad delitias uocari credunt: ideoq; certatiz hic locus appetitur: ⁊ huc oiuz ferme mortaliū uota suspirāt: Quis aūt uel romanū uel quēcūq; pontificatū aliā cupit ob causam: nisi quo potētior ac ditior sit? Cōtra iustitie preceptuz preesse querit nō ꝑdesse: quodq; sacrilegiū pudēdūq; uel dictu est: magnis sepe muneribus: quin ⁊ pactis ⁊ sponsionibus spes emitur sacerdotij pinguioris. O uertigo morū pessima: ad quod oliz cō sueuerāt ⁊ deberēt cogi homines: inde nūc retrahi nō possunt: ⁊ tam preceps feruet ambitio: ut nō christianus pudor ac modestia videat: sed ardor ⁊ peruicacia paganorū: quā in huiusmodi petitionibus tantā fuisse didicimus: ut de Julio Cesare lectū sit: q̄ pontificatū maximū petijt nō sine ꝑfusissima largitione: in qua reputās magnitudinem eris alieni: cū mane ad comitia descēderet predixisse matri osculanti fertur: Domū se nisi pōtificez nō reuersurū. Nec fefellit: Pontifex est reuersus. Liquet aūt quo impetu illud ambierit: quo nō impetrato: uel moriēdū sibi certe uel exulandū eē decreuisset: Hoc illi aūt utrūq; licuerit: cui a ꝑma eta te proposītum sit regnare: Jta ut iniuriā suā putet si qua est: hoc orbe potestas altera q̄s Cesar: si tellus ulla duoꝝ est. At christiano homini cui ꝓpositū sit seruire: dūiq; sui iugum ferre: pontificatum quō liceat ambire nō video: non modo largitione prosusissima: sed qō nō multo minus est turpe blādicijs atq; mēdacijs indignis viro artibus: sed cō munib⁹ adeo ut hec fere iaz vnica sit in altum via. ¶ Hau. Roman⁹ pontifex sum. ¶ Ratio. Seruorū seruus diceris: Caue ne dn̄orū dn̄s fieri uelis. Memēto ꝓfessionis: memēto debiti: memēto dn̄i qui merito nulli magis q̄s vicario Iesus irascitur.

¶ De felicitate. Dial. CVIII. ¶ Hau.

Um felix. ¶ Rō. Pōtificatu forsan aut imperio aut omnino potētia atq; opibus felicē fieri credis: Falleris: Nō felicē faciunt ista uel miserū: sed detegūt atq; ostēdūt: ⁊ si qd faceret miserū potius q̄s felicē facerent: sunt enim plena periculis quib⁹ humanaꝝ est affixa miseriaꝝ radix. ¶ Hau. Felix sum. ¶ Rō. O miser qui in tot malis te felicē speres. ¶ Hau. Sū felix. ¶ Ratio. Opinione fortassis tua: que qm falsa est: felicitati nihil addiderit: sed miserie multū. Siquidem propriā nō nosse miseriā: miseria sūma est. ¶ Hau. Felix suz. ¶ Rō. Hoc inter carnificū gladios magn⁹ ille Pompeius de se predicat: qō tamē si pfūdius uerū fodis: nunq; fuerat: ne tū quidē dū florentissimo in statu felicissimus videret. ¶ Hau. Sum felix. ¶ Rō. Felix es ⁊ vnus viator insolitus: mir⁹ cursor: qui in hoc scrupeo ⁊ difficili calle sis felix inter mille pericula raptat⁹ iugiter: ⁊ ignorās: quo si qdē hic es felix: quod nemo vnq; fuit: nemo erit: ut auguror: Nā quis queso hominū felix in miseriis? Nemo igit felix priusq; ex hac miseriaꝝ ualle migrauerit. Duos quidē e cunctis mortalibus colligūt felices: in quib⁹ opinatissimus est Quintus Metellus: ⁊ apud scriptores rerū ⁊ vulgo etiam felix. Sed huic tamē q̄is late iactatuz felicitatis nomē in quibusdā exactioribus scriptis ereptum scio iniurijs aliquando grauissimis: ⁊ quod dolorē ingeminat: vili ab auctore susceptis. Jā reliquorū falsa felicitas in aperto est. Sylla felix tantū dictus est: infelicem tamē vite illū ac mortis atrocitas ꝓbat. Alexādri Macedonis: ac Julij Cesaris ⁊ si fortuna prosperrima: vita tamē inquieta semper ac turbida: atq; ideo nunq; felix: Utriusq; mors rapida. Ille in medio bellorū cursu hic post victoriā repete. Jlle veneno perijt: hic ferro. Scipionū bellicā felicitatē: alterius indignuz exiliū: indigna quoq; alterius ⁊ inulta mors minuit. Longū est euoluere singulorū fortunas: Ad supremuz uenio. Unus omniū fere oibus felix visus est Augustus Cesar Monarchia omniuz altissima: diuturna pace: vite spatio ac fine suauissimo: quodq; oia superat morū atq; animi tranquillitate perpetua: Quis hunc felicissimū negauerit? Sed felicē negāt: quib⁹ hec scrutandi studiū fuit. Obstat enim extrinsecis fulgoribus interioris ac domestice vite status: ⁊ fortuna longe alia naturalis ac virilis sobolis defectus: adoptiuorū ac nepotū immature mortes: ⁊ quorundā morte peior contumacia. Ad hec ⁊ vilissimorū quoq; hoium insidie: ⁊ suorū in se crebre conspirationes: ⁊ dilectissime atq; vnice filie ac nepti adulteria crebriora: deniq; nō

suus heres: successorq; non placitus ⁊ necessitate magis q̃ iudicio electꝰ: nec oino se dignꝰ nec imperio. Si horū ergo nemo felix: uel felicē aliū da mihi cū quo felix sis uel sine cōsorte felix esto: uel iaz tandem ueriori sententie aurem p̃be: ſm quam dico iterū: Ante mortem nemo hominū felix. ¶ Ha. Ego animo felix sum. ¶ Rō. Sentio quā felicitatē dicis: aut felix igit errore tuo es: ut ait ille: que felicitas: ut dixi: mixta est: aut virtute animi felix: que nec ipsa felicitas plena est: q̃uis sit ad felicitatē via. Ad postremū cuncta discutiens: me mirari nō dissimulo: quam mihi felicitatem quidaz somniāt promittūtq; alijs: acutissimi homines in multis hac in parte cecissimi: Nam siue omniū cumulus honorū ad felicitatē isq; indeficiēs ac stabilis requiritur: ⁊ q̃ multa desint homini vite studium hoc agenti: pro se quisq; sentit: ⁊ hec ipsa que adsunt q̃ incerta q̃q; labilia sint agnoscit: siue quod alijs videtur: sola virtus hoc prestat certe ipsi: qui ſm virtutem vitam agunt: quos diffiniunt felices quosq; felicitati proximos nō nego: vitaz ipsā perpetuis tentationum prelijs patiuntur infestam: periculis semper multis ⁊ grauibus expositi: nec vn q̃ ante exitum securi: qđ siue nesciunt siue sciunt: eque miseri sunt habēdi. Nulla enim cū errore: nulla sine securitate felicitas. ¶ Hau. Felix mihi ipse videor. ¶ Rō. Jam responsum habes: Si felicem error faceret: paucissimi nō felices essent: Falsa ergo felicitas tua est ⁊ ea ipsa perbrenis. Nulli error diu cōtigit gaudere: Sola quidē ueritas solida est. Error tenue quiddam ⁊ inane: quod inter amplectentiū manus quasi fumus aut vmbra dissiliat. Veniet que vmbras ambigat: falsaq; gaudia i apertū protrahat: que felicitati humane uerū preciū somnijs ponat. Quere interim ab hisipsis quorū proxime mētio est habita: quere ab oibus qui felices uel sibi uel alijs visi sunt: Ubi nā gentiū: quo ue nunc in statu sint: de sua illa breui felicitate: qd sentiant: Tacebūt ipsi: sed loquet ueritas testabiturq; habitos felices fuisse miserrimos.

¶ De Spe bona. Dial'. CIX. ¶ Spes.

Quicquid in re sit: spez mihi nullus eripiat. Hanc auferre potest nemo: ipsa sese sensim eripit: ⁊ inopinis euētibus sepe lusa consumit. ¶ Spes. Spero multa. ¶ Rō. Et multa metuas oportet. Sine metu enim spes non habitat. ¶ Spes. Spero bona. ¶ Rō. Mala igit times: ut enim opposita spes timori est: sic aduerso de fonte oritur: ⁊ necesse est quod sperare ceperis: eiꝰ cōtrariū ut formides. ¶ Spes. Spero leta. ¶ Rō. Sed incerta: quorū studio certa negligere dementia certa est: Qui equidem quod nō habet sperat: quod habet obliuiscit. ¶ Spes. Sperare meliora non prohibeor. ¶ Ratio. Quid si difficilia: quid si impossibilia: uēturaq; nunq̃? quid si peiora: si pessima sunt q̃ speras: ⁊ meliora tibi fingis? ¶ Spes Juuat in spe viuere. ¶ Rō. Dic uerius in spe mori. Nam ⁊ futura cogitantibus presentia dilabūtur: ⁊ qui lōginqua prospiciūt: que sub oculis sunt non vident: ⁊ qui cras viuere destinant: hodie nō viuunt. Nondum est cuius initium speratur: Jta cū spes ois boni absentis expectatio sit consequēs est sperantē pro ea saltez parte qua sperat: mali aliquid pati. ¶ Spes. Dulce est sperare. ¶ Rō. Audio quidem multos hoc dicere: sed hanc ego dulcedinem nō agnosco: Nam si sperare ⁊ optato carere ēt dulce est qđ q dixerit haud dubie gustu caret. ¶ Spes. Sperare delectabile ē. ¶ Rō. Ergo ⁊ pēdē ⁊ affici: ⁊ torqri: sp es ē: ⁊ lōgi supplicij lōga spes est: nil sic aiuz fatigat: nil sic senitū ꝓcipitat: Jtaq; sepe vir sapiēs spez pditā: lucrū uocat: seq; infinita cupidine liberatū ab expectationibus uanis ad gaudēdū bonis suis cogi gaudet. ¶ Spes. De euentu sors viderit: ego in spe gaudeo. ¶ Rō. Vide autem ne quando forsan in re doleas: ⁊ optasse ⁊ sperasse ⁊ sperata consecutuz esse poeniteat. Multos quos suspensa diu torserat ad exitū spes ducta pessundedit: Multi uotiuis ⁊ ualde licet nō satseris longe spei periere successibus. ¶ Spes. Nemo mihi tollat spem. ¶ Rō. Nemo tibi tollat tediū ac laborē animi. Audisti uetere dici solitum prouerbio. Magnus labor expectare. ¶ Spes. Rei bone expectatio blāda est. ¶ Rō. Sed ⁊ fallax ⁊ anceps ⁊ anxia. Si hoc negas: nunq̃ aligd expectasti: sed se fallentiū inertimabilis turba est: qbus ad id qđ agūt nihil prorsus inefficax sese offert: nihil respuit: nulli se negat: flecti facilis ⁊ falli prona crudelitas. Argumētuz vo leuitatis ingens atq; amentie dixerim: passim obuias spes amplecti: ⁊ his ilico certis ut bonis pasci: ad quas docti omnes ⁊ experti rerū tardi sunt. ¶ Spes. Bonā iteri spez hēo. ¶ Rō. Iteri dicis. Credo dū te illā fefellerit: hic est enim mos inuiti spez deponitis nunq̃ illā relicturi nisi uos illa relinqueret: qn cuz uos sepe reliq̃rit: mirū dictu: iterū atq; itez redeū tē cupide semper excipitis ꝓgressiq; obuiā q̃si obliti ueterū nouis armatā dolis inclusi toties cordis arce reponitis. ¶ Spes. Spem bonā usq; ad ultimū nō deseram. ¶ Rō. Quid si diu añ illa te deseruit? An ne illā retrahes: an sequaris: an expectabis ut redeat? Age aūt spera: quādo nihil est dulcius q̃ falli. Nō ego tibi spem quam mordicus tenes eripiam: tm illud admoneo: non esse spem bonam quam tu reris: Non est spes bona que bonuz sibi ꝓpposuit sed que bene. Bonum quidem sperare scelestissimi quoq; homines possunt: immo ⁊ solent: Uere itaq; bona spes est que de uero bono rite cōcepta ē. Hanc qui habet stringat: teneat: neq; abire eā uel in ultimis sinat: sororesq; illi suas iungat charitatē: fidem. Hec spes leta: dulcis uerax: felix est: queq; nec sperantem fallit: nec cōfundit: sed ad optimū ꝓuehit: animūq; interiz sperati boni anticipatione letificat. At uos seu uez bonū male meriti speratis: seu malis ueris falsū boni nomē imponitis: Jure igitur uestra expectatio anteq̃ ueniat mesta est mestior: q; cū uenerit. ¶ Spes. Humanum sapio: ⁊ de his loquor que hoies uocant bona. ¶ Rō. Huius nominis doctos olim inter homines longa lis fuit: que adhuc pendet pendebitq; euum in omne: his vnum in rebus: contra autē illis bona multa ponentibus. ¶ Spes. Linquamus ista philosophis: ego que vulgus dicit bona spero. ¶ Ratio. Malū igit tuum speras: quod uel dilatione te cruciet uel fasce opprimat exoptato. Fac succedat enim quod ad corpus attinet: hostia arma paraueris: quod ad fortunā: uarie ⁊ immitis domine subieris iugū: quod ad animū vo ipm magna etiam pars in cladem ac pernitiē vti queat qm̃ que delectant animū: sepe ⁊ ledunt. ¶ Spes. Jeci ego spei bone anchoraz nec mouebo. ¶ Rō.

Atqui solēt naute tempestate orta nauis anchoras ꝓcidere si diuelli nequit: relictaq; illa fugā capere: non enim qđ trāquillo mari apud poetā: Dēte tenaci anchora fundabat naues: Jn magnis quoq; pelagi motib⁹ accidit: ubi nō naues fundat illa sed alligat: ⁊ naufragio vinctas tradit: Nec hercle aliter inter ꝓcellas humanaꝝ rerum spes affixa ⁊ tenax multos in exitiuꝫ traxit: qui abscissa utiq; ⁊ abiecta spe incolumes euasissent. Sepe igit subtrahēda spei anchora: uel si hereat euellenda. Sine id qdē liceat: abscindēda rerūq; sub fluctib⁹ relinquēda est: ut liberam vite ꝓnam gubernaculo ꝓuidētie dirigas ad salutē portū. ℂSpes. Bene spero. ℂRō. Bene sperando ⁊ male habendo trā sit vita mortalium.

ℂDe hēditatis expectatione. Dia. CX. ℂSpes. Hereditatē orbi senis expecto. ℂRō. Modo te trāquillū ꝓdicabas: ipse tibi ne contrarius sis attēde: nunq; expectatio tranquillitasq; cohabitāt: vix ullū vite tediū expectatione molestius. ℂSpes. Expecto senis hēditatem. ℂRō. Nescis qd ille forsan expectet. Est ea qdē iter hoies vulgaris insania: ut fere oēs nō coeuis tm̄: sed iunioribus quoq; diutius se victuros sperēt. Jnuiti sua de morte cogitant mortales: de aliena autē libenter: cū tamē ꝑium agere esset utilius. ℂSpes. Senis hereditatem spero. ℂRō. Quid si ille interim tuā sperat? Falli alterutrū est necesse. Quot aūt senes inuenias mortē iuuenuꝫ expectātes? Et sane nemo tā senex qui non possit annuꝫ viuere: Nemo tam iuuenis qui non possit hodie mori. ℂSpes. Hereditatē orbi senis spero. ℂRō. Justius hāc sperabat filius. Juniorem iustio: spes elusit. ℂSpes. Hereditas orbi senis ad me uenit. ℂRō. Quid scis: an ad illū tua? Hario Claudius: Neroni Galba: Domitiano Nerua: Cōmodo Pertinax successit: ⁊ successionum talium plena est hoium vita. ℂSpes. Orbi senis hereditas me manet. ℂRō. Quē nō fallē possit uolens: qui quē noluit fefellit: cui superuiuere neque at qui filio supuixit. ℂSpes. Orbi iam senis elogio scriptus heres sum. ℂRō. An tabellis forsan adamātinis: vnde nō facile delearis? An ignoras q̄ leuibus causis testamēta mutāt senes? Multis in ipso vite exitu: qđ per oēm vitā uoluere displicuit. ℂSpes. Heredē me vult orb⁹ senex. ℂRō. At qui pōt nolle. Nihil est aūt indignātius orbo sene ac diuite: ubi sua diligi seq; sperni senserit: actum est. ℂSpes. Hereditas orbi senis ꝓmissa est. ℂRō. Ea utinā innocētia atq; ea mortalibus fides esset: ut ⁊ nunq; nisi honesta promitterēt: ⁊ semp promissa ꝓuarēt: Nūc nec ꝓmittēdi modus: nec ꝓmissa frāgendi pudor ullus: qđ in hereditate potissimū licere sibi hoies putāt. Jtaq; uolūtates testatoris ambulatoriā leges uocāt. Nō te exemplis premā: nota res est. Legisti: credo: qbus hoc accidit: nō soluꝫ ut viuētis ꝓmitteretur hereditas: sed supremo etiā moriētis amplexu ⁊ osculo anulisq; aureis donarentur: qnod apud illos indubie successionis inditiū erat: cū interiꝫ ⁊ heredes alij: ⁊ eoꝝ mentio penitus nulla esset in tabulis testamenti: tm̄ media de morte perfidia ausa est. Te ne igit̄ vivorum fraudib⁹ imunem reris: cū dolis mortuorum circūuētos legas sūmos etiam ⁊ illustres viros? Nam ne singulis imorer: gen⁹ hoc ludib⁹ij

passus est Lucius Lucullus vir amplissimus: qđ q̄ est altius: Augustus Cesar: horrēda lōgeq; mirabilis libido fallendi: que nefarias animas nec in morte destituat: sed sic est mos ⁊ tu ꝓmissa in hereditate spez defigis quā frustrari possit: ⁊ vita lōgior testātis ⁊ breuior fides: q̄; q̄; hic cessantibus: mutādi cā ꝓpositi possit eē iustissima: suus heres: noua seni oriēs ꝓgenies. Sigdē octogenario maior Cato filiū genuit: nonagenario iā ꝓpior Masanissa. Jdq; hac ēt nūc etate uestris senib⁹ euenit: qui utinā ꝑscis illis: ut gignēdi vi: sic vigore animi pares eēnt. Que cū ita sint: heres certe legitimus captatori obstat atq; improbā spem p̄cidit. ℂSpes. Jam testō senis heres sū. ℂRō. Sed viuētis forsitā ⁊ victuri. Testamēta aūt in vita fiūt: in morte firmātur: funus ⁊ cadauer cogitas: lupus qdē expectatione lassandus ⁊ inedia. ℂSpes. ℂHereditas ad me recto calle uentura est. ℂRō. Quid q̄ ut testator: sic hereditas casib⁹ subiacet: ut neq; semp quē uelis hēas heredē: ⁊ sepe nil aliō q̄; inane nomē sit hereditas? Quid q̄, iterim uasto p̄cio parua res emīt: dū credulū senem ⁊ obsequiū submissū: ⁊ indigne viro blāditie ꝓmerent? Nulla est tāta utilitas que decoris impendio estimanda sit. ℂSpes. Nullo leguꝫ aut fortune obice hēditas ad me uenit. ℂRō. Unde id nosti: cū sit scitū illō Marci Catonis sapiētissimi senis dictū. Sepe inquit audiui iter os atq; offam multa iteruenire posse. Esto aūt nihil iteruenīat: sed ad te spata ꝓueniat: hēditas: nō manebit tecū sed a te rursus ad alios migrabit. Uolubilia sūt bona mortaliū: rotundā nūmi p̄cipue formā dicūt: ut perpetuo rotetur. motu. Quesiuisti hereditatē successori tuo: mestꝰ forsitā gauisuro: sollicituꝫ ocioso ⁊ speraſti de alio: propter quod idem alij de te sperent.

ℂDe alchimia. Dia. CXI. ℂSpes. Spero alchimie ꝓsperos exit⁹. ℂRō. Mirum vnde id speres qđ nec tibi vnq; uere accidit: nec cuiq; ⁊ si accidisse nōnullis fama fuerit: ab his ficta quibus id credi expediret. ℂSpes. Spero alchimie successū. ℂRō. Et quē q̄so ꝑter fumū: cinerē: sudorē: suspiria: vba: dolos: ignominiā? Mi sūt enim alchimie successus: qbus inopē nunq; ad diuitias euectū: multos a diuitijs ad inopiā redactos sepe vidim⁹. Nō tū illō attenditis: tā blādū est sperare ⁊ falli: huc agit uos auaritie stimulus ipulsa demētia: ut uez opinioni qđ optatis: falsumq; qđ cernitis. Notasti ne aliquos prudētes in religs hac insania laborare: quosdam opulētissimos hac uanitate cōsumptos: dūq; opulētiores fieri studēt ⁊ fedo q̄stui inhiant: bene parta prodigere censuq; omni in supuacuis effuso: tādē necessarijs etiā destitutos: alios ciuilitate deposita mestos semp atq; anxios: dū nec cogitare aliō q̄; folles ⁊ forcipes ⁊ carbones: nec alijs q̄; sue hēsis quiuē didicerūt: in siluestres pene hoies euasisse: Nōnullos deniq; amissis ꝓmū animi luminibus in hoc exercitio corporeos: isup oculos amisisse. ℂSpes. Promissū ab artifice auruꝫ spero. ℂRō. Refert cuius artis artifex quid promittat. Sunt quibus promittentibus nihil credi possit: eoq; minus si promissuꝫ iusiurādi religione firmauerint. Sed o ceci: parum ne erat ueris in metallis que terra fert furere: nisi uos mendacio de-

fossa torquerent? Parum ne a virtutibus aberras se: nisi errori damnum: damno labori: & labori pudor accresceret? Dic qui tibi aurum suum spondet cum tuo auro improuisus aufugiet. Noui nihil narro: mos est publicus: & quis igne commissa fraus sepe igne purget: nihilomin⁹ delusus deceptoris tui supplicio: non indenior sed notior remanebis digitoq; monstraberis auarus ac stolidus flando exhaustus flammis afflatus aspersusq; fuligine. ¶ Spes. Magna mihi promittit alchimista. ¶ Rō Dic ut ea sibi prestet que promittit alijs: primum q; suam pellat inopiam. Est enim fere mendicum genus hominum: cunq; se pauperes fateantur: ditare alios uolunt: quasi aliena illis q; propria molestior sit paupertas: Sic ut miseri se alios miserari dicere soleant impudēter: & ignotis etiam interdum magna promittere: O turpis promissio & o stulta credulitas. ¶ Spes. Alchimie artem didici: diues fiam. ¶ Ratio. Immo quidem si fuisti: esse desines: Ars nempe quam memoras nullam esse nisi mentiendi artes dicimus ac fallendi. Age autem quando ita fert animus & icumbe: predico autem tibi quod te lucrum ex hac arte maneat. Domus tua miris hospitibus ac mirijs erit impedimentis plena. Erunt ibi esores & potores: idq; haud immerito: quos ignis exiccat & cupiditas. Erunt sufflatores: deceptores: derisores: omnis angulus habebit pelues & lebetes & phialas olentiū aquarum. Herbas preterea peregrinas & externos sales & sulphur & distillatoria & caminos: Deq; his omnibus tibi in finem curas inutiles: & stultitiam cordis: oris obscenitatem & squalorem & caligine oculorum ac sollicitam conflaueris paupertatem: quodq; his omnibus pene peius dixerim: circulatoris nomē: & nocturnis in tenebris atq; infames inter latebras furū vitas. ¶ Spes. Spero effectū propositi uotiuū. ¶ Rō. Sperare hinc forsitan & gestire dabit non gaudere. ¶ Spes. Ad ppositi terminum propinquo. ¶ Rō. An mercurium congelasti? An quid aliud uanitatis? Nunc maxime a proposito longe es: semper rebus aliquid defuerit: dolis nihil.

¶ De promissis aruspicum. Dia.CXII. ¶ Spes. Ruspices mihi multa pollicent. ¶ Rō. Inuenisti ecce aliud genus hominum: cui si credas semp pedeas: semp speres: Vas neq; res vnq; aderūt promisse: neq; enim vnq; deerūt promissores: sic res hinc pfugas captans: hinc promissis impulsus Ixionio semp more rotaberis. ¶ Spes. Spem bonam mihi tribuūt aruspices. ¶ Rō. Nō maius spem est credulo q; metū pauido inferre: pstantes animi neutrā in partē facile inclinat. ¶ Spes. Multa vndiq; mihi promittūt mathematici. ¶ Rō. Nihil promptius q; promissis affluē ijs qui careāt pudore: quos mētiri aūt pudet: ad promittēdum tardi sunt. ¶ Spes. Leta spondēt mathematici. ¶ Rō. Spōsores q're alios seu pignus: promissi fragile genus est: nudo vbo male credit. ¶ Spes. Multa promittūt mathematici. ¶ Ratio. Quare qui promissum ipleat: Satis est spes dedisse: non pōt vnus dare oia. ¶ Spes. Promissis aruspicū experrect⁹ sum. ¶ Rō. Consopieris euētibus: nihil eueniet promissor. ¶ Spes. Magna iubeor sperare. ¶ Rō. Mirū ut animo⁹ bois qui virtuti cōtumax est: uanitati vo ninis obediēs. Unū aliqd idq; optimus iubeat illa: contēnit: qcqd hec iusserit difficile licet ac pessimus pareat. ¶ Spes. Mathematici leta pnunciāt. ¶ Rō. Miri boies: futura sola qui nouerint pteritor atq; pūtius ignari: & que in celo fiūt ita nunciēt q̄si pfilio celestiū interfuerint recētiq; nunc inde ueniāt memoria: cuz tū interim qd in terris: qd in patria: qd in domo: qd in thalamo suo fiat nesciāt: Sic penitus ueruz est qō apud Lullium legis: qō est ante pedes nemo spectat: celi scrutantur plagas. ¶ Spes. Magna nūciat mathematicus insignis & uerax. ¶ Ratio. Quo diuinus isignior: & mētiēdi libertas maior: & fides pnior mēdacio est. Sepe qdem mirari soleo: nosterq; nō imerito mirat⁹ est Licero: quid hoc in genere nouum insuetūq; accidit: ut cum in cūctis boibus multa uera memorabili vno mēdacio obscurent: & suspecta fides in posterū loquentis fiat: in his cōtra grauibus mille mēdacijs vna leuis ac fortuita ueritas: uelum quoddā & mendaci publico fidem q̄rit: si qū uel semel: quoniam nemo tā mendax vnq; fuit: qn qnq; uerū diceret: nolens etiā aut ignarus: vni horum ueri forte aliqd effluxerit: actū est: si casura bodie de celo astra denūciet: credet. Deniq; sine ulla suspitione mēdacij mētiri potest oia: qsquis semel potuit non mētiri. Unuz enim illud memorat pceps in futurū pminens: & pteriti sic oblita credulitas ac deceptoribus suis fauens. ¶ Spes. Diuinis leta nunciantibus credo. ¶ Rō. Furētibus credere furor est. Certe q̄uis hic Licero videat sensisse aliter: cōuenientius huic rei nomē a grecis inditū q̄ a uestris iudico. Latini enim a diuis seu a diuinitate diuinationē: Illi aūt qō est manticē a furore dixerint. Uos fortassis ornati⁹: at illi ueri⁹. Hāc sacri doctores vno omnes ore condēnant: Ambrosius: Augustin⁹: ceteriq; qui si forte qū iter multos hic quoq; mos pestifer inualuit: ut iter hos garrulos in questione ueri ob īpm pfessionis sue nomē suspecti habeant: uere fidei pfessores auditi nō erūt: cū oib⁹ idem sentiētibus: qui sunt inumeri: Et q̄uis diuinationem iprobent diuini viri: qd tādez cause est: qd ue suspitionis: ut nō audiēdus vnus: & in multis pmus: ac maximus illor Licero videat? Certe is totū hoc illusionū ac fallaciar genus dānat: ridet ac despicit. Et ad sūmaz: omissis que loc⁹ iste non capit: ois non tm pia religio: sed uera quoq; philosophia: & que illā calle suo sequit poesis: nec sancti modo sed ēt docti oēs hāc respuūt uanitatē pter illos solos qui uel hinc viuūt: uel ab his seducti in eor tēdiculas lapsi sūt: quor dānis atq; erroribus lucrū sibi atq; artē faciūt: in qua illō sum mū ac pcipuuz obscuritate fraudē tegere: & sic biceps ambiguūq; rīsum dare: ut pdictū videri possit qcqd euenerit: qō oibus futuri notitiaz pfessis in cōe puisum est: qua in re non ars ipsa: que nulla est: nō ingenium: qō sine lris rerūq; notitia nudum est: sed illorum calliditas & audacia & impudētia ipsa mirabilis: Unde quod festiue admodū ait Cato ille rigidus: mirari se q; non rideret aruspex aruspicē cū vidisset: Id ad oēs eque augures aruspices: sortilegos: cōiectores chaldeosq; & mathematicos: ac totam quā dixi manticē trahi potest: tā incertū est anilloz fraus turpior an ridiculosior uestra dementia: Illoz tū argutijs atq; ratiunculis respōdere facile: sed plurimum est notumq;

adeo tanqz a notis ac illustribus agitatū:ut nō su-
peruacua tm̄ repetitio:sed temeraria videaf. Ue-
stre autē ineptissime uanitati:quid aliud dici pōt:
nisi dignos uos qui ab homūculis nō terrestrib⁹
modo sed luteis ⁊ nullius nisi qua stultos ludant
notitiam artis habentibus scientie insignis ob-
tentu:⁊ celo insuper auctore fallamini. ℂSpes.
D Persuasū est mihi,pspera istare:quoz expectatio
dulcis:leta ⁊ tranglla est. ℂRō. Jmmo qdē ama
ra:tristis:turbida:sed uos sensu ꝑdito de obiecto
sensuuz iudicatis. Persuasum sane nullo negocio
crediderim. Prōptum est psuadere uolētib⁹:qui-
busdam psuasoz necessari⁹ nō est: Jpsi sibi sunt ua-
tes ⁊ occursus animātiū uolatusqz auiū ⁊ garrit⁹
letū in auguriuz dicūt. At si quotiēs te ista fefelle-
rint recogitas:si de hac re vicinos interrogas:nisi
uel tu ultro te fallis:uel illi participes erroris que
rūt:facile deprehēdes:quoz sū bis pstygijs credē
dū sit nisi tres illi sūmi boiuz rerūqz moderatores
Pōpeius: Crassus ⁊ Cesar iurati forte ꝯrium di-
cturi sint:qbus qō ꝑstat magno qdem oiumqz fa-
miliarissimo teste Marco Tullio: Chaldei om-
nes aruspicesqz ꝓmiserāt:q ꝑclaro fine oēs beati
senes in patria morerenf: Jdqz q̄z uerū fuerit non
expectas audire:ferro oēs:duo miserabili⁹ q̄z lon
gissime ab italico romanoqz orbe sectis fedoqz lu-
dibrio reconditis:ueneratis illis totoqz diu formi
datis orbe capitib⁹: reliqua inhumat i ferarūqz ⁊
piscīū morsibus ac uolucrū rostris expositi:cesi ⁊
laceri:miserandū fortune spectaculum iacuere. J
nunc diuinosqz uates nega:qui tā certa pnūciant.
E ℂSpes. Hzatū auguriū notaui. ℂRō. O amen
tiam importunā:miser hō successuum notitiā suo-
ruz:que sibi nulla est a uolucrib⁹ sperat: Quid hoc
stultius fieri pōt? Quia si dijs placet ⁊ Deiotarū
regē visa aquila impendēti pripuit ruine:⁊ Agrip
pe hebreo instare carceris exitū: finēqz miserie ac
psperitatis initiū nūciauit supra uerticem sedens
bubo auis:aliogn infamis cuiusqz Virgilij carmi
ne carmen ferale describif. ℂSpes. Letuz omen
incidit. ℂRō. Omen ab hoie dictū nomē huma-
ne demētie argumētum est:quo aligd semper non
externaz modo reruz sed eaz quoqz que in uobis
sunt aios in errorē trahat: ne deliramētis anilib⁹
ulla pars rez uacet: Jtaqz ⁊ sternutamēta seruorū
⁊ natorum fortuito lapsas uoces eo trahitis:non
quo vis illaz sed quo uestra cupiditas uocat:scili
cet quia Cēturio ille dixit:Vic optime manebim⁹:
ne mundi caput transferef: causa fuit: Aut qz Per
sam perijsse flens infantula pfecturo in bellū nun-
ciauit patri vinci Macedonum regē cōsequēs iu-
dicatū est: O humana mēs ebria ⁊ mirabūda:q̄z
facili impulsu erroris in foueā ruis? ℂSpes. Le
ta aderant consopito. ℂRō. Mesta aderūt exper
F recto. ℂSpes. Leta dormiens videbam. ℂRō.
Mesta vigilans videbis. ℂSpes. Felix erā per
quietem. ℂRō. Miser eris per laborē. Sepe ni-
hil somnia denūciant ⁊ sepe contrariū. ℂSpes.
Sepe uera videntur in somnijs. ℂRō. Quanto
sepius falsa. Par est aūt huius ⁊ reliquarū hmōi
uanitatū ratio:vnuz casu incidēs uez: innumeris
falsis astipulaf: uenturoqz inbians pteritūz mens
nō videt. ℂSpes. Multa nunciāt diuini. ℂRō.
Jmpostores ego hos non miroz: qui de more suo
pascunf artificio:sed uos stupeo qui illorum uētri

alas ⁊ ingenia uestra submittitis: ꝓinde quid tu
teneas videris:si me sequi uoles expectabis equa
nimis ⁊ trangllus:non qd astra de te sed qd astro-
rum creator ac regnator sanxerit:agēs aligd idies
ardētius quo illius amore fias dignior. De euētu
non tibi ueniat in aium sollicitare istos qbus igno
tior est ueritas q̄z tibi:Deniqz sic habebis: futura
nosse durum homini:nec licere si expediat:nec ex-
pedire si liceat.

ℂDe leto rumore. Dia.CXIII. ℂSpes. A
Letus rumor isonuit. ℂRō. Noli fame cre
I dere:mēdax est. ℂSpes. Multi letos nū
ciant rumores. ℂRō. Sepe tuti⁹ vni credif q̄z multis. ℂSpes. Quod tot nūcijs affertur
falsum penitus esse nō potest. ℂRō. Vos fame
vulgaris notus est:ueris falsa miscere. Paucis ue
ris multa mēdacia ꝓdiunf. Dia mētienti nihil cre
dif. ℂSpes. Rumoris auctor primus uerax est.
ℂRō. At nemo quantū audierit aut viderit refer
re cōtentus est:nihil est actuz nisi pro se qsqz aligd
auditis adiecerit aut visis:qō cum multi fecerint:
auctū breui mēdacioz videas aceruuz:sic per ma
nus:ut aiunt:traditū inter man⁹ etiā crescit malū:
quodqz ait eximius Poeta: Mobilitate viget:vi-
resqz acqrit eundo. ℂSpes. Hactenus letissima B
fama est. ℂRō. Quid si mulcet ut feriat? Sepe
letum rumorē mesta clades sequif: creber hic for-
tune stilus:ut pfundius vulneret:spez ꝓmittit cu-
spidēqz vulnificā leti cuiuspiā rumoris illitā dulce
dine iugulo gaudētis ifligit: Qō vir doctus itelli
gēs:letis nūcijs nō quatif:heretqz imobilis:secuz
uoluēs uel ꝯrium esse:uel idipsum qō tā faustum
videaf in ꝯrium vti posse. ℂSpes. Leto rumore
moueor. ℂRō. Expecta saltem duz ⁊ certus sit:
tunc quoqz virilē aium rumusculis agi turpe est li
cet ueris:falsis vo turpissimū. Multos gauisos eē
puduit:uerumqz merorem auxit falsi gaudij me-
moria.

ℂDe expectatione filij uel amici uel illici uel uxoris.
Dialogus .CXIIII. ℂSpes.
Pero filij reditū. ℂRō. Speras gaudiū A
s sollicituz ⁊ ꝓpinquū metū. ℂSpes. Spe
ro amicū reuidere. ℂRō. Rem pdulcem
speras sed fallacē:fragili res boium statu tremūt:
forsitan quē expectas iaz nūc obijt:potes hoc pro
basse se viristi. Jmpedimentorum mille sunt gene
ra:vnū cōe oibus moz. ℂSpes. Amici conspe-
ctum exoptatum spero. ℂRō. Sunt hec fere con-
iuncta optare:⁊ sperare:sed multis assidue casib⁹
disiunguntur: Qmultos credimus fuisse rome:q̄z
cupidis animis Marci Marcelli huius ultimi re
ditum expectantes? Cōtra autem vie medio ho-
stis illum crudelissimus expectabat:cuius poten-
tior fuit imanitas q̄z victoris clementia aduersari
um ab exilio reuocantis. Potuit igitur Cesar pre
cibus senatus Marcello ueniam dare: Non potu
it Marcelli cliens graue maiuz pati:ut is Cesaris
beneficio uteretur. ℂSpes. Spero amicum ⁊ ex B
pecto hoste quolibet carentē. ℂRō. Quis est hic
boium hoste carens:ut sit aligs priuatoz expers:
an publicis inimicitijs quisq̄z uacat:sicarioruz di
co ⁊ predonum:qui auaritia duce bellum huma-
no generi indixere. Finge aliquod tam benignum
sydus:ut hec pestis terris exulet: alꝫ gs arcebit
uehiculoz ⁊ equoz lapsus:fluuioz ac torrētiū in-

sultus: ꝛ ruinas pōtiū ac tectoꝝ: equoreasqꝫ ꝛ aereas tēpestates? Adde ferociū incursus aialium: qbus nō singulos tm̄ hoies: Dicearchus curiosissimus indagator rerꝫ talium: sed q̄dā boium gña docet occubuisse. Et ad summā: quot sūt casus humanaꝝ rerꝫ: quoꝝ nullus est numerus: tot sunt hominū hostes: qui spem tuā: nō dicā retardare possint sed extiguere. C Ut nihil iterueniat: Mors quā dixi ꝛ eūtibus ꝛ stātib⁹ ubiqꝫ cōtigua est: nisi itinerantib⁹ eo fortasse vicinior: ꝛ quo iter ꝛ uectatio ꝛ locoꝝ cōmutatio plurib⁹ casuum gñibus videt exposita. C Spes. Spero amicū pspero exacto negocio reuersurꝫ. C Rō. O gloriose q̄ pspere res gesserat Drusus Nero diui Augusti pugnus: ut oibus etiā hostibus domitis charus esset: ita ut eū paulomin⁹ adorarēt: quoꝝ mirificos affect⁹ erga illius memoriā usqꝫ ad hec tpa: si vnq̄ Hermanorum iter pceres fuisti: te sentire arbitror potuisse. Certe illa gesserat qbus uere gloriaret: qō romanis in saxis pmis aliquot syllabis casu aliquo deiectis: nūc ēt sculptum viget his vsiculis. Ad dextra Rheni quasi hostiles depopulatus agros: Dū tibi Roma decus eternaqꝫ sudo trophea. Mister pacaꝫ leuior ibit ags. Talem hūc iuuenē q̄liter expectabat mūdi dns Augustꝰ: qui eū sibi filium fecerat amādo. Qualiter Liuia Augusta: cui natura illū charum fecerat: chariorem virt⁹: charissimū reor fratris ignauia: Qualiter deinde frater ipse: q̄liscūqꝫ erga alios tāti certe fratris amantissimus. Ad postremū q̄liter Roma ipsa atqꝫ vniuersa respublica que de nullo tūc boium sic pēdebat? Quid ergo? Quis tā multiplicis spei finis: expectatum Drusum: inexpectata mors abstulit: morbo qō pstat raptꝰ: ꝛ qō magni sūt auctores exfractura cruris equo suplabēte suscepta: qui viuus victor reuersurus sperabat in patriā examinis est reuectꝰ? Quid filium huius loquor Hermanicū? Nullius credo vnqꝫ hois expectatio maior fuit: Nō hunc pater: nō Augustus: ambo iam defūcti: sed Roma ois expectabat tāto desiderio: q̄si totius urbis vnus animus: isqꝫ ꝛ vidue: ꝛ nō nisi vni cum habētis filiū mris esset. Itaqꝫ ad pmuꝫ egritudinis sue nunciū attonita penitꝰ ac deiecta ciuitas vultusqꝫ oium atqꝫ habitꝰ mutati ꝛ mestū tota urbe silentiū fuit. Ubi aūt letior fama incertis licet auctoribꝰ supuenit: qualuisse illū ꝛ viuere: subitus clamor atqꝫ felicissimus vndiqꝫ sublatꝰ: ipꝫ quoqꝫ Tiberiū excitauit: pcursusqꝫ in capitolium ingens factꝰ: ꝛ pene ꝓulse temploꝝ fores ad persoluenda uota agendasqꝫ dijs gratias: victa nocte luminibus: fractoqꝫ uocibus silentio gratulādo canentium: Salua Roma: salua patria: saluus est Hermanicus. Quis vo tandem rei exitus? Jsnēpe qui humanis in rebꝰ est creberrimꝰ: uenit nūcius certior obijsse Hermanicū: hinc publicus dolor ac gemitꝰ: nō edictis aut diebus festis: aut ullis oino cōsolationibus coerceri quit. Nota est historia libro Lesaꝝ. iiij. C Spes. Spo iuuenē filiū reuersurꝫ. C Rō. An bi paꝝ iuuenes de qbus dixi: accipe iuniorē: Marcellinus eiusdem diui Augusti nepos ex sorore: quantū putas expectaretur ab auunculo: qui eū sic dilexit: ut Uirgilianū illō carmē nobilissimū: quo summꝰ uates adolescētis illius pene pueri memoriā honestauit: sine lachrymis audire nō posset: ꝛ auctori silētium imperet.

Quō mater Octauia que illū sic amauit: ut usqꝫ ad ultimū vite sue finē q̄si tunc extinctū continuo deploraret: oēmqꝫ psolatorē non tm̄ ptēneret sed odisset. Quid hec aūt ꝛ qd putas nisi qō ceteri: nō redijt sed relatus est: ꝛ Drusū qdem nō q̄lem acceperat Hermania rome. Antiochia Hermanicum: Marcellinū Baiana restituit: uestraꝝ expectationū sors cōis: tu tibi nūc aliā fingis: ꝛ fors ueniet quē expectas: qui cuꝫ uenerit fortassis ut abeat ꝛ sperare incipies ꝛ optare. C Spes. Amici absentis aduentū spero. C Rō. Quis miret expectari viuos: cum mortui expectent ut phibēt: qō nisi iter fatuos ueri faciē nō habet: Arthusiū Britones expectare fama est: Neronē pncipez mundi sub fine rediturū qdam somniāt. Uita uestra ab initio ad extremū nō mō uanis expectationibꝰ plena: sed ipsa expectatio vana est. Jd sic esse si non vides: aut modicum vixisti aut nimiū: qd hic agit neglexisti. C Spes. Expecto villicū rure uenturꝫ. C Ratio. Aut domus arserit: aut messis euanuerit: aut pratū exarserit: aut bos obierit: aut vites grādo percusserit: arbores turbo cōuulserit: aruā torrētibus inundarint: aut apes auolauerint: locuste satis isultauerint colūbos corui ꝛ mures: pullos vulpecula: agnos lupus inuaserit. Ni fere rustici sunt rumores. C Spes. Uxoris aduentū spero. C Rō. Si hoc speras: qd iam metuas ignoro. Sic est tamen: Sunt ꝛ qui expectent coniugē: ꝛ qui febrē.

C De expectatione meliorū tēporū. Dia.CXV.

C Spes.

Spero tpa meliora. C Rō. Dia fere tpa eque bona sunt: qr creator temporuꝫ eque bonus est semp: sed uos tpibus bonis male semp utimini: Jnqꝫ hoc ut in alijs culpas uras rebus ascribitis. Fac ut homines boni sint ꝛ tpa bona erunt. C Spes. Tempora hec stare nequeunt: letiora succedent. C Rō. Nulluꝫ tempus stat cuncta ptereūt: cūqꝫ trāsierint: nō redeūt: virtute ꝛ industria bonarumqꝫ artiū studijs frenari possunt: nō quin fugiāt: sed ne pereāt: nihil est autem dulcius bene impēsi tpis memoria. Sed uos nulla re uti scientes: ut oportet: ubi oēm vitam: uel in somnū ac desidiā: uel in sollicitudinem atqꝫ usus pessimos effudistis: tps innoxiuꝫ accusatis. Nunqd mētior: infantiā ac pueritiā in uanos ludos: adolescētiam ac iuuentā in libidinem atqꝫ auaritiā: senectam ꝛ senium in querelas ac lamenta consumitis? Que naꝫ hec tēporum culpa est? Fluunt illa: fateor: hec natura est: Uos illa dum daꝫ occupare negligitis: nō est natura ista sed culpa. Uos naturam culpatis: culpam excusatis: res non noua. C Spes. Spero letiora tempora. C Rō. Letitia seu tristitia temporum: ut dixi non in tpib⁹ sed in nobis est. Eo aūt: quo intelligis non mō letiora tibi sperāda esse sed tristiora perpēdes si ad etatem ipse tuā respicis: que indies tristior: ut a poeta describit: ꝛ pleriſqꝫ in senib⁹ iuenit: ꝛ sane si oculos in terga reflexeris ꝛ numerare atqꝫ estimare annos tuos cepis: simul icipies despare qō speras. Nō est cur mutari cursū rerꝫ speres: nō meliora instāt tpa: uereor potiꝰ ne peiora. Cur queso: nisi qr peiores erunt hoies: quod ꝛ magni diuinarūt viri ꝛ aptis iditijs res declarat: nisi uos mortales bone semp spei magnū aliqd de uestra nobili ac modesta iuuētute cōcipitis; a qua ego qdē opione lon

C ge absum: nihil enim boni penit⁹ mẽs ꝑsagit: sic in vitiũ ac ruinã ꝓna sũt oia. ¶Spes. Mala sũt tpa: meliora ueniẽt. ¶Rõ. Oẽm etatẽ de morib⁹ suis q̃stã ingt Seneca. Addo ego oẽz habuisse qȯ q̃re retur: habiturãq; oẽm cunctis seculis qȯ q̃ratur. ¶Spes. Spero letiora tpa. ¶Rõ. Una est ad hoc via qui letiora si hẽas nõ expectes: Fac ipe tibi letiorẽ aium: qȯ sine vtute fieri nequit: ubi hoc feceris: leta erũt oia: triste nihil. ¶Spes. Meliora tpa expecto. ¶Rõ. Ut ueniãt: qȯ est dubium: certe illis uenientib⁹ tu recedis. Quãto est tutius rite uti ꝑsentibus: q̃z anxie expectare que uel forte non ueniant: uel minime sis visurus.

¶De sperato ꝓncipis aduẽtu. Dia.CXVI.

A ¶Spes.

Rincipiꝭ aduẽtuꝫ spero. ¶Rõ. Ut multa p timenꝭ que optã da: sic mlta speranꝭ que timẽda sũt: Utrãq; in partẽ penuria iudicij mlta ẽ. ¶Spes. Spero ꝓncipis aduẽtũ. ¶Rõ. Quanto sperares honesti⁹ libertatez. Nã ꝓfecto qui dñm sperat: ꝑuitutez sperat. ¶Spes. Spero ꝓncipẽ uentuꝫ. ¶Rõ. Et illius cõe oium malum speras. Fuit eni q̃ꝫ ꝓncipes iperiũ ꝓncipẽ populi poterãt sperare: nũc imperiũ ꝓncipi laboꝛ est: ꝓceps populi ꝓnities. ¶Spes. Principẽ uẽtuꝫ ego ꝛ reipublice speramus. ¶Rõ. Tu vo qd priuatiz speres videris: in quo ipso facile falli potes: spes hec reipublice stulta est. Quis eni nisi amens sperꝛet: aut cupiat: qȯ pestifeꝛ totiẽs sit expertus.

B ¶Spes. Spero ꝓncipem uẽtuꝫ. ¶Rõ. Et secũ simul mot⁹ reꝝ uarios: mutationes urbiũ: noxias nouitates: famẽ: pestem: bella: discoꝛdias: hec uel vniuersa uel singula modernis cũ ꝓncipib⁹ uenire sunt solita. Si hec placẽt: Principez spera: Ut nil hoꝝ foꝛmidabile sit: ipz certe inane iã iperij nomẽ est plenũ fame ꝛ rumoꝝ. Boni aũt: ois effectũ ꝛ solius vmbꝛe uetustatis inixũ. ¶Spes. Spero uẽturum ꝓncipẽ. ¶Rõ. Ego te vo munitũ uelim: ut quotiẽs aduẽtãtẽ audieris: credas te tonitruũ aliquod ꝑambulũ fulminis audire: nec sperare icipias sed timere poti⁹ si ẽt altez labi oporꝛtet. Timere enim aduersa ꝛ si ꝓriũ sit vtuti: ꝓsentaneũ est nature: Sperare aũt mala: ꝛ nãe est oppositũ ꝛ vtuti. ¶Spes. Spero. mox ꝓncipẽ affutuꝫ. ¶Rõ. Cũ ꝑsẽte videris: scito te ifaustũ reipublice ſydus aspicere: uel memoriã ipse tuã: uel parẽtes iterroga tuosq; auos ꝛ ꝓauos: ita esse repies: ut dico: id q̃z tu filijs ꝛ nepotibus tuis annuncia: ne ipsi quoq; aduẽtũ ꝓncipis stulti sperẽt. Dic eni q̃so q̃ꝫ vnq̃ꝫ uel minute leonis aduentũ fere: uel affuturã aglaz auicule sperauerit? Liceat uez log: stultissimũ ꝛ mali sui semper auidissimum animal est hõ: ceteris capiendis esca opus est: homo solis fame sibilis capitur.

¶De spe fame post obitũ. Dia.CXVII. ¶Spes.

A Eritiꝭ post obitũ famã spero. ¶Rõ. Multi famã se mereri sperãt cũ ifamiã mereantur: ꝛ ceuiatoreꝭ erronei dũ accedere estimãt retrocedũt. ¶Spes. Famosus sum in vita: famosioꝛq; post moꝛtẽ ero. ¶Rõ. Est hoc fateoꝛ in nõnullis uez: vnde ꝛ Anneus Seneca in epla q̃dam: habiturũ se gram apȯ posteros uaticinat: Et Stati⁹ Papini⁹ ꝑtem famã: benignũ iter suo opi ad futuros strauisse ait. Et Ouidi⁹ Naso: sibi nomẽ idelebile futuꝫ: seq; ore populi legẽduz: per que oia secla fama victuꝫ ꝑsagit: Neq; hercle ullus hoꝝ fallit. Sed q̃ multos putas idẽ sperãtes suã fefellisse spem. Multi hoc idẽ de seipsis credi derũt foꝛsitã ꝛ scripserũt: nec qȯ sibi ꝓmiserãt impleuerunt. ¶Spes. Si famosus sum dum viuo: B cur nõ famosio: sũ post moꝛtẽ. ¶Rõ. Quia hoc quotidianũ ꝛ vulgare est: ut mlti in vita famosi ꝛ clari: post obitũ sint incogniti ꝛ obscuri. Miraris. Causa rei hui⁹ in ꝓmptu est affabilitas q̃dã: ꝓmo compt⁹ ac lepidus: blãdũ supciliũ: clara frons: benigna salutatio bñficia in vicinos: ꝓtectio i clientes: hospitalitas in externos: in cũctos urbanitaꝭ. Nec ꝛ his silꝭia viuẽtib⁹ famã q̃rũt: ea vo moꝛ ut hinc abierint nõ durãt: nisi foꝛsitã q̃ diu qui illos nouerãt supstũt: qȯ ipz q̃ breue sit cõspicis. Quõ aũt duraret nõ in solido radicata: nãle est ut fũdata debiliter leniterq; aucta breuiter dilabanꝭ: Ut sit fama durabilis aut vite sanctitas aut gestoruz claritas aut insignis scriptoꝝ ꝑstabit elegãtia. Raꝝ dec⁹ loq̃ces isti ꝛ urbani qui togati ac gẽmati populoꝝ digitꝭ oñdunꝭ: nõ nisi q̃ꝫ tũ logi poterũt: aut paulo ãplius cognoscenꝭ. Duꝝ hos apparat⁹ tã celeriter ꝛ has põpas: hãc scie nubẽ: hec vboꝝ tonitrua in tenuẽ fumũ euanescẽ: durum fateoꝛ: sed sic est: nã nec ipsi de se testimoniũ ꝑbuerũt ambitioni aut lucro aut sõno dediti: nec qui ꝑbeat meruerũt

¶Spes. Famã iueniã post moꝛtẽ. ¶Rõ. Fama C nihil vnq̃ moꝛtuis ꝑfuit: viuis sepe etiam nocuit. Quid eni ꝓnitiẽ ac moꝛtẽ Ciceroni ac Demosthenis: nisi insignis ĩraꝝ fama ꝓseruit. Idẽ de Socrate ac Zenone: ꝛ mille alijs dici põt: Noti oẽs. Quid vo nisi fama scie ꝛ igenij dedit cãm filio Hnosij regis Androgeo ut ab atheniẽsib⁹ mactarez. Quid Dete Colchoꝝ regi Argonautas attulit delectoꝭ: ut aiũt: viros: uere aũt ꝑdones nisi fama diuitiaꝝ. Nã qd significasse alid credim⁹ famosũ illd aureum uellus arietis: nisi opes mltas lateq; vulgataꝭ qbus diuites bestiales opũq; inopes ueraꝝ uelut arietes uellerib⁹ uestiunt. ¶Spes. Famosus ero. D ¶Rõ. Ut sit ita: qd hinc magnũ cõcipiꝭ: eẽt aliqd forte fama: si notitia comes esset: ut plerunq; accidit inviuis: Nunqd laudari ꝑderit ab his qui te si videãt nõ agnoscãt. Dic eni qso si Homeꝝ videas ꝛ Achillẽ: si Virgiliũ ꝛ Augustũ: nunqd nõ ignoti abibũt: cũ tã nota ꝛ tã clara sint noia. Crede mihi: spes uãe magna ex pte dupliciter uane sũt: q; nec sperata ꝓueniunt: nec ut ꝓueniant afferunt qȯ ꝓmittũt. Fere eniz plus in spe sunt humana omnia q̃z in re. Mittite igitur spes inanes ꝛ uana desideria: contemptisq; terrestribus iam tandem ꝛ optare discite ꝛ sperare celestia.

¶De gloria ex edificijs sperata. Dia.CXVIII.

¶Spes.

X edificijs gloriã spero. ¶Rõ. Nescieb⁹ A e calce ꝛ harena ꝛ lignis ꝛ lapidibus gloriam queri: credebamq; q; rebus gestis ꝛ virtutibus quereretur. ¶Spes. Edificãdo mihi gloriam paro. ¶Ratio. Sed fragilem ac caducam. Omnia que manu hominum facta sunt: uel manu hoiuz euertunꝭ: uel stãdo ꝛ durãdo deficiunt. Habet eni man⁹ lõge ꝑualidas: longa dies: e cunctis uestris opib⁹ nulluz senio resistit. Cuctib⁹ ergo sup qbus hec tua gl'ia fundata est: ipsaz quoq; coꝛruere est necesse. Si forte nõ credis: respice ad antiqua que ignota tibi qdem esse nõ possunt:

Ubi est nūc Troianū illud Jliō supbū? Ubi Byrsa Carthaginis: ubi turris ⁊ menia babylōis. Beluarum nūc habitatio ⁊ serpentū. De babylone loquor antiqua. Altera nēpe ppinquior atq; recētior adhuc stat: cito itidem casura. Si essetis viri: Ubi sunt deniq; septem illa opera grecis scriptoribus celebrata? Atq; ut ad ppinquiora ueniamus: ubi est q̄so illa Neronis domus aurea: que quātuz fatigauerit: Architectos cogita: lectores ēt nūc fatigat: que quidem domus vna cuz alijs edificādi furoribus: qbus oēs excessit ad iopiam illum cōpulit ⁊ rapinas? Ubi sunt therme Diocletiane: ⁊ balneū Antonianū: ⁊ cymbz̄ Marij: ⁊ septiçonium Seueri: ⁊ eiusdē therme Seueriane? Demum ut sūmaz̄ rez̄ attingā: ubi est Augusti forum: ⁊ edes Martis ultoris: ubi edes tonātis Jouis in capitolio: ⁊ Apollinis tēplū in palatio: ubi eiusdē porticus ac bibliotheca greca pariter ⁊ latina: ubi porticus altera ⁊ basilica Gaij Lucijq; nepotum sub noīe dedicata ⁊ extructa: ⁊ porticus tertia Liuie coniugis ⁊ sororis Octauie theatrūq; Marcelli? Ubi tot opa per illustres viros iussu eiusdē pncipis ⁊ hortatu: multis urbis in locis tanto labore: tantis impensis edificata? Martij Philippi edes Herculis ⁊ musarum: Lucij Cornificij edes Diane: Asinij Pollionis atrium libertatis: Munacij Plancij edes saturina: Theatrū Balbi Cornelij: amphitheatrum Statilij Tauri? Innumerabilia pter hec opa Marci Agrippe. Neue eā per singulos: ubi sunt tot luxuriosa pncipum palatia? Que in libris inuenies noia: Quere urbē totam aut nihil inuenies: aut perigua tantorum opez̄ uestigia: Tu de tuis qd speres videris. Certe Augustꝰ oiuz̄ supremus: nisi aliud q̄z̄ edificia religisset: iampridē ois eius glia corruisset: Nec vo solū tēpla deoruz̄ que parauerat in ipsos edificātes ruere: sed pia ēt loca hec ipsa etate in eadē urbe alia ceciderūt: alia tremuerūt: ⁊ nūc vix pōderibus suis stant: preter vnū Pantheō Agrippe: qd̄ dijs erectū sancti possidēt ⁊ Maria: que antiqssimā illā domū sui nois vtute sustētat. Crede mihi alijs q̄z̄ lapideis fundamentis eget glia ut māsura sit. ¶Spes. Ex edificijs gliam q̄ro. ¶Rō. Quere illā igit̄ ubi est: nihil vnq̄z̄ inuenies ubi nō est: Uera qdem glia non est in menibꝰ neq; in saxis: Sunt fateor rez̄ vulgo iudices: qui dicāt tribꝰ modis gliam q̄ri: gerendo magnū aliqd qd̄ de te scribāt auctores idonei: uel scribēdo aliqd qd̄ mirent̄ ⁊ legāt posteri: uel insigne aliqd opus extruēdo: ut sit ita: ultimū tñ hoc oium ⁊ mininum ac caducum. ¶Spes. Reliquo opa edificioz̄: qbus moriēs ipse mecū glior: ⁊ a posteris gliaz̄ spero. ¶Rō. Gloriatꝰ est Augustus ipse de quo dixi: q̄ urbez̄ marmoream relinqueret: quā latericiā accepisset: que tñ gloria nisi alijs rebus adiuta esset quonā fuerit puentura cōspicimꝰ pinde cum meliorib⁹ curis morere stabilesq; spes amplectere. Jsta etenim qbus fidis: ⁊ nullius pcij sunt: ⁊ te ilico consequent̄ inq; ipam vnde sumpta terrā reuertent̄. ¶Spes. Edificaui domos vnde laudem spero. ¶Rō. Laudabūt forsitan qui illas inhabitabūt. Breuis laus ⁊ angusta: qui post uenient: uel illas non inuenient: uel a paganis: ut vulgo dicitur: factas dicēt: tuum nomē ignotū erit.

¶De sperata gloria ex conuictu. Dia.CXIX. ¶Hau.

Spero gliaz̄ ex puictu. ¶Rō. Refert multum qbus cōuiuas: sunt: qdaz̄ utinā q̄z̄ nō plimi quoz̄ puersatio sit ifamis. ¶Spes. Scio nisi bonis artibꝰ aut bonoz̄ cōtubernio gloriam nō q̄ri: Ego hoc ultimo subnixus spero: uel bonoz̄ exēplo bonus fieri: uel si nihil aliud horuz̄ uel familiaritatis solam gliam mihi fore. ¶Rō. Est id qdem in adolescēte pcipue signum optimū: qui nisi bonum aiuz̄ hēret nequaq̄z̄ iūgi bonis optaret. Est enim amicitiaz̄ ac familiaritatū fere omnium cā nexusq; sil'itudo q̄dam. Age ergo si quos imitaris eq̄ueris bene erit. Si minus: mō qd̄ in te est nihil omiseris: ipsa uoluntas bona laudis ⁊ gl'ie pmio nō carebit. Prima enim ⁊ maxima pars virtutis: est bonū uelle: qd̄ nisi pcesserit nō sequet̄ virt⁹. ¶Spes. Familiaritate bonorum glorior. ¶Rō. Laudo id qdem mō: nec te lucri cuiuspiaz̄ nec alia spes iducat: eoq; tua tñ pergat intētio ut similis illis fias. Aliogn quod pter gloriam solam fit: uerā gl'iam nō meret̄. ¶Spes. Ex bonorum puictu gl'iaz̄ spero. ¶Rō. Spes qdē magna nec iproba qñ ⁊ inscia ⁊ in eloquētia ⁊ belli pacisq; artibꝰ obseruādo ⁊ imitādo fit. Multi olim illustres ex puictu illustrium euasere. Jllud vide: ne aut tibi pro bonis ducibꝰ malos elegeris errore alieno: aut bonoz̄ flebili raritate ⁊ vtutuz̄ huiꝰ etatis inopia prorsus assequi nequeas quod intendis.

¶De multiplici spe. Dia.CXX. ¶Hau.

pugnata virginitas: ac uatis Amphiarei argolici casus probat: Auareq; simul coniugis vna siquidē ruine duplicis causa fuit: aurum fatale: quod bene spretum Argie Eriphile male optatum: male partum illius penates irrupit: scelerumq; ingentia semina nouit. Nonne opes falsas ⁊ caducas neq; prestare posse qō spondeant: neq; lenire animi sitim sed accēdere: neq; curas fugare sed arcessere: neq; necessitates tollere sed augere: uerissimeq; ⁊ proprie dictus: Crescit amor nūmi: q; tum ipsa pecunia crescit? Et illud Neminem pecunia diuitem facit: Immo cōtra: Nulli non maiorem sui cupidinem incussit. Neq; illud minus: Crescentem sequitur cura pecuniā maior; q; fames. Atq; illud: Multa petentibus: desunt multa: Et pmultis eos indigere: qui permulta possideāt. Deniq; quicqd sint: non esse perpetuum nec lōgeuum qdem: ut qō positum sit in manibus fortune: sine intermissione uolubilibus subiectum casibus ⁊ saltem morte perdēdum. Diues enim cuj dormierit nihil secum auferet. Aperiet oculos suos ⁊ nihil inueniet: Neq; id ipsum suum nihil in quem uolet transferet: quia in imagine pertransit homo: sed ⁊ frustra pturbatur: thesauriçat: ⁊ ignorat cui congregabit ea. Mis ac mille similibus circunquaq; sonātibus doctor; uocibus hoium obstruxit aures infinita cupiditas: ut iam frustra diuitibus huius seculi precipiatur: non sublime sapere nec sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuo: qui pstat nobis omnia abunde ad fruendū: bene agere: diuites fieri in operib⁹ bonis. Nam qui uolunt diuites fieri harū scilicet que vulgo optātur diuitiarum: incidūt in tēptationem ⁊ laqueum diaboli ⁊ desideria multa ⁊ inutilia ⁊ nociua: que mergūt hoies in interitum ⁊ perditionem. Radix enim oium malor; est cupiditas. Nō magis hūc audiūt psultorē: q; qui ait. Nolite spare in inigtate ⁊ rapinas nolite cōcupiscere. Diuitie si affluāt: nolite cor apponere. Neq; hūc magis q; ipsius filiū dicentē: Qui confidit in diuitijs suis corruet. Neq; rursus his oib⁹ magis illū qui super oēs est: cuius doctrina celestis: nisi ab insanis planeq; furētibus cōtēni nequit: qui pfecto diuitias ⁊ diuitiarum comites: uoluptates atq; sollicitudines spinas dixit: semē vbor; salubriū suffocātes. Dixit hoc cui⁹ in ore nō est iuentū mēdaciū. Uiua inq; hoc dixit ueritas: Ueruntamen putas inuenerit fidē in terra? Nullam prorsus aut ratā. Quas igit ille spinas: suauitatē vnicā atq; dulcedinem mundus uocat. Et qō ait qdā: gēmas ⁊ lapides: aurum ⁊ inutile sūmi materiā mali: sūmi oīs materiā boni putāt: certatimq; oēs ut summus bonum preq; oibus appetūt. Jamq; in urbiū plateis haud ironice pclamat: O cives cives q̄rēda pecunia pmum est. Uirtus post nūmos. Atq; illō alterius. Uēde aiam lucro mercare: atq; excute solers oē latus mūdi. Sic nōdum intellectū dei munus: sed magnū dei pauperies obprobriū iubet: qd vis ⁊ facere ⁊ pati. Uerūq; quotidie cernitur qō ab alio dictū est. Pars vilissima rerum certamē mouistis opes. Quis enim q̄'o nō hodie sceleris insigni pmio ⁊ occasione pposita fas oē abrūpit: polydor; obtrūcat ⁊ auro vi potit? Pone fidos fres: pone vnanimes amicos in pfilio: in puinio: in chorea: debinc modicū inter illos: nō dicā pomū aureum: sed pomi frustū iaciat discordia. Mis olim armis uti solita gladijs seria iociq; frangent. Sicut aūt auro nihil scelestius q̄rit: sic ut ad rē redeā: nil mestius pdit. Peccatū nēpe ingēs aie iactura contemnit: primūq; illi fame dānum spernit: ⁊ amissum tps iter leuia numerat. Lēte flent fratres perditi: lētius parētes: lētissime piuges: sepe vo letissime: Sole opes flent acriter. Ueriss imūq; est illō: Plorat lachrymis amissa pecunia ueris. Sed multa iam diximus: de quo nunq; satis: nunq; parum: sempminus dicit: q; pecunie ad amorē obstinatis animis: nil dicēdo alio q̄rit nisi odiū aut ptēptus: qcqd vulgatis obstat errorib⁹: uel simulatū credit uel insanū. C Do. Perdidi pecuniā. C Rō. Exper rectus es: te diuitē sōniabas. C Do. Pecunia quā amabā perijt. C Rō. Pecunie neq; amorez neq; odiū: sed frugalitatis studiū auaritieq; fugā laudo. Ut amare enim pusilli animi: sic pati nō posse aur infirmi est parūq; sibi fidētis atq; auro succūbere metuētis. Magnus ille est: ingt Anneus: qui fictilibus sic utit quēadmodū argēto. Nec ille minor est qui sic argēto utit quēadmodū fictilib⁹: ut intelligas seu vitiū seu virtutē nō in reb⁹ esse sed in animis. Nec amatorē pecunie nec osorem: sed absentis cōtemptorem: psentisq; dispēsatorē egregium magnū putes. Hanc sententiā me dictāte scripsit Cicero: Cū amorē enim diuitiar; Augusti pariq; animi dixisset: adiunxit: Et nihil inquit bonestius magnificētiusq; q̄ pecuniā ptemnere si non habeas: ⁊ si habeas ad beneficētiā liberalitatēq; conferre. Uter in re certa claris testib⁹: Et O utinam mihi simulq; illis oib⁹ fides esset: Nusq; enim humanū genus tam incredulū: seu tā surdū esset. Inexhaustus labor hoium querendiq; ardor terrasq; ⁊ maria uersans: pbat auaritia: atq; amore cultuq; diuitiar; non modo virtutib⁹ sed vite odiū indictū. C Do. Pecuniam magnam amisi. C Rō. Magnū pōdus ⁊ dur; ⁊ graue: simul custodis officiū: ut incipiēs dixi: Nēpe de dominis uos custodes iperiosa cupiditas fecit: oia facere atq; oia pati iubēs: sola ut pecunia cumuletur ac seruet. Jta que in opportunitates ususq; hoiu; inuenta erat: in metū ac sollicitudinem uersa est. Timere ⁊ angi ⁊ circūspicere domor; incēdia: furu; insidias ⁊ seruor; fugā: neq; alijs prodesse neq; sibi: sed exanime tm ⁊ inutile aurū incubare: he diuitie uestre sunt. C Do. Pecuniā domi dimissam abstulit nescio quis. C Rō. Uile ⁊ caducū est ⁊ certe nō prius q̄ furto uel vi eripi pōt. C Do. Pecuniā in loculis consignatā non inuenio. C Rō. Dicaz tibi non antiquam rem. Fuit nuper apud italos nobilis ⁊ egregius qdam vir: possessionū antiquarum diues satis: ditior vtutū: sed pecunie nō: ita ut cuius nō custos sed dispēsator ac dīs esse didicisset. Erat illi filius pmogenit⁹: fori negocijs appme industris: qui vigili cura ⁊ parsimonia ingenti magnas opes multūq; auri quesierat: Et erat mir; visu: in patre sene iuuenilis largitas: in iuuene filio senilis tenacitas. Sepe illum pater hortabat ne suū ingeniū fraudaret: ne pietatis obliuisceret ac fame: neue in cōparationē auari ⁊ dec⁹ ⁊ debitus ⁊ naturalia sibi iura vilescerēt. Deniq; ut sibimet ⁊ annose matri: ⁊ fratrib⁹ paruis: ⁊ pſāguineis: ⁊ amicis: ⁊ egētibus prodesse aliquādo diuitias suas uellet. Jn hos enim visus non in custodiā tm ac supplicium partas esse dicebat: hoc pater. Sed

frustra uel surdo canitur uel auaro. Cōtigit tandē pro republica filium abesse: ꝛ cum electis viris ad Romanum pontificem proficisci. Quo digresso: statim pater occasione arrepta: nouis thalami arculeq; clauibus introgressus: thesaurum nulli utile e latebris eruit: seq; ꝛ coniugem ꝛ filios famili amq; omnem exquisitissime induit. Emit equos ornatissimos: uasa argentea: supellectilem speciosam: Ultimo domum amplam: sed minime cultā: nouis auxit edificijs: ꝛ picturis insignibus adornauit muniuitq; rebus omnibus: quas liberalis ꝛ lauta ꝛ abundans vita exigit: Multa ꝓterea pauperibus dedit. Sacculos vo in quibus aurum illud filij fuerat: harena lapilliq; flumineis plenos obstructosq; ꝛ obserrata omnia quoq; prius in statu fuerant dimisit. Que cuncta breuissimo tempore gesta sunt: quod ꝛ uoluntas egregij senis ꝛ pecunia prompta esset. Redeūti dehinc filio: fratres obuij fuere: Quorum ille occursu hesit: indumenta atq; habituꝫ miratus qualē antea non vidisset: quesiuitq; cuius essent equi: vnde ille uestes: leti atq; omnium ignari simplicitate puerili: domini patris esse: multosq; alios domi in stabulo substitisse dixerunt: utrunq; etiam parentem multiplici ac regio esse uestitu. Magis ille magisq; singula cepit mirari. Inde ubi paterne domus limen attigit: vir parentes: virq; ipos parietes recognoscēs nec admiratione iam simplici sed stupore plenus atq; extasi thalamum atq; arculam festinus adijt: ubi cum exterius nil mutatuꝫ cerneret: parumper animo conquieuit. Et quoniam collegarum ꝑsentia ac festinatio amplius non sinebant: raptim arculam aperuit sacculisq; cōspectis solito more turgentibus atq; obstrusis iam securus abijt: mox negocio publico expedito: domum rediens: in thalamo se inclusit: arculaꝫ aperuit: sacculos itrospexit: aurumq; in harenam uersum reperiens exclamauit. Accurrit pater: ꝛ quid inquit rei est fili: qd queris aut quid fles? Amisi inquit ille pecuniā quā multis quesitam vigilijs: multisq; laboribꝰ in bis sacculis dimiseraꝫ: spoliatus tua sum in domo pater. Ad hec genitor: quomodo ait spoliatus es: nō ne sacculos omnes plenos video? Ille autem gemens: Harena ingt pater: non pecunia est. Simul hec dicens: apertos patri sacculoꝫ ostentabat. Tū senex fronte nihil mota: qd inquit refert fili apō te harena ne an pecunia pleni sint? Memorabile dictum: preclareq; sententie. Siquidem apud multos ociosa pecunia est: nilq; agit aliud nisi q; locū occupat atq; animum: apud plures male atq; improbe operosa: apud paucos demū fructuosa est.

F ¶Do. Amisi pecuniā quaꝫ amabā. ¶Rō. Turpi amore relaxatꝰ es. Nā amor pecunie auaritia est. Minus hāc amabis: minꝰ hāc optabis. Nā ꝛ illō Satyricū exprimento cognituꝫ: q; minus hanc optat qui non habet: Optanda autē amissio est: Magni etiam boni: cui inseparabiliter malum maius adiunctum sit. ¶Do. Amisi dulce vite presidium. ¶Rō. Quid scis an amarum potius excidium. Plures multo propter opes q̄s propter inopiam periere.

¶De uadimonio. Dia.XIIII. ¶Do.

A V Adimonio exagitor. ¶Rō. Amissam pecuniaꝫ querebare: iam porrectā quereris. Nonne ultro te obligans pecuniam proiecisti: vulgaris insania plurimoruꝫ: qua perfacile ꝛ pecuniam perdideris ꝛ amicum? ¶Do. Pro altero fidem obstrinxi meam. ¶Rō. Pro teipso eam solues: ꝛ nil debere ac sine compedibus agere q̄s iucundum sit: tuo disces incommodo. ¶Do. Uadem pro amico dedi me. ¶Rō. Da posthac amicis egentibus: Aurum: argentum: vinum: oleum: frumentum: uestes: domos: predia: consilium: solatium: cum amicis demum omnia partire: vnam tibi habe nulliq; vnq̄s tuam dederis libertatem.

B ¶Do. Promisi pro altero: En solucdi dies adest. ¶Rō. An tu affuturam ignorabas: an te victurū non sperabas: an non heredem saltem tuum cogitabas: quem spontaneis vinculis inuolueres? Be ne autem habet q; in caput errantis pena redūdat erroris. Sentio autem dilatio te fefellit. Media promissionis inter ac solutionis diem spatia uana mente metimini: que ut reliqua tempora longa videntur: duꝫ spectes: dū ꝓteriere breuissima. Uolant enim hore: dies: noctes: hebdomade: menseꝫ: anni: lustra: secula: ꝛ que distantissima iudicantur in foribus sunt. Itaq; quod in paucorum interstitio mensiuꝫ nunc stupetis: si aperti essent oculi: clare quidem multis in seculis videretis: Sed uos quasi tempus desiderio uestro pareat: non nature sue: non euenturuꝫ uobis terminum: nec ituros dies fingitis: atq; hac spe uelut oculis clausis precipitium preteruecti uerbo placidi uobis esse videmini ꝛ urbani: pro alio promittentes: quasi non uerba hec ꝛ promissa clandestina mox in publicū eruptura: tumultusq; reꝫ maximos allatura sunt.

C ¶Dolor. Despondi pro meo amico. ¶Rō. Amicorum indigentijs sis presenti: si quod adest remedio succurrendum. Non te illaqueas utq; in crastinum nil promittas. Quod non dicerem si succurri aliter q̄s promittendo non posset: nunc quid attinet promittere: quod si implere nō possis: stulte facias: at si possis superuacue? Sed uos rerum auarissimi estis ꝛ prodigi promissorum: quasi vo res ipsas promissa illa non exigant. Q; si dicas defuisse in tempore ferende opis facultatem: fuisse autē de futuro spem: qua postmodum destitutus sis: Nondum ergo didiceras: ut fallacissima rerū omnium spes est. Nihil inuenias q; tam crebro uos fallat. Nihil est tamen cui tam cupide credatis: tā subdola ꝛ tam blanda est: ita se dulciter ac latēter insinuat: sic inuita diuellitur. ¶Do. Uadimonio me addixi. ¶Rō. Credo oblitus illud Thaletis Milesij celebre documentum: Uadimonio adesse noram. Et quid de hoc ille vir sapiens dixerit: qō memorasse non inutile crediderim: quodq; in latinū uersum ab Ausonio: ad hūc modū sonat. Spō de ingt: noxa pōsto tibi est. Per mille possem currere exēpla: ut probē pedes uadesq; penitudinis reos: sed nolo noiatim quēq̄s dicere. Sibi quisq; uerum dicat ꝛ secū putet: spōdere quātis dāno fuerit ꝛ malo. ¶Dolor. Memetipsuꝫ sponte obligās erraui. ¶Rō. Error hic purgatorio igne post obitum nō egebit: ubi admissus est purgabīt. De illorum enim genere est: que suum supplicium secū ferunt. ¶Dolor. Promissione me obstrinxi. ¶Rō. Solutione te libera: ꝛ quem lingua vinculis innexuit: manus soluat: proderit vinctum fuisse cū euaseris: laqueos semper horrebis.

¶De amissione temporis. Dia. XV. ¶Do.

A Emporis amissionem fleo. ℂ Ratio. Esset hec eo iustior q̄ superior querela: quo leuior est pecunie iactura q̄ tēporis: q̄ nec necessaria ad bene viuēdum est pecunia ⁊ amissa restaurari pōt: tps ⁊ necessariū ⁊ prorsus irreparabile est: nisi q; nolēti pecunia: nolēti aūt tp̄s eripit: q̄ uis illud fatear grauiora damna esse que culpa patientis exaggerat: Justā tamē querele causa nego: ubi qui patitur: uolens patitur. ℂ Dolor. Nolens ego tps amitto. ℂ Ratio. Quis nolentem cogit nisi cupiditas occupationum mater? Solum hoc vnum vitium: ait Comicus: affert senect⁹ hominib⁹: Attentiores sumus ad rē omnes q̄ sat est. Senes hic quidē notat. Omnes vo iam senes in hac attentione facti sunt. Omnem etatem: omnem statū: omnem sexū inuasit auaritia: hec temp⁹ miseris ⁊ respectum vite breuis hominibus eripit. In hanc vnā rē solliciti: euum omne cōsumitis uestri: ⁊ uestrarū pene iam immemores uoluptatū: que pestis si nolentes inuaderet: posset ⁊ nolenti tempus eripi: ⁊ iusta esset super pretiosissime rei amissione querimonia. ℂ Dolor. Non mihi cupiditas tempus extorquet sed necessitas. ℂ Rō. Quenaz queso necessitas ista est: qui tibi preripiat q̄d vnuz ex omnibus tuuz est? Jta dico diuitias: honores: potētiā: clientelas: imperia: ⁊ que sunt huiusmodi suo iure dat atq; eripit fortuna: tempus inuito nō eripitur: sed ipsuz per se sensim defluit: non utenti paulatimq; consumitur. Hec ante perpenditis q̄ consumptū est: tū querele sonāt sere ⁊ inutiles: fletur temporis amissio sed fletur culpa. ℂ Do. Me necessitas sola cogit tps amittere. ℂ Ratio. Quero iterum: quenam hec tam violenta necessitaſ: nisi forte dñorū negocijs implicitus tua negligis: quasi vo non ad hec te sola cupiditas ⁊ inexplibilis lucri spes impellat? Pone cupiditates proprias: dominorū cupiditatibus nō parebis. Sed hoc virus imedicabile uenis infusum: ⁊ pererrans viscera: sensum hebetat: Et nō solum tps sed libertatem vitamq; ipsam non sentientibus eripit. Q̄ si forte nec tuis nec alienis cupiditatibus: sed curis honestioribus tue reipublice tps impenditur: non hec temporis amissio: sed laudabilis est impēsa: rē caram rei omniū carissime que in terris sunt largit⁹ ⁊ viri boni ⁊ ciuis egregij functus officio es: q̄uis non ignorē homines: quicquid preter auaritie studium agitur: vulgo tps perditum uocare: cum id demum maxime ueregz sit perditum quod illi studio tribuitur: Et quid scimus an tu quoq; popu lariter perditū tempus uoces? Quod si crederez: omissa incurabilis morbi cura: non iam temp⁹ sed teipsū male perditū faterer. Naz si tempus quod maluerim: deo tuo: non dicaz donas sed restituis: quod sine uera nō geritur pietate: ingenſ atq; inextimabile lucrū scito. Pro paruo eniz temporis impēdio: eternitatē queris: Quis vnq̄ mercator permutatione tam prospera usus est? ℂ Do. Prorsus
L alia mihi perdēdi tpis causa est. ℂ Rō. Nō intelligo quā tu mihi causam dicas: Nā si ppter irā: propter mestitiam: ppter amorē seu aliam animi passionē cogi credis: Falleris. Omniū eadē est ratio: quaz auaritie dirimus: omnes uolūtarie: nulla est violenta. Quod ⁊ sano patet intellectui: ⁊ a Licerone multis in locis disputatū ⁊ creberrime repetitum est. Si nil horum est in causa: quod aliō est q̄ torpor ⁊ ignauia? Sic ad id reuertimur q̄d ait Seneca: Turpissima est iactura que per negligentiā uenit. ℂ Do. Ut amittam tempus mesta necesD sitas me cogit. ℂ Rō. Nonduz capio quid rei sit: Naz si te hostis in vinculis habeat: si mors instet possunt: fateor actus bonos impedire: sed nō pios sanctosq; cogitatus: qui maxime in eo statu eminent atq; effulgent. Quibus eniz curis temp⁹ certe non perditur: nec scio an alibi usq; minus: Que pfecto ⁊ in doliū Reguli: ⁊ in taurum Phalaridis itroire possūt: ⁊ in crucē Theodori Cyrenei. ascēdere. Sic quocūq; te uerteris: in te vnū omissi tpis culpa reflectitur. At uos ex more naturaz accusantes: que uolubile tps fecit: cū hic nō eēt eternitas: in omnibus uosmetipsos absoluitis cuz rei omnium soli sitis. Omne enim fere tempus perditis: immo proijcitis: ⁊ quasi rem vilem abiectāq; contemnitis: quod utinam in virtute saltē aut gloria ponereris: non in summa semper infamia inexpiabiliq; dedecore: q̄q̄ uere: qcqd nō in eos usus uertit in quos datū est: pdituz dici possit. Ad hoc sane nasci hoiez: ad hoc tps dari pstat: ut creatorē suum colat: amet: cogitet: quicquid hinc excidit: perditur haud dubie. Uidete igitur quantū perditi tēporis: quantūcq; nō perditi.

ℂ De aduerso ludo taxillorum. Dia.XVI. ℂ Do. Taxillorum in ludo perdidi. ℂ Ratio. Nō A
t ne tibi dixeram duz vinceres fenus id esse nō lucr̄? ℂ Do. Ludo exhaust⁹ sū. ℂ Rō. hic est ludo illi mos: qui medicis pereriguo igesto plurimū exhaurire: Crede aūt mihi nūc poti⁹ gaudendū q̄ duz falso gaudio exultabas. Melior est acris castigatio q̄ blanda fallacia. Illud te lucellū ad ludi uoraginem uocabat: hoc te damnū ide retrahet. Satius est turpi freno rectū iter agere: q̄ habenis aureis preceps in deuiū agi. ℂ Do. Amisi in ludo taxillorum. ℂ Ratio. Uicisti in ludo morum: si quid egeris profundius attendisti: Alioqn morbo insanabili frustra remedia cogerentur: si ab hoc baratro nec te damnū reuocat nec pudor: ubi rebus nil proficitur: nec quicq̄ vbis aggrediare.

ℂ De sponsa alteri adiudicata. Dia.XVII. ℂ Do. Sponsaz mihi sententia iudicialis eripuit. A
f ℂ Ratio. Ast alijs fraus: alijs vis aperta. ℂ Do. Judiciali sententia sponsam amisi. ℂ Rō. Quidam dolis: ferro alij: quidam quod fedissimū genus: auro ipsas coniuges amisere: Nihil proprium est homini: hinc furta ⁊ insidie: hinc rapine: hinc preces: hinc precia: hinc ultima rerum mors. Per hanc rotam temporalium bonorū dñia uoluuntur: quodq; est vnius fit alterius: mox ad alios trāsiturū. Quod si in rebus utilibus ferēdū in damnosis ac grauib⁹ plaudendū est. Quid miri autem uolui humana? Homo ipse uoluitur ⁊ nō stat: sed ut scriptū est: q̄si flos egredit ⁊ conteritur ⁊ fugit uelut vmbra ⁊ nunq̄ in eodē statu permanet: Tu sponsam quereris amisisse: qui fugiendo ⁊ in horas decrescēdo assidue te amittis. ℂ Dolor. Sponsaz in iudicio amisi. ℂ Rō. In cāpo alij: Tutius est iure congredi q̄ bello: legibus decertare q̄ gladijs. Legisti apud Virgiliū inter illos Lauinie competitores quanta lis: ⁊ quis belli finis. Victorem sponsa sequitur: victum mors: tibi sponsa perdita: salua est vita. ℂ Do. Judex me priuauit B sponsa. ℂ Rō. Adulter aut raptor: forsitan te pri-

uasset. Leuius est sponsam amisisse q̄ cōiugē. In illa enim spes perditur: in hac res. Minor est aūt sperare q̄ possesse rei: siue ut aliter idē: leuior spei iactura q̄ rei. ¶Dolor. Amisi sponsam in iudicio. ¶Rō. Nō amisisti: sed tuā nō ee didicisti. ¶Do. Amisi sponsam. ¶Ratio. Qui amittit coniugem multiplici egritudie liberatur: At qui sponsā: preseruat: utrunq; bonū: sed secūdū melius. Quid ni aūt sit melius: nullum pati vulnus q̄ inflicto vulneri remediū inuenisse? Sed uos animorū impulsu: ut Satyricus ait: & magna cecaq; cupidine ducti coniugium optatis: qō adepti perpetuis tedijs & immortalib⁹ agitetis querimonijs: & tuz facti peniteat: cū nō factum esse nō pōt: cunq; inefficax penitētia & inanis est. ¶Do. Sponsam & spē prolis amisi. ¶Rō. Noli lamēta miscere. Illa enim pars est altera precipitis mortaliū uoti. Sic enim ait: cōiugū optatis: partūq; uxoris. At nō semper placitura sed profutura dant superi. Tenes apud Apuleium Madaurensem: ut latronū lapsa in man⁹ mi sella illa virguncula: vnam triuij in partē ubi periculi plurimū loro flectit eū cui insederat asellus: ille in aduersum nititur: qua securū iter erat: & icautam puellaz in sua damna tendētē tacitus arguit. Quib⁹ ita luctantibus: latrones quos euasisse videbantur interueniūt: a quibus in captiuitatis miserias virgo in suam permitiē studiosa retrabitur: Haud absimilis inter diuinā ꝓuidentiā & humanā stultitiam de itinere vite huius est questio. Illa futuri prescia eo uos agit: ubi dulcia & secura sunt omnia: Nec obnititur ceca gdē & miserijs suis fauens: Inter moras sepe que vitari poterant obsequendo & credendo inopina uos mala corripiunt. ¶Do. Succubui in iudicio & amisi spōsā. ¶Rō. Dignus es uicisse: Nam duobus de vna muliere certantibus: qui mulierē habet is perdidit: qui vicit is est victus: qui vincitur is est victor ac liber.

¶De Uxoris amissione. Dial'.XVIII. ¶Do. Uxorem heu perdidi. ¶Rō. O preposterū ingenium stupendūq; hominē qui uxoris in funere lugeat: saltet in nuptijs. ¶Dolor Uxorē perdidi. ¶Rō. O demens: Hymeneū cane. Nunc est tempus coronatū vinctū uidimus dignioribus iam sertis accingere. Magno prelio uicisti & longa obsidione liberatus es. ¶Do. Uxorē pdidi. ¶Rō. Sic dicis perdidi: quasi qui febrē perdit aut scabiem. Interdū lucri species est pdere. ¶Do. Uxorē perdidi. ¶Rō. Nunq; tibi fortassis opimiorē questū vna lux attulit: Quātis cō pedibus elapsus es: quanto naufragio enatasti. ¶Do. Sed uxorem bonam perdidi. ¶Rō. Solent id quidē omnes dicere: & qui ꝓtrariuz sciunt: Ego aūt & si bona uxor uel omnino mulier bona: rarū mirumq; animal sit in terris: vitande tamē altercationis causa permiserim uxorē tibi qualē dicis amissam: Neq; ideo respondebo quod oliz dū hec eadē questio ageret apud Senecam: respōdi: posse te aliam bonā: uel si feceras facere: uel si ineneras inuenire. Muto sentētiam: Nolo te sepi⁹ rez periculosissimā retētare: quod & si semel bene cesserit stulte repetitur. Litius centū sui similes mulier mala q̄ vnā bonā reperiet. Q̄obrē qui malam habuit: similē timeat. At qui bonā similē ne speret Sed uterq; pariter: ille aduersitatē cumulare: hic ꝓsperitatē suam deformare caueat. Sic in oēm casum secūdo ꝓiugio abstinendū. Tu nunc ergo si ut ais bonā cōiugē amisisti: ꝓterito potius gratulare q̄ futuri spem cōcipias: Neq; q̄ puppe itegra litt⁹ attigeris crebro nauiculā uentis credas. ¶Do. Coniugij vinculum quo tenebar mors dissoluit. ¶Rō. Noli te rursus innectere: cogita q̄ optabilis: q̄q; incōparabilis sit libertas: Et cōsiliū Ciceronis amplectere: Qui uxorē vinacissimā & aduersus quā frustra mortis auxiliū expectādū esset: dū repudio dimisisset: hortantib⁹ amicis ut aliā duceret: non posse simul se uxori & sapientie studio dare operam respondit. ¶Do. Uxorē bonā perdidi ¶Rō. Quid si hoc etiā nō iactura sed lucrum: & magni fuga periculi est: Ut enim sit bonā reperire: cōstantem ubi queremus? Notū illud summi uatis: Uariū & mutabile semper femina. ¶Do. Uxorē bonā ac iuuenili euo floridā amisi. ¶Rō. Paruz ne igit noti feminei mores sunt? Quā multas pudicissimas adolescentulas: impudicas ac lasciuas anus vidim⁹? Ardor nēpe libidinis q̄tiens uetule ossibus incubuit: quasi ignis in ligno arido violētius estuat. Uel instantē ergo vite mutationez: uel ut inde periculū nō esset: uēture utiq; senectuti pōdus ac fastidiū declinasti. Graue iuuenib⁹ cōiugij iugū senib⁹ grauissimū: durū: importabile. ¶Do. Amisi iuuenem uxorē. ¶Rō. Seu proles ex coniugio queritur: seu uoluptas: quorū alterū mariti est alterū adulteri: ad utrumlibet aptior iuuentus Siue his aūt ab uxore perceptis: siue horum alterorum eo illā puenire optabas: ubi inhabilis ad utrū q̄ esset: siue ad hec natura inhabilē senio fieri posse habilem sperabas: quid nisi uotum superuacuum: spes insulsa est? ¶Dolor. Amissa dulci coniuge solus sum. ¶Ratio. Inuidiosa vo solitudo est: magis caruisse comitib⁹. Uacuo nihil mollius est cubili: nihil durius: occupato: animis dulces somnos & vigilias honestas amantibus honestumq; aliquid altumq; uersantibus: Nil egregijs ceptis infestius mulieb⁹ consortio. Nec me fugit quid aduersus hec dici soleat ab his quos miserie delectāt sue: Matrimoniorū ingunt expertes matrimonia condēnāt: Et ut est in puerbio vulgari: Uxorem uerberat qui nō habet: Ego cōtra nullos de coniugio queri solitos audiui: nisi qui sarcinam cōiugij pertulissent. ¶Do. Cōiugē amisi optimā. ¶Rō. Et que optime queq; virorū amantissime videnē ꝯelo ac suspitionib⁹ aliq̄to ceteris acrius inardescūt: quo incēdio cōflagrare pacē domestica est necesse. Quorsum igit querele? Perdidisti uxorem: inueniſti libertatē: celibatū: pacē: somnū requiem. Jam tranqllā sine litigio noctē ages. ¶Do. Sine uxore suz. ¶Rō. Et sine aduersario iam tui rerumq; dñs tuarū esse incipis. Ante lucē lectulo matutinus domo egredi: uespertinus regredi: solus aut cū quib⁹ uoles totos dies agere: nullo rationū exactore permitteris. ¶Do. Uxorē perdidi. ¶Rō. Perdita dudū ac repudiata requies in cubiculū reuocāda erit. Illa tibi uxore qualibet utilior comes. ¶Do. Uxorez bonā ac decorā perdidi. ¶Rō. Stulti ē cōpedes suas q̄uis aureas amare.

¶De importuna uxore. Dia.XIX. ¶Do. Uxorem patior molestā. ¶Rō. Felici⁹ amisisses: At qui mō perditā q̄rebare. ¶Do. Uxorem patior inquietaz. ¶Rō. Primo

labori uenia forsan aut miseratio: secundo nō nisi odiū debetur. ⁊ quē una uxor nō castigat: dignus est plurib⁹. ¶ Dolor. Infestā patior uxorē. ¶ Ratio. In alijs utcunq; fortunā culpes: In uxore aūt ⁊ pcipue altera non aliuz q̄ teipm: hoc tibi malum tu fecisti. ¶ Do. Uxorē patior pcacē. ¶ Rō. Udas succēde paleas: tegulas frange: de reliquo tibi prouisum est: Ita vo cumulate que te domo pellāt aderūt: fumus: stillicidiū atq; uxor. ¶ Do. Perfidam patior uxorē. ¶ Rō. Iā piculo res nō uxor Agamemnonem: uxor Africanū morti dedit ut Amphiareū: ut Deiphobuz: ut Sansonē sileam alios q̄s numerare lōgū ē. Illi qdē pclus inumerabiles: quos uxores nec mori cogūt: nec viuē patiuntur. ¶ Do. Mala mihi nouissima explicas: remediū q̄ro. ¶ Rō. Erūt qui suadeāt ut castiges ⁊ prauos mores ad rectū reuoces: totū te huic vni negocio impēdas: Ego aūt quid: castigādā uxorē si castigando proficias: nō nego: Si id frustra est: sola restat patientia. Hanc amare: quodq; inuitus faceres: uolēs fac. Est Uarronis Satyra: Menippea uocāt: de officio mariti. Ibi de hac re illi⁹ docti viri consilium breue sed efficax his uerbis expsit leges: Uitiū uxoris aut tollendū: idest corrigendū: aut ferēduz est. Et dicti ratio breuis quoq; sed elegans hec affertur. Qui tollit vitiuz inquit: uxorem cōmodiorē prestat: qui fert sese meliorē facit. Quod dictū scriptores alij sic interpretati sūt. Eiusmodi vitiū uxoris: si corrigi nō possit: ferēdū esse: quod fieri a viro salua possit honestate: q̄ vitia nēpe flagitijs leuiora sint: eāq; nō aliam sniam fuisse Uarronis. ¶ Do. Procax ⁊ morosa est uxor. ¶ Rō. Fer mores: si imutari nequeūt: ⁊ q̄liter foris vivas domi disce cū Socrate. Et si ille duas si mul pertulit: alij plures: vni ne succumbas sarcine? ¶ Do. Molestā uxorē habeo. ¶ Rō. Cui vo non possit uxor molesta cōtingere: nisi qui se nuptiis cōstāter abstineat: cū ⁊ Hadriano principi ⁊ quo nil altius nil mitius Augusto: Sabina illi huic scribonia: utraq; cōiunx dura ac peruersa moribusq; asperis digna repudio: Et Catoni Censorio taz rigidi tanq; inuicti viro animi: cū Paula quedā violenta uxor ac superba contigerit: quod mireris: humili etiā orta progenie: ne quis hoiuz speret ignobilitate uel inopia uel oio aliter q̄s ppetuo celibatu pniugij subterfugisse molestias: Sed q̄s fuga nō euaserit: patiētia perferēdas sciat nec luctādo nec calcitrando se torqueat ac iugū sponte susceptū iactabūdus exasperet. ¶ Do. Importunā prorsus ⁊ indomitā fero uxorē. ¶ Ratio. Bñ agis: ferēdū ē eteni q̄ deponi neqt ⁊ si pmat. ¶ Do. Molestissimā hēo uxorē. ¶ Rō. Mēs vñ patiētie laudez quaras: vnde discas requiē optare: vnde peregrinari ames reditūq; oderis ubi uocē exerceas ac bacillū

¶ De raptu coniugis. Dial. XX.

¶ Do. Xor mihi peripitur. ¶ Rō. Uiolentuz oē v molestū patiēti fateor: At res ipsa si per te illā estimes: quaz queso tante molestie causam habet: cum profecto si importuna est uxor: ei⁹ amissio magni oneris sit leuamen? ¶ Do. Rapta est coniunx. ¶ Rō. Si incōmodū corporis curāti premiū debetur: quid non leuanti animi anguores ac molestias debeatur? Siquis tibi medicus tertianā febrez abstulisset: ⁊ gratiā illi haberes ⁊ precium dares: quid nunc facies continuam auferenti? ¶ Do. Rapta est uxor. ¶ Rō. Nescis quid raptori debeas: cura ingēs indecisumq; litigiū vna cū coniuge forsitan ⁊ graue periculuz tue domus limē excesserit. Multi perierūt qui vixissent si uel raptu uel aliter coniugibus caruissent. Inter vite mala nihil peius q̄s intestina discrimina. ¶ Do. Rapta uxor abijt. ¶ Ratio. Si coacta iuit ignoscito: At si uolens: vno actu duplex tibi queriē vindicta. Nā ⁊ adultera suum ad raptorem abijt: ⁊ ille tuum virus suam transtulit in domū. Qualem enim mecho speret que talis fuerit marito? ¶ Do. Uxor cum raptore libens abijt. ¶ Rō. Sine paulum: Alteri quidē alterius fastidium non longa dies attulerit. Si ante flagitium cogitarent homines: nō eousq; precipites ad pectādū esset nūc feruidos appetitus sera damnat penitentia. Nil nisi post factū cernitis: a tergo oculos hētis: ceca frōs est. ¶ Do. Rapta est uxor mihi. ¶ Rō. Hoc genuſ iniurie nec reges euadere potuere: Et Sypha ci Masanissa: Philippo Herodes suam abstulit. ¶ Do. Rapta est mihi coniunx. ¶ Ratio. Quod semel tibi: bis accidit Menelao.

¶ De impudica uxore. Dial. XXI.

¶ Do. Mpudica uxor domi ē mihi. ¶ Rō. Mallē i rapta esset aut etiā iportuna: moribusq; asperis poti⁹ q̄s lasciuis ac turpibus. Ferēda tñ omnia ingenti nisu ingentiq; animo: ⁊ rerum mortalium contemptore. Innumerabiles sunt hominum miserie quib⁹ omnibus vna virtus obijcitur. ¶ Do. Impudica mihi est uxor. ¶ Rō. Pudicitia isignis imperiosas efficit matronas. Nihil metuit que sibi nihil est conscia. Huic malo igitur hoc saltē boni inest: esse iā molesta minus icipiet minusq; insolēs. Lesa enim conscientia femineū pmit animi tumorez: ⁊ sepe obsequētior in religs viro est: que se meminit impudicam. ¶ Do. Lasciua est uxor. ¶ Rō. Non mirandū si formosa: non curādū si deformis. ¶ Do. Uxor ipudica est. ¶ Rō. Pulchra dum limē uxor subit: subire debe: animū illō Satyrici: Rara est adeo pcordia forme atq; pudicitie Nam si turpis insaniat: prope gaudendū est causā adesse diuortij. ¶ Do. Adultera uxor est. ¶ Rō. Adulterium sepe quidem eque ardentius expetiti coniugij: sepe vnū alterius adulterij pena est: eoq; iustior si multoz. Cogita tu vnq̄ alij feceris: vnde hoc tibi fieri ab alio nunc dignuz sit. Iniusta enim atq; impudens est querela: pati q̄ fecerit indignātis: Et ab alio expectare: alteri quod feceris. Lex moralis iubet: Et facere alijs: quod tibi ab alijs fieri uelis: sane adeo digna est: ut illud prophani etiā cogente sententie grauitate atq; equitate laudauerint. Sed mortalis petulantie licentia: legum salubrium abrogatrix: omne fas nefasq; confundit. Itaq; passim adulteri occursant: qui cū thalamos vicinorū cōiugiaq; fedauerint: suas interim coniuges uel in publico cerni nolint: Et sigs in illas oculum deflexerit insaniāt. Sic seuerus alijs: sic indulgens sibi: sic iniquus rez arbiter quisq; est. ¶ Do. Coniugalis mihi fides frangit. ¶ Rō. Uide ne tu hanc alijs non maritis tñ sed uxori tue fregeris. Nam sunt qui ab uxore exigunt q̄ non prestant. Qui lasciuiam suam titulo urbanitatis excusent: alienaz ut grauissimū scelus seueriss̄ime puniētes qui cuncta sibi permiserint: cuncta negent. Iniquissimi iudices qui de pudicitia iudicent ipudici: im-

pune passim agũt oia: ꝛ ceu soluti legibus: uaga libidine rapiuntur. Uxor oculũ parũper inflexerit adulterij rea fit: quasi vo dñi nõ mariti ipsi quidẽ Ille aũt nõ uxores diuine atq; humane domũ socie sed capte ex hostibus aut empte precio sint ancille: cũ ꝛ si obsequij plusculũ fidei nihil plus tua tibi coniunx debeat q̃ tu sibi: Par debitũ: equus amor: mutua cõiugij fides est. Nõ excuso uxores: viros arguo: primamq; illius culpe partẽ tribuo. Persepe enim uxori dux atq; exemplũ lasciuie vir fuit ꝛ inde mali processit initiũ: vnde remediũ debebat: q̃uis aũt pudor femine propius: viro certe prudentia atq; pstãtia sua esse debet. Itaq; ois in viro q̃ in muliere demẽtia animi leuitas: eo est fedior: quo viro debita magis est grauitas. ☾Do. Coniugis adulterio mestus sum. ☾Rõ. Usitat⁹ dolor: uet⁹ iniuria: nec minus crebra. Uir crebrior coniugij q̃ adulterij usus est. Deniq; hoc est: qõ ut ait quidã nec permitti: nec ꝓhiberi põt: quia sci licet alterũ honestas: libido alterũ fieri uetat. Tu ne tibi ergo feminã vnã tuã totã atq; integrã uoluisses: quod nec ferocissimis tyrannorũ: nec regum maximis potuit tua etate cõtingere nec priore potuerat? Mitto recentia: ne quos forte pũtium offẽdam: Tutius est Herculẽ ferire q̃ villicũ. Nec vo cuncta ueterũ attingam: Formidatissimorũ summorũq; hominũ fame parcaꝫ. Nosti aũt hisq; uel in silentio gemitũ tuũ frena: aliogn urbẽ lustra scrutare vicinã: dextera leuaq; aderunt qui uel negletũ geniũ calcatãq; thori fidẽ lugeant uel ignari soli vulgo noti decoris rideant. Crebriora illa quidẽ nunq̃q; non auribus modo sed oculis: quocunq; terrarũ perrexeris defutura. At maioribus maior inest cõsolatio. Reges cogita quos vidisti ac terrarũ dominos: debinc scriptis famaq; cognitos recordare. Respice ꝛ Arthuri fabulam ꝛ historias reliquorũ: In mentẽ redeat Olympias Philippi: Cleopatra Ptolemei: Agamẽnonis Clytemnestra Menelai Helena: Pasyphe Minois: Phedra Thesei: ne ue ipsaꝫ urbẽ romã oliꝫ quoq; dũ quod dã quasi pudicitie templũ esset mali huius exptes credas. Redeat ad memoriã Metella uxor Sylle: illius qui se eius nosset adulteria: nõ tantũ rome: perq; omnẽ Italiaꝫ vulgata: sed que Athenis etiam per greciam cantabant: minime ut arbitror felicis nomẽ sibi prorsus idebitũ usurpasset. Post hanc Julia Agrippe: quam hinc a flagitio viri virtus: hinc maiestas pũis absterssisse debuerat: simulq; huius filia ꝛ nomine ꝛ lasciuia matri par: harũq; seu vite seu fortune uestigijs herens Julia Seueri: non sat pudicitie faustũ nomẽ. Quid Domitiani coniugem Domitiam? Quid Herculanillaꝫ Claudij: seu quãdo hic adulterarũ fortunat⁹ cõiugũ princeps fuit: eiusdẽ Messalinã summũ imperij probrũ loquar: que secordem virum ac cesareũ deserens cubile: noctu lupanaria circuibat: illa faciens que referri etiã pudor prohibet? Quid has ego: quidue alias stringã: seu quis fornix angustis meretricibus nõ angustus sit quaruꝫ cõmemoratio fateor: nec honesta est: nec ulla ex parte adulterij crimẽ leuat: quin potius grauat? Habet tamen haud spernendã consolationis efficaciam similitudo conspecta miserie ac paritas erũnarũ: nõ quod alieno quisq; nisi maliuolus delectetur malo: sed q̃ humilioris fortune hominẽ idignãter pati que totiens mundi dños passos nouit: uel nõ ferenda mollities: uel superbia videatur. Toleranda cuiq; sua sors. Illa equius: quã cõmunẽ paruis constat ac maximis inuidiosissimisq; mortaliuꝫ. Proinde non hominibus tñ nuptas: sed deo etiam despon satas: i hec flagitia labi solitas vides: Ac ꝓhpudor nec tanti sponsi reuerẽtia: infelicem precipitẽq; aiam frenat. Cui autem parcet effrenis ac rabida libido: que nec celo parcit nec celestem metuit vindictam seu quib⁹ abstineat: que nec deo sacris coꝑibus abstinendũ censet? Nec vo tantũ hac etate monstra hec tam feda libidinũ cernuntur q̃uis nulla vnq̃q recto iudicio fediora esse potuerint lesiq; maioris irã merita: Sed euo illo quo ita prodigũ scelus erat: ut nunc virtus visa equidẽ ac punita noscuntur. Uirgines ipse uestales quaꝫ exactissime castitati tribunitiaꝫ ac censoriam potestatẽ cessisse non puduit quas suorũ triumphantium curibus insedisse: ne quoq; forte triumphus impediret quas postremo noxios casu obuios a supplicio retraxisse: legumq; ꝛ capitalis sentẽtie vim fregisse sola virginitatis maiestate cõperimus: quaꝫ preterea ex diuerso non facinus tm turpe: sed habitus aut sermo liberior: pena graui atq; infamia nõ carebat: ꝛ honoris tñ ꝛ decoris immemores: ꝛ terroris incesti ue dãnateq; ꝛ defosse sub terrã viue per historias occurssabũt. Jnuc tot exemplis ꝛ tã claris ꝛ tã sacris obrutus in tanta pudicitie ruina: tot probris illustriũ concussam paululũ humilioris cubiculi fidẽ dele. ☾Do. Uxor adultera est. ☾Rõ. Jd nonnullis mutande in melius vite causa fuit: qui maritali cõpede liberati: reiectoq; graui fasce ire altius ceperũt. Quid te uetat cõiugis feditatẽ primũ quoq; tibi gradũ facẽ ad vite liberioris ascensum? Sepe ꝛ pondus: sepe ꝛ comes pedes expeditissimos retardaruit. Jbis oci⁹ quocũq; decreueris solus ac uacuus. ☾Do. Turpitudine uxoris infamor. ☾Rõ. Ex alieno peccato dãnũ dolorq; nasci potest: nõ infamia: sicut ex aliena virtute gaudium: non gloria: tua te virtus aut vitium glorioſum efficiet aut infamẽ. ☾Do. Coniugis uxor infamia. ☾Rõ. Uel sile: uel fuge: uel ulciscere. Mediũ fecit ille vir sanctus nactus de simplicitate cognomẽ: ꝛ profecto primũ molle nimis: tertiũ predurũ: mediũ honesti humaniq; consilij videatur: bis pfertiꝫ quoꝫ media itidẽ est fortuna Nã supbis potẽtib⁹ frustra lex ponit. Uolũtas: libido: ira: impetus: he potẽtis insolentie leges sũt. Omne vulnus ferro rescindẽdũ putãt: multa sunt aũt que nõ ferro egeant sed fomẽtis. ☾Do. Impudica est uxor. ☾Rõ. Si pati eligis: etas fortassis illã franget: ꝛ labor: ꝛ filij: ꝛ morbi: ꝛ reifamiliaris angustia gbusdã frenũ utile pudor fuit. ☾Do. Uxor infamis abijt. ☾Rõ. Opta ne redeat: ne abierit serũ uotũ. ☾Do. Uxor adulterum est secuta. ☾Rõ. Malles ne tuũ in cubiculũ adulterũ induxisset? Hic saltẽ pudor ipudice fuit turpẽ vitã procul agere: pepcit oculis erubuitq; presentiaꝫ tuaꝫ. Impudicitiã potes accusare: nõ fugã. ☾Do. Feda uxor abijt. ☾Rõ. Si de hoc doles: dignus es ut mãserit: dignus ut redeat.

☾De uxore sterili. Dial'. XXII. ☾Do.

Sterilis uxor est mihi. ☾Rõ. Unũ coniugalis incõmodi remedium sterilitas obse-

quiosas facit atq; humiles. Que plurimos parit: iã nõ uxorẽ se credit esse sed dñam: sterilis aũt flet ⁊ tacet. Annam Helcane meministi. ¶Do. Uxor mihi sterilis obtigit. ¶Rõ. Modo de cõiugis impudicitia q̃rebaris: nunc de sterilitate ꝓquereris. Atqui si ea q̃rimonia iusta fuit: hec iniusta est. Expedit impudico viro ut sterilis uxor sit: nõ pascet filios alienos: quod est in omni uxoris iniuria ac feditate durissimũ: si miserũ uxor adultera: miserrimũ ⁊ fecunda. ¶Do. Uxor est sterilis? ¶Rõ. Quid ergo: tu puerperã eiulãtẽ audire ⁊ nutrices litigãtes ⁊ uagiẽtes infantulos maluisses? Steritas oĩa tedia hec submouit. ¶Do. Sterilis uxor est. ¶Rõ. Uide ne: quod multi faciunt: vitiũ tuũ alteri obijcias. Multe vni viro nuper vise steriles nupte post alijs peperere. ¶Do. Sterilis ẽ uxor. ¶Rõ. Quid scis qualem tibi filiũ pareret si fecũda esset? Quarundam partus fecunditatẽ odiosaz ⁊ sterilitatẽ fecit optabilẽ. Nõ tulisset imperiũ romanũ portẽta illa feralia: Caium: Caligulã: Nerõnẽ: Cõmodũ: Bassianũ: si Hermanicus: si Domiti⁹ si Marcus Antoninus: si Septim⁹ Seuerus aut nullas uxores aut steriles habuissent.

¶De Filia impudica. Dia.XXIII. ¶Do.

A Delicata nimis est filia. ¶Rõ. Duas se habere filias delicatas: sed ferẽdas tamẽ: rẽpublicã scilicet ⁊ Juliã dicere solit⁹ fertur
d Augustus Cesar: Julieq; animũ letũ quidez usq; ad speciẽ ꝓcacitatis sed reatu liberũ. Jn utraq; tñ ita sentiens princeps sapientissimus fallebat: Nã ⁊ respublica iã pridẽ ab illa sua prisca virtute fornicari ceperat: ⁊ filia nõ tã delicata q̃ probris solũ patrẽ latẽtibus deformata erat: qua tandẽ sero licet erupere: Secũdũ tamẽ hãc sentẽtiã delicata potest esse filia sed pudica. Quod ut permiseri: ne gari illud certe nõ põt: Pronũ ⁊ breue iter ad impudicitiã esse delitias. ¶Do. Filia lasciuire incipit. ¶Rõ. Occurre principijs: dura ferro: tenera digitis conuelluntur. Qui sibi uel alteri habitum querit: a teneris annis incipiat. Facile ⁊ tractãtur mollia ⁊ flectuntur. ¶Do. Lasciuire incipit filia.
B ¶Rõ. Lautas dapes ⁊ uestes illi molles ac fulgidas: anulosq; ⁊ armillas detrahe: ⁊ quicquid est aliud quo ⁊ ipsa sibi placeat ⁊ placere alijs studeat. Obijce illi domesticas curas: pensa: acus ⁊ colos: ⁊ si qd est operis qõ suaues ac molles manus in callum duret. Seduc eam a spectaculis: a ꝓcursu populi. Festis etiã diebus illam domi contine: Nullus uagis ac discolis cogitatibus tpꝰ linque. Occupatio ⁊ labor ⁊ incultior habitus ⁊ victꝰ asperior ⁊ secessus: inq; vnũ aliquid iugis intentio: Ad hec testis charus ac uerendus frequẽs admonitio: dulces mine: ⁊ si quando res exigat aspere: Hẽ sunt castitatis aduersus impudicitiã fere ac uectes: qui ⁊ insultãtes ocioso animo passiones arce
L ant ⁊ ingressas eijciant. ¶Do. Filia impudica est. ¶Rõ. Ecclesiasticũ consilium: Super filiam luxuriosam confirma custodiã: ne qñ faciat te in obprobriũ uenire. Et si aũt nihil pene tristius pati possiꝫ modo tamẽ paterni officij nihil omiseris: Est vnde mestum te soleris. Tuus enim põt esse dolor: sed nõ pudor quidẽ nec crimẽ: Nã precipites in libidines animũ frenare difficile est ualde: ⁊ nisi deꝰ ipse manum adhibeat: impossibile homini. Tantꝰ est enim impetus tanq; effrenis: ut contra eũ frustra sepenumero parẽtes: frustra ⁊ fratres: frustra etiã ipse vir laboret. Neq; id mirũ cũ sit scriptũ: Aliter non possum esse cõtinẽs nisi deus det. Neue hinc pudicitie excusatio ulla sit: dat hoc deus pia fide poscentibus: quodq; in se est annitentibus ac sciẽtibus cuius sit donũ: riteq; ⁊ ipsum estimãtibus ⁊ auctorem. ¶Do. Filia adultera est. ¶Rõ. Si nupta: habes participẽ generũ doloris: Habes ⁊ ipsum Cesarẽ Augustus ⁊ iniurie comitẽ ⁊ ultionis exemplũ.

¶De aduentitio dedecore. Dia.XXIIII. ¶Do.

Lieno crimine infamor. ¶Rõ. Dicebam A
a modo ⁊ sic est: Alieni te criminis dolor attingere potest: nõ infamia. Ueruz loquor. Falsa eniz ut sit dura: durabilis nõ erit: ⁊ infamiã ⁊ gloriã ut longeua sit: tuo tu quidẽ ex agello animi propria vitẽ falce messueris. ¶Do. Alieno crimine mestus sum. ¶Rõ. Credo hercle. Esto autẽ tua letus innocẽtia: nisi magis alieno tangeris q̃z tuo: nõ ut patrimonij hereditas sic ⁊ fame est: ⁊ si esset repudiari posset. Onerosam ⁊ infamẽ heredi tatẽ adire nemo cogit: Nũc ut dixi: nominũ succes sio nulla est. Nulli agnationũ aut cognationũ gradus hac in re: seu tu clarum tibi: seu tu fuscũ nomẽ optaueris: a te illud nõ ab alio petendum erit: tuis opus est meritis: Est qñ quidem alienis nec fedari potes nec ornari. Quid tabellionẽ aspicis: quid testantẽ: quid amãtissimo clarissimoq; seni tuo fidis seu quid horres obscurũ: nec uerũ decus inde nec dedecus? Nõ legat fama sed querit. ¶Do. Meorũ grauor infamia. ¶Rõ. Jmmo quidẽ tua te premit opinio humane miserie radix ingẽs. Pone illã falso fasce leuaberis. ¶Do. Meorũ criminib⁹ infamor. ¶Rõ. Nego id quidẽ fieri posse: sed ut fatear: prestat tamẽ alienis te flagitijs infamẽ esse q̃z alios tuis. Multo est enim grauius peccati pondus q̃z infamie: ubi peccatuz illic miseria uera est. Contra aũt: falsa infamia uere miserie nihil habet falsa glia: plebeios licet aios: Illa pũgat: hec mulceat. ¶Do. Meorũ ifamia nõ tãgi nequeo. ¶Rõ Tãgi pitũ: sterni miserũ. Proinde dũ reliquie spei sunt sũmo studio tuor fame atq; inde suscepte perturbationi tue ꝓsule. Si spes ois abierit: illis omissis sollicitudinẽ atq; angores deponẽdos censeo: Nã ⁊ incassũ niti ⁊ tristitie materiã aucupari par demẽtia est. ¶Do. Seruilib⁹ pbris notor. ¶Rõ. C
Meritã patiẽtie penã luis: cũ diluere notã possis scelerũ pulsis auctorib⁹. ¶Do. At meorũ qui tam facile pelli nequeunt uor probris. ¶Rõ. Quorũ queso? Jã parẽtũ castigatio: filijs nullo iure ꝓmissa est. Jnde tibi igit nihil infamie: quin potius recto iudicio quasi quidã fulgor ex tenebris nasci potest: Nã cũ virtutis ꝓprium difficultas sit: multo difficilius est obscuris q̃z claris ducib⁹ rectum iter tenuisse. Sin uxoris: qd hic vo te agere oporteat: ⁊ quorũ pro remedio meminisse: paulo supra monui. Si natorũ: respice qui viri quos filios habuere. Fabius Maximus ac Scipio African⁹ ⁊ Põpeius magnus: (Nõ enim imperij atq; opũ: sz etatis ⁊ glorie sequor ordinẽ): Quẽ aut Uespasian⁹ ultimũ: aut Aurelius Antonius vnicũ: aut Seuerus primũ: Quos in genere alio Portẽsius ac Licero: Quã postremo filiã August⁹ Cesar: Aut quẽ filiũ Hermanic⁹: magna de luce magnas tenebras videbis ⁊ intelliges hoc ꝓlis infortunium: nescio

quidē vnde sed in maximā quanq; familiā suo iure familiarius scādere: ⁊ cuiq; suas comicas domi esse uel ignotas vicinie uel neglectas. Nec fratrum nepotūq; deerāt exēpla. Illa posui quoz pro pioz ⁊ grauioz videri pudoz solet. Omni tū vna est regula. Alteri⁹ quisquis ille sit: maculas inuito alteri nec affigi posse nec herere.

¶De infamia. Dial'. XXV. ¶Do.

A Ea premoz infamia. ¶Rō. Timui tua ne m conscictia premereris. ¶Do. Infamia premoz graui. ¶Rō. Si iustā nō ifamiā sed infamie causam defle. Sin iniusta: errores hoium alto aio proculcās: tua te cōscientia solare. ¶Do. Graui infamia laboro. ¶Rō. Uentoso fasce suspiras: sic suapte natura leuem sarcinā ferētis imbecillitas grauē facit. ¶Do. Grauis in meū nomen surgit infamia. ¶Rō. Refert qbus orta radicib⁹ si ueri viuet: augebitur: alioqn mox aresset ac defluet. ¶Doloz. Magna mihi infamia cōflata est. ¶Rō. Bene ais. Flatus est enim fama: Sepe ēt impuri oris qui uos adeo quatit ac territat. Atq magna infamia: magne fame pncipiū multis fuit. Puduit vulgus: ⁊ ut iure suo errori adheret erro rē rebusq; moduz cunctū excluderet: modicā infamiā imodicis laudibus tandē vicit. ¶Do. Multa vndiq; pulsoz infamia. ¶Rō. Circūflantib⁹ uētis in portū redi: ⁊ ab auriū pcellis in cubiculum cordis ingredere cui si tranqllitas sua est: habes ubi iurgiorū fessus requiescas: ⁊ ut dici solet: in si B nu gaudeas. ¶Do. Fusca fama: conscientia clara sum. ¶Rō. Tu ne igit fama eē clarissima: cōscientia turpi cuperes atq; obscura? Ita ne penit⁹ uerū est illud Flacci: Falsus honoz iuuat: ⁊ mēdax infamia terret? O rem uanaz: uera quidē ⁊ iuuare possunt ⁊ terrere: vmbras metuere non est viri. ¶Doloz. Infamie sarcina ingens est. ¶Ratio. Si flagitio collecta: grauis fateoz: si casu facilis: si honesti studio gloriosa. Siquidē bonis artibus quesita infamia laus est. Insultent fatui: tu exulta lucro nobili: virtutē nēpe rarissimā mercē: magno licet ⁊ quo nullū maius fame precio cōparasti. Is virtutis cultoz uerus est qui in illa nihil penitus pter illā cogitat. Sed cū reliquorū clarus: tū clarissimus est ptēptus fame virtutis studio suscept⁹ cū profecto fama viris fortibus: nō auro tantū sed vita etiaz sit charioz. Qui amore virtutiſ hāc spreuerit: is spreturus oia credi debet: qō preclaz sed perrarū: scito quādogdē magna pars eorū qui videri uolūt virtuti operā dare: fama eius apphensa: sic confestiz in actione lentescant: ut intelligi deē vnū hoc illos qō apprehenderint itēdisse. ¶Do. C Multi grauiter me infamant. ¶Rō. Plures oliz Fabiū: ⁊ grauius plures etiā Africanū: que res illis eximiā in gloriā uersa est. Cōmunē cū talibus sortē queri desine: paucissimis accidit: omni sempiternā ifamia caruisse. Delicatissima res est fama hois: ⁊ que sepe rubiginē leuibus contrahit ex causis. Et ad summā: ut nil clarius fama est: sic nil obscurari pronius: nilq; peregrinarū ut sic dixeri: capaci⁹ impressionū. ¶Do. Graui uroz infamia. ¶Rō. Pestis hec uerēdis maxime infesta nominibus: viris quoq; sanctissimis non pepercit: quoruz princeps ois expers culpe: ⁊ ipse tamē ab impijs infamatuſ ostendit mali huius immunitatē: que nec deo obtigisset: hominib⁹ nō sperandā. ¶Do. Dura atteroz infamia. ¶Rō. Uirtutē iuidia nō tēptari vir possibile dixerim: sufficiat nō cōuelli: siue gloriā cum obtrectatione collidi: si pura si solida est: splendescet attritu. ¶Do. Acri uexoz ifamia. ¶Rō. Uulgaris aura cecis ignorantie pulsa turbinibus summa reruz cacumina uerberat: sed non quatit: uel si quatiat: non euertit. Excellētie tibi cuiuspiā signū sit: in vulgi linguas quas scopulos icidisse. Humilia enim ⁊ circa terram depressa nomina nec pclare laudis lumē excipiūt: nec magne infamie tēpestatē: Sepe quod spernitur ⁊ quiescit. ¶Do. Male de me vulgus loquiē. ¶Rō. Bene qz i linguas Nō in calamos incurristi: Uebemēs sermo vulgi est at minime diuturnus: Leuibus aut falsis orta causis breuia sint oportet: tacebūt cū multa latrauerint. Fatigari citius solēt qui cepere feruentius. ¶Do. Uulgi liguis eragitoz. ¶Rō. Quid si oratoris aut poete insignis in stilū ipegisses? ut multi oliz quos infames posteritati traditos inimici eloquentia videmus ut sicut nobile mihi suspiriū Alexandri regis: Homerū Eacidē inuidētis: sic met⁹ nobilis Alexandri principis videaē litteratos diſertosq; viroſ ne qd de se asperū scriberēt formidātis: q̄q̄ nec īratis obtrectationib⁹ succūbēdū: sed uel pari stilo refellēda calumnia: Qō Tulli⁹ Crispo: qō Demosthenes Eschini: qō innumerabilib⁹ fecit Cato: uel insigni fiducia ⁊ oē theatrū superāte animi testimonio resistendū esset: dicendūq; qō Caluo Catinius perorante: Nō quia ipse diserto idcirco ego dānandus suz: At nūc periculi nihil est Siquidē vulgus ut multū strepat q̄diu tamen id faciet: cito uel uolens uel coactum desinet. Ueniet dies que strepidulis bis cicadis loquacibusq; silētiuz pacis ponat. ¶Do. Malā famā apō vulgus habeo. ¶Rō. Ut apud teipsuz: utq; apud bonos bonam ac perpetuā ueraq; bēas enitere. Nempe ista quam quereris euanescet. Inane gen⁹ ac trepidū mortales: qd ad uos uel adulantiū uel detrahētiū breue istud ⁊ obscurum murmur? Ueniēt qui liberius iudicent atq; equius. Et qui sunt inquies hi iudices? Nosce illos nō potestis: sed ab illis nosci. Illos dico qui post uos nascētur: quos nec uestri odiū nec liuoz: iā nec amoz nec spes torserit aut metus. Si uestrarū estimationē rerū ac sententiaz īcorruptā vultis: hos iudices expectate breuis est mora: properāt ecce morq; aderunt. ¶Do. Infamiam factis egregijs ⁊ virtute ptraxi. ¶Rō. Est ubi amoz damnis alit: crescitq; laborib⁹: inq; amaroz: dictu mirū: ⁊ maligno solo radices agit altius: vnde fit ut factionū amātissimos sepe illos videaſ qui multa ⁊ grauia pro factionibus passi sunt: Nota quidē ⁊ nimiū trita res uestris in urbib⁹. Proīde nemo uel iustitie uel ueritatis amātioz: q̄ qui pro hac flagellis sese obtulit ac morti. Et tu igitur virtutē ama: magisq; ac magis illam cole: pro qua famā rē pulcherrimā atq; charissimā amisisti: pro qua nō leue suppliciū fers ifamiā: perditisq; ⁊ spretis oīb⁹: eāipsā quā tibi nemo vnq; eripiet virtutē solā solus amplectere: atq; illi dicito: Nec quidem O regina pro te uolēs patioz: tu me in integrū restitues aut certe vna mihi pro oībus satis es: Tu me sola sinu pio refoue: sic non fame tantū sed vite quoq; damna non sentiā. ¶Do. Uulgo passim in triuijs laceroz. ¶Rō. Boni consule. Notū te vulgus faciet: clarū virtus: conscientia securū.

¶De quesito ex indignis laudibus pudore. Dia.XXVI.

¶Do. Audasse arguor indignū. ¶Rō. Malum quidem e bona sepe orīt radice. Boni enīz
A I z innocui quales ipsi sunt:tales alios opi nant. Hinc ad laudandū equo etiā proniores sunt Et q̄uis indignū laudare malū fatear:vituperare tñ immeritū multo est peius. ¶Do. Laudaui idignū. ¶Rō. Si id sciēs:reprehēsibilis. At si ignoräs excusabilis. Minus est maluz falli q̄ fallere: Falli enim alienuz:fallere autē ꝓpriū fallentis est crimen. ¶Do. Aliena laus in meā uergit infamiā.
¶Rō. Immo quidē tua:uel culpa:uel ignorātia. Ex alieno enīz ut lauſ:sic infamia nulla est. ¶Do. Laudasse indignum ualde doleo. ¶Rō. Uide er
B go ne idipsum sepe doleas. Laue ne temere ad laudandū vituperandūq̄ prosilias. Est enīz utriusq̄ rei libido:z ut dicā ꝓprie:morbus ac pruritus quidam lingue mobilis z quietis inscie: Cuius frenū ac custodia inter opera perfectionis eximie numerant:dicente scriptura: Siquis in uerbo nō offendit:hic perfectus est vir. Qua in re nimis sepe fallimini. Et heu nimis illud eiusdē Apostoli uerum fit:q̄ linguā nullus hominū domare pōt:inquietū malū. Ad mentiēdū ergo quotidie uos illa precipitat:quos hinc suus urget impetus:inde falsa rerū species trahit. Sūt enī qui aspectu uel eloquio vitia morū tegūt:Quod de Alcibiade accepim⁹:de multis vidimus. Sūt qui virtutes uelo occultant ꝓtrario:seu id natura vultus scilicet aut sermonis austeritate insita:seu etiā arte quadaz studioq̄ ad uersus id q̄ vulgo cōcupiscīt adhibito. Nam ut multi qui se bonos:sic aliqui qui se malos fingerēt sunt reperti quo uel humani fauoris pestilentē aurā:uel inuisam honorū tēporaliū sarcinā declinarēt: Quod de Ambrosio lectuz est:Accedit amor atq̄ odiū:accedit ira z inuidia:spes z metus affectusq̄ animi uarij z occulti:hisq̄ ipsis iterdū quorum sunt incogniti: semp aūt iudicij ueri hostes. Accedit q̄ viuentis laus diuino eloquio ꝓpter vite mortalis incōstantiā ꝓhibēt:quāto igīt magis vituperatio. Deinceps itaq̄ ad laudandū tardus:
C ad vituperandū tardior ueni:cū uterq̄ enim:ut dixi:malus error sit:peior est ultimus. ¶Do. Laudādo immeritū erraui. ¶Rō. Errādo dicīt: z sepe error vnus multis obstat erroribus:dūq̄ erras semel pudet:ne similis itez error obrepat occurrīt. Laudasti incaute:linguā frena:Hoc boni saltē illi insit malo. ¶Do. Indignum laudasse pudet ac penitet. ¶Rō. Pudor z penitentia z dolor scale sunt z gradus quidā ad resipiscentiam z salutem. Pauci sunt qui ad rectuz iter nisi per deuia multa cespitando pueniāt:multosq̄ ideo uoluptatis sernos in iuuentute vidim⁹:qui vtutis amici in senio euaserunt.

¶De amicis infidelibus. Dia.XXVII. ¶Do.
A E amicis queror. ¶Ratio. Quid hic ho
d stibus faciat qui de amicis querimoniā instituit? ¶Do. Amicos experior ifideles. ¶Rō. Impossibilem rem narras. Ne forte autez amicos crediderīs qui nō erant:nempe id nō modo possibile sed cōe est. ¶Do. Infideles sunt amici. ¶Rō. His querelis plenus est orbis terre: Uerum amicitia infidelitasq̄ nō coeunt. Qui infidelis esse incipit:desinit eē amicus:seu quod poti⁹ ut

crediderīz:nunq̄ fuit. Cūq̄ omnis virtus immortalis sit:omnis fictio eui breuis:nō fides est sublata sed fictio. ¶Dolor. Infidos experior amicos.
¶Rō. Amici falso habiti: si nūc primuz infidelis animi latebras pādunt:erroris tui finē letus aspice:z caueto interim ne morbi cōtagia in te serpāt: Sed quicūq̄ illi fuerint:tu amicitie fidē serua:z si nō ꝓpter imeritos:at ꝓpter te meritū aliena peste nō infici:quod libentius facies:si quātū tibi displiceat illorū perfidia:ipse tecū acriter excusserīs. B
Sepe vitij odiū:calcar ad virtutē fuit. ¶Do. Immeritus amicorum odia ꝓtraxi. ¶Rō. Odiosi ciues:odiosi socij:odiosi cognati: odiosi coniuges: odiosi fratres:odiosus demū patri filius z filio pater. Et ad summā:nulla necessitudo est que nō odiis esse possit infecta. Sola quidez amicitia sincera mali huius ignara est. Interq̄ hāc z reliquas hoc interesse diffiniunt: q̄ ille omnes adiūcto odio durant nomēq̄ suuz retinēt:huic vni nō modo si odium accesserit:sed si amor absceserit: amicitia iam nō est:neq̄ vo magis odiosus amicus esse potest q̄ amor etiā odiosus. ¶Do. Perfidos patior amicos. ¶Rō. Si quid spei reliquū perfer:dū in fidē C
redeant z ardēter ama. Multi enim tepido amore amicitias extinxerūt:aut parū fidēdo ꝓfidiā docuere. Si nec ita proficis: spesq̄ omnis interijt: utere ꝓsilio Catonis:qui amicitias que nō placēt: sensim dissuendas censuit:nō subito discindendas ne geminuz graue damnū simulq̄ z amici perditi videant z quesiti hostes:nisi forte acrior casus ac more impatiens maturo consilio uti uetet:qui si incidat:inter erumnas amicitiarū ultimas numerandus erit ferendus tamē alto animo:ut reliqua cedēdū q̄ necessitati z parēdū tempori:Sed hic casus uere vir amicitie tūc notus est.

¶De ingratis. Dia.XXVIII. ¶Do.
A Ultos expior ingratos graue vitiū. ¶Rō.
m Ingratitudinē vituperare supuacuū:oium nēpe mortaliū hāc sermo ꝓdēnat. Nō ē laborādū ut suadeas:q̄ oib⁹ psuasū est z inextirpabiliter insitū. Est qui sūmū:est qui soluz in vtute bonū locet:est qui neutrū sed in uoluptate virtutē hoste ponat oia. Sūt qui castitatē pulcherrimū ornamētū vite dicāt. Sūt qui hāc ipsam in se spnāt: In alijs vo uel ridiculā uel difficilē certe lōgeq̄ laboriosā putēt: Q. Augustin⁹ tāt⁹ vir futur⁹ in se sensit ubi Ambrosij celibatū laboriosū sibi visum ait: qui alijs nō laboriosus mō:sed dānabilis vite status visus erat. Uñ illud Platonis: Qui cū celibē castāq̄ vitā diu tenuisset: ad extremuz sacrificasse legīt nature:ut sibi illā placaret: quam sic viuēdo violasse z in quā grauiter peccasse videreī. Mirū id tā docto homini videri potuisse:sed visū eē non est dubiū. Erūt quoq̄ qui fortitudinem eminētissimā clarissimāq̄ virtutē ducāt: Uulnera aduersis excepisse pectorib⁹:cāpū rutilo sanguine cruētasse itrepidisq̄ demū animis mortem oppetijsse. Erūt B
qui hec oia sūme tribuant isanie: z nil meli⁹ securo atq̄ ibelli ducāt ocio. Ueniēt deniq̄ qui iustitiam gubernatricē rerū humanarū z virtutū mīrez censeāt:qui religionē iter ad eternā vitam credāt z ad celū scalā. Ueniēt ꝫ qui iustitiā ignauie:religionē amētie ac supstitioni ascribāt: Hi sunt de q̄b⁹ scriptū est:q̄ vis habēt in viribus:qui oia viroz fortiū esse ꝓfirmēt. Neq̄ solū ex hoc genere violentoruz

hominū raptorumq; sed ex ipsa doctorū acie: quā
tos oppugnatores habeat iustitia facile ē in libris
reipublice Ciceronis aduertere. Sunt qui fidez t
promissorū obseruantiā magnis t meritis laudi-
bus efferant. Sunt qui fidē frangere nō fallere di-
cant esse: sed plus sare t esse ingenij. Que lz vulgo
multorū hodie sit opinio t multorū uox: apud La
ctantiū nominatiz Mercurio tribuit dicenti: sicut
ille ait: Nō fraudis eē decipere sed astutie. Pul-
B cher enim ingenij deus t eloquij. Et ad summam
nulla virtus taz laudata est quin vituperatores in
ueniat: Ingratitudinē nulla barbaries gentium: nul
la morū immanitas nō laudabit: nemo usq; nō vi-
tuperabit ingratitudinē: Sit fur: sit sicarius: sit p-
dito: sit ingratus: vitiū suū excusare non audebit
sed negare. Que q̄uis ita sint nihilominus tamē
innumerabiles sunt ingrati. Nec est fere vitiū aliō
quod tā multis uerbo dānatuz: tā multi reb⁹ ipsis
amplectantur ac teneant. Quid ꝓcludā? Dānan-
dū utiq; nō solū uerbo sed animo maxime atq; iu
dicio t in se: cuiq; bono fugiendū ac vitandū: in al
tero tolerandū: sicut cetera quib⁹ humanum scatet
genus: quibus mali abundant: boni exercentur.
Perfer igitur t gaude potius ingratum ferre q̄z
C igrat⁹ fieri. ¶Do. Ingratos multos inuenio. ¶Rō
Uide nequid in te culpe sit. Multi enim dū benefi
ci dici uolunt iactatores sunt atq; exp̄obratores.
Onerosum genus quorum beneficia plus offēse
p̄ferūt q̄z gratie. Idq; nihil est aliud: q̄z p̄cio odi
um parere: Mercimoniū insanū. ¶Do. Bene me-
ritus multos male memores t ingratos patior.
¶Rō. Tu ne hoc illis inuidez: tuamq; cū illorum
sorte cōmutatā cupis? Noli obsecro cuiuscūq; sit
vitiū: virtus tuaz ueniat in partē. ¶Do. Multos
habeo ingratos. ¶Rō. Quid expectas audire be
nefacere ut desinas: deq; alteriuz culpa tuū ipe dā
nū facias? Quin tu potius contrarium fac: t qui
multos habes: cura nunc etiam ut habeas plures
Habebis aūt si multis bñfeceriz. Multi enim sem
per ingrati: sed plures hodie: uereor; ne cōfestim
gratuz esse portentum sit: Ita indies retro eūt om-
nia. Ea petentium improbitas: t ea debentium
obliuio atq; superbia est: neq; ideo desistēdū neq;
cecorū emulatione eruendi oculi quos potius fa-
cere debet aliena cecitas chariores. ¶Do. Mihi
multi sunt ingrati. ¶Rō. An tu multis idē fueris
recordare. Una eniz ingratitudo aliā punit: sicut in
reliquis vnū sepe peccatū alteriuz pena est. ¶Do.
D Multis ingratis ꝓfui. ¶Rō. Multi idignis ꝓfu
isse sati⁹ q̄z vni digno defuisse. Proide pge neu ma
lorū odio bonos mores exuas: nec ꝓdesse alijs ces
ses qō ab alijs male sit cognitū. Cognoscēt hi for
tasse melius: si ne id qdē: nosse deū: nosse te satis ē
Nō est uera virt⁹ cui conscientie p̄miū nō sufficit
¶Do. Profuisse multi felicit̄ cessit. ¶Rō. Cauе
ne vnius crimē obsit alteri: quodq; est grauius ti-
bi. Experire alios cedet forte felicius. Quidā p̄e
terea diu ingrati urgēte aium pudore: tandē fuere
gratissimi magnoq; cū fenore spes amissa redijt.
Ad hec sepe quod requisit⁹ debitor negauit ultro
nō debitor obtulit: Nullū bonum op⁹ vnq; perijt.
Qui bene agit ante alios se cogitet. Una quidem
virtus multis ꝓdest sed prima t maxima ps vir
tutis in agētē redit. Itaq; ut mali omnes t ingra
ti sint: nō idcirco vir bonus beneficio cessabit: Nā
que in multos spargit: in se cumulat: sibi ipse bene
ficus vni saltē nō ingrato. ¶Do. Proieci beneficia
in ingratos. ¶Rō. Atqui gratis dare nec auarus
metuat: Eo autem liberalitas maior: quo spes pre
mij minor est.

¶De seruis malis. Dia. XXIX. ¶Do.
Alis fuis obsideor. ¶Rō. Nūc recte ais
m obsideor: oli tibi circūfult⁹ videbare: sz ob- A
sessus eras nō familiari solū exercitu: sz ho
stili. ¶Do. Indomitz fuiz ꝑmor. ¶Rō. Tue acieꝫ
ꝫ te militāt: isuaue negociū. ¶Do. Supbis fuis
obsessus sū. ¶Rō. Eosq; qui te obsidēt pascē coge
ris inamena necessitas. ¶Dolor. Seruiz obsideor
pessimis uoracib⁹: furib⁹: mēdacibus: impudicis.
¶Rō. Quid fuor epitheꝫ affluē ē op⁹? Seruos
dic: oia dixeris. ¶Do. Seruiz obsideor qd ꝓsulis
¶Rō. Quid ꝓsulā: seu qd dicā nisi Terētianū il-
lud: Que res in se neq; modū neq; ꝓsiliū hz ulluz:
eā ꝓsilio regē nō potes. Nota sūt tñ hac i re Sene
ce ꝓsilia: Uiuēdū cū fuis familiariter: comiter: cle
mēter: familiarē eē iubet. Ait qb⁹? Nēpe his quoꝝ
familiaritas ꝓtēpt⁹ ē genitrix. Addit. Nō vberuz
sz vboꝝ castigatiōe utēdū: erga surdos seuz torpē-
tes dñicāq; māsuetudinē duro pede calcātes. Ad
mittēdos ꝓterea in fmonē: in cōsiliū: in ꝓuictū. Et
q̄s q̄so? Utiq; ꝓcaceꝫ: stultos: ebrios: pfidos: isolē
teꝫ ñ neq; fmonē teneāt neq; ꝓsiliū hēant t ꝓuictū
fedēt salutis viteq; dñi t p̄imonij t fame segnes
gule aūt, ꝑpe atq; libidinis vigilātissimi curatoreꝫ
Uerū ille iō fortassis hz ꝓsuluit: ga i fuo ueꝝ opina
tur: qō iā añ de amico dixerat: Fidelē si crediderіz
facies. Credo non cogitas ex optimo gñe hoium
amicos eē solitos: fuos ex pessimo. Eqdē nō si mil
le ānis lupū agnū crediderіs: agn⁹ fiet. ¶Do. Ob
sideor t fuis qd ꝓsilij affers? ¶Rō. Nunq; aliū- B
de q̄sieris qō in te ē: nō obsideberis nisi dū uoles
neq; vo nūc obsiderēt nisi q⁹ in urbib⁹ male paca
tis accidit vna ps ai q̄si factio seditiosoꝝ ciuiū ob
sidētib⁹ faueret. Uis hoc malo liberari: purga ani-
mi tui statū. Seruos enim castigare: neq; his Se
nece ꝓsilijs: neq; alijs potes te si uelis cōponere:
Nemo uetuerit: pōpas abige: pelle superbiā. Ita
enī uel fugabis fuoꝝ inimicā aciē uel imminues.
¶Do. Multz fuis obsideor. ¶Rō. Bñ si strepit⁹ L
vl' inanis q̄rit̄ iactātia: sin obsequiū aut iucūditas
nil pei⁹. Serui t si boni sint: qō iter ꝓdigia nume-
rē nūq; tñ multi bñ fuiūt. Int̄ se eni dissidēt: mur
murāt: altercātur: alter ad alteri⁹ respiciēs manus
ipe iteri ociosus cōplosisq; suis sedēs manib⁹: dñi
habitū induisse: suū decus existimat: t nil cēset ho
nesti⁹ q̄z nihil agere: cuncta pollicit⁹. De his nāq;
nūc logmur: qui falsa ꝓfessione uētris ignaui nego
ciū agētes: fuitio humili: non tñ uolūtarie sed im
portune sese offerunt. Innumerabilis turba sed vi
lis: q cū tot pateāt artes abiectissima elegerūt: alie
no viuē: t idipz nulla alia re mereri q̄z titulo famu
latus: Nēpe illoꝝ q̄s nō uolūtas, ꝑpa sz aliena vis
t sua sors t seruitiū traxit ut numer⁹ rarior: ita cre
brior vtus t notior fides. Mimirū: aliud est seruire
uelle: aliud cogi. Hi ergo fortune memores: ut eos
dē se in oi statu ꝓbeāt: neu virtutē cū libertate per-
diderit: qō iuiti faciūt aliqñ fideliť faciūt: cū id ne
queāt q̄s uolētes sōnus: uēter: gula: cui cupiditas
mali duces in seruitium deduxere: In quo mirum
non est si ducibus suis studeant: atq; id agūt quod

secuti falsum simul atq; humilem titulum seruitutis assumpserant. Cōtra: hi qui tale nihil qō sequerentur habuere: naturam secuti ac fortunam: sepe qō liberi fuerant serui ostendunt. Et si fortasse de talibus intellexit: possuz inoffensis auribus Senecam audire. ¶Do. Multi domum serui occupāt.
D ¶Rō. Multe igiř lites: multa bella: de re qualibet pugna erit. Noua quotidie crimina pferantur ac purgenř: z tu medius iter partes sedeas oportet. Judex factus ex domino: nō potes litigiuz domo expellere: litigātes potes. ¶Do. Obsideor famulis sine qbus viuere nequeo: qd agam? ¶Rō. Si eousq; peruētum est: ut sine hostibus tuis esse nō audeas: paucitate illoz ac vilitate tibi consule: Pelle formosos: pelle comptos ac callidos: pelle uel facie sibi placētes uel ingenio: uel genere. Inter paucos eosq; hebetes atq; icultos tuti⁹ages: nō q; meliores: sed q; minus ausuri: quos uelut hyeme serpētes coacta vis ueneni atq; vilis inertie torpor obstrinxerit. Denicq; hec summa est: ut in seruo sola qdem aut certe prima fides estimanda sit. Si qd hac in parte ptuleris: crede mihi: magno cum fenore vitiorum qualiscūq; illa breuis tibi ueniet uoluptas: Quia sane perrara est fides: primum remedij genus: ipsa quaz dixi paucitas vilitasq; nō plus habēs boni sed minus audacie.

¶De Seruis fugitiuis. Dia. XXX. ¶Do

A Jsceſſerūt serui. ¶Rō. Quorum molesta
d pſentia erat: gratus debet esse discessus. Nihil ferme displicet cuiuſ cōtrarium nō delectet. ¶Do. Abierunt serui. ¶Rō. O si redeant videasq; oculis qō animo iam vidisti: quot illos vitia circūstēt: quot negtie: quot doli: quot mēdacioz artes: quot sceleruz species: quot furtorū? Quid ni horreas comitatuz: limenq; redeuntib⁹ obstruas: meritoq; gaudeas tuam domum malis erhaustam leuatamq; pōderib⁹? ¶Do. Serui simul omnes abiere. ¶Rō. Simulq; cum illis cure graues molesteq; sollicitudines metusq; ppetui. Cogita quot iplēdi uentres: quot tegendi humeri: quot armandi stringēdiq; pedes uagi: quot acuti vngues obseruandi? Duro te negocio liberatum dices. ¶Do. fugierunt serui. ¶Rō. Et cum
B bis odia in dñz: z cōtēpt⁹: z murmura: z querele: gn z execrationes taciteq; deuotiones imeriti capitis: qbus immerito seruitio caruisse gs tam ambitiosus ut nesciat ascribēdum lucro? ¶Do. Diffugierūt serui. ¶Rō. Quis vnq; de fuga hostiuz qstus est? Julio Cesari tribuiř superbie: q; hostē quē intercipe cogitabat fugientē mest⁹ aspexerit: Et modestis victorib⁹ terga hostium vidisse satis est: gn z idē ipse alibi fugiētib⁹ parci iube: sola hostium cōtentus fuga. Idem facito. Et si tui hostes grauiore supplicio digni essent: fugisse sufficiat: at q; illoz fuga tuā metire victoriā: ablatāq; tibi necessitatē vindicte seuerioris itellige. ¶Do. Serui fugiere. ¶Rō. Spōte igiř fecere qō cogēdi erāt: gram habeto: depellēdi imanes beluas tibi demptus est labor: hinc quereris: fugierūt: qui nisi fugissent tu fugere debuisses. Fugierūt qui aut fugiendi erāt aut fugādi: Nūc tu liber: nūc secur⁹: nūc
C domus tue dñis remāsisti. ¶Do. Fugierūt serui. ¶Rō. fugitiuos iudicādi ius est dño: tu te dñm dissimula: ne ne hoc iure utere. Si boni essent non fugissent: malos amisisse nō iactura sed quest⁹ est. Uenenosa aialia tutius est vitare q; cape. ¶Do. Serui me solū reliquerūt. ¶Rō. Uere solū: vere q; inopē: si ne solus sis seruili egeas comitatu: ita nec amicus habes: nec teipm. Quid autē serui ne igitur tui sine te esse cupiūt: tu sine illis esse nō potes? Uide ne hoc ipso seruis tuis ipe miserioz sis. Q; si forte non seruos cogitas: sed precium nō desiderium inane: sed turpis auaritia castiganda est: de quo satius est dictum: dum de amissa pecunia loqueremur.

¶De vicinis importunis. Dia. XXXI. ¶Do.

Jcini iportuni sūt mihi. ¶Rō. Uide ne tu
v illis iportunioz. ¶Do. Hz aues vicinos pferro. ¶Rō. Multū cūct; in reb⁹ ualet opio: leues finge aio: leues erūt. ¶Do. Uicinos malos hēo. ¶Rō. Mlti suā culpā primis iputāt. Acutus aliena cernunt: discutiunt exacti⁹: seueri⁹ iudicant: suaq; rex nemo nō z mitis arbiter z pi⁹ est iudex. ¶Do. Acres amarosq; patioz vicinos. ¶Rō Ne fortassis in gustu sit vitiū nō in re: fastidiosis ēt dulcia amarescūt. ¶Do. Uicinos duros ac supbos q̄roz. ¶Rō. Mltū sibi gsq; pmittit nihil alteri: hinc in iudicio rex mltiplex obligtas z iuges offensionū cāe. Et sepe vnde culpa est: ide pmū oriē q̄rela. Quid nūc scim⁹: an tu illis qui tā duri tibivi denř: dur⁹ z tetric⁹ z itractabilis videare. ¶Do.
A Aspos patioz vicinos. ¶Rō. Duplex est remediū B
Patictia z fuga. Primū pboz ferēdi artificio ois miteſcit aspitas. ¶Do. Uicinos pessimos ferre nō ualeo. ¶Rō. Si nec ita pficis: qs te tenet? migra ilico: nō ut pcaces: ita z seq̄ces erūt: qō ferre non potes pōdus excute: z quē pugnādo hostē pati ne quis: fugiēdo euade: qd refert quo te tramite in tutū eripias? Nullū iter ad tranqllitatem ai difficile iudicandum est. Q; si sepe idem feceris nec pfeceris: scito culpā tuam esse: nec minus forsitan aliena. Magna pars litium vulgariū duos fontes: z si forte nocētiorē alterum: nullū habet innoxium. Q; uis nēpe politicū z sociale animal dicat homo: si uex tamē inspicit nullū minus: Uerūq; est illud Satyricū: Maiorem esse serpētū ferarūq; concoz diam q̄ hoium. Siqdem ursi: aprī: tigres ac leones: denicq; vipere: aspides: crocodili: z ad sūmaz omne aial pter hoiem: utcūq; in sua specie quieſcit interdū homo autem nunq̄. Homo hoiem pmit semp atq; atterit: perpetuis bellis ac litib⁹ inquietam vitaz sibi prestat ac proximo. Sic enim se res habet: ut ubi maioz est locoz vicinitas: ibi videas maiorē distantiam animorum. Rara sine iurgijs ac rancore vicinia est. Nemo uestrum: nisi fallor: Arabum aut Jndoruz regibus inuidet: Lippus est liuoz: longinqua nō aspicit. ¶Do. Uicinis ob fideoz ifestis. ¶Rō. Si penitus ab hac peste vis absolui in solitudinem te recōde.

¶De inimicis. Dia. XXXII. ¶Do.

Jnimicitias habeo. ¶Ratio. Fac ut iusti A
i tie sis amicus: nullum certius presidium. Uera vtus fortune minas calcat ac despicit. ¶Do. Jnimicitie mihi sunt. ¶Ratio. Et cau-

tior eris ꝛ notior. Multos inimicitie illustrarunt qui obscuri mansissent si hostib⁹ caruissent. ¶Do. Hostes vndiqꝫ mihi sūt. ¶Rō. Obstabūt ne inui sibiles aior hostes subeāt uoluptates. Nō tā hostes tibi sors obtulit qꝫ custodes: malo malū mai⁹ arcebitur. ¶Dolor. Hinc illinc hostibus premor. ¶Rō. Illi quoqꝫ suis premuntur affectibus: Est qꝫ apud illos ultor tuus: isqꝫ nō vnus: pro te ptes faciunt ira: metus: odium: inquietudo: nec dum pacti penam criminis exigūt: sic interdum ultio prevenit offensam: ꝛ fortasse nō secuturam: Armabunt laborabūt: sudabūt: estuabūt: anhelabūt: trepidabūt: ꝛ fortassis horum nihil ad te. Multi sepe gravibus odijs sibi nō alijs nocuere. ¶Do. Est mihi pugna cum hostibus. ¶Rō. Et illis secum: ꝛ tutius aliquādo cum hostibus qꝫ cum vitijs pugnatur. Quisquis alium odit: primum aie sue vulnus infligit: primum nōnunqꝫ suo corpori. Nimia nē pe cupiditas feriendi nocēdiqꝫ multos incautos nudatosqꝫ dedit hostibus: sic semper prima pars malor in suum auctorem uertit: interdūqꝫ nouissima: cum sepe interim sit illesus in quem pernities parabatur. ¶Do. Undiqꝫ mihi bella cōsurgunt. ¶Rō. Nunqꝫ clarior sanctiorqꝫ fuit populus Romanus qꝫ dum multis ac grauibus bellis occupabat. Pax initium mali fuit: secuz namqꝫ subijt libido blāda hostis ac pestilens. ¶Do. Graues inimicitie mihi sunt. ¶Rō. Magne inimicitie plerūqꝫ magnarum amicitiarū fuere principium. ¶Do. Habeo inimicos. ¶Rō. Habeto ꝛ fidem simul ꝛ clemētiam: de reliquo gcgd euenerit: cura saltē ut humanitate sis ac vtute supior. Sūt ꝛ sua iura cum hostibus: cum qbus ita rem gere ut amicos fieri posse nō dubites. Atqꝫ hoc sanius cōsiliuz scito qꝫ Biātis: qui sic amicos diligi iubet: ut inimicos fieri posse memineris: Qō dictum qꝫis ab alijs laudatuz: nec mihi certe nec Tullio probat. Est enim uerum amicitie uenenum. Jn odio ergo cogitādus amor: nō odiuz in amore: Lōgeqꝫ Aristotelicum illud in rhetoricis Bianteo cōsilio preferēdum: Nō oportet: ut aiūt: amare tanqꝫ oditurum: sed magis odire tanqꝫ amaturum. Qō pfecto scribēs Aristoteles: Biantem ipsum callidamqꝫ eius ꝛ maliuolam sentētiaz notabat. ¶Do. Jnimicitias habeo. ¶Rō. Sed inuitus habe: ꝛ armato semp in pectore cor amicum pacis habitet: atqꝫ ita bellum exerceas ut coactus videare: neu forte odio succūbat hūanitas: neu tam vindicte studeas qꝫ glorie aut saluti. Scis ut Romanis inuisior est Hannibal qꝫ Pyrrhus: cū uterqꝫ hostis: ꝛ prior Pyrrhus Jtaliam iuaserit: at nō delendi aio ut Hannibal: sed vincēdi. Oibus enitēdum modis: ut in actu quolibet uera virtus emineat: sic ut nihil bello queri aliud qꝫ pax honesta videatur.

¶De prerepta facultate vindicte. Dia.XXXIII.

¶Dolor.

Ptate facultas eripit ultionis. ¶Rō. Cui peccatū eripit: nihil eripit multūqꝫ tribuitur: quedā habētib⁹ eripi lucruz est: ea ne habeant obstare lucrū maius. ¶Do. Facultatem ultionis pdidi. ¶Ratio. Felix iactura qō noceat amisisse. ¶Do. an optata ꝛ sperata ultione, phibeor. ¶Rō. Primū erat nolle male agere: primum prohiberi. ¶Do. Necesse est occasionem ultionis omittere. ¶Rō. Si pulcherrimā vindicte genus est nolle ulcisci: pulcherrima est necessitas nō sini. Ultro virtutē amplecti optimū: primū est cōpelli. ¶Do. Ereptā mihi vindictā doleo. ¶Rō. Veniet tps cito forte quo gaudeas: neqꝫ aliter accidisse ullo uelis modo. Quidā ad que coacti ueniunt uelle incipiunt ꝛ amare: ꝛ de necessitate cōsensus orit: dūqꝫ uolūtas fieri incipit: desinit esse necessitas. ¶Do. Uidebar ulcisci posse nec potui. ¶Ratio. Nō posse malū agere potētia magna est: nēpe que oipotētis est ppria. ¶Do. Uindicta mihi presens excidit. ¶Rō. Lolubrū tibi e manib⁹ excidisse credito: vide ne iteꝫ surrepat. Nil homini tā contrariū qꝫ inhumanitas. Per hāc eni homo esse desinit: idqꝫ sic esse ipsum nomē indicio est. Nullus morb⁹ tam ꝓrius: nec mors qdem. Jlla fm naturā accidit: hec aūt contra. Seuire in hoiez inhumanū est: qꝫuis meritū: nō oportet exulcerati animi motū sequi: ꝛ puati memoria doloris nature cōis obliuisci. ¶Do. Me ulcisci uetitū in perpetuum dolebo. ¶Rō. Forsan in perpetuū gaudebis: Quotiens putas post inimicitias depositas ꝛ in gratiam reditū corruisse aliquos amicorum in amplexib⁹: cogitātes: hūc ego perditū nolui: ꝛ interduz a successu impio paꝫ absui? O sors optima in qꝫ pia partē psilium crudele uertisti. ¶Do. Justā iram exequi nō sinor. ¶Rō. Justam iram vir inuenias: Luz sit scriptū. Jra viri iustitiā dei nō operat. Et rursus ab altero: Jra furor brevis est. Optimū igit non irasci: primū nō ulcisci: sed frenare iram ne aium rapiat quo nō decet: tertiū est ulcisci nō posse etiā si uelis. ¶Do. Pulchra mihi pripit vindicta. ¶Rō. Pulchrior uenia relinquit: ꝛ pulcherrima oium obliuio. Hec iter oēs pncipes Julīū cesarem illustrauit: Jnnumere ꝛ ingentes viri huius victorie gloriosissimi sunt triumphi incomparabilis rei militaris excellētia: altissimū ingenium: pclara eloquētia: nobilitas generis: forma corporis ꝛ inuicti animi magnitudo: Cū cūcta collegeris: nil in eo clarius clemētia ꝛ offensaꝫ obliuione reperies: Que qꝫqꝫ sibi materiā mortis attulerit: ut iure Pacuuianum illud in funere caneret: omen seruasse ut essent qui me perderent: Ex quo tamē necessario moriēdū erat: pōt quodāmodo tali ex causa optabilis mors videri.

¶De odio populari. Dia.XXXIIII.

¶Do. Opulus me odit. ¶Rō. Habes quē pdixerā popularis finē gre: pro dilectione odium. ¶Do. Populus gratꝫ odit me. ¶Rō Miraris q sine cā odit: qui sine discretione dilexerat: psequēs hoc illi⁹: vnde modestia exulat: ibi regnare ipetū est necesse. ¶Do. Odit me populus. ¶Rō. Hec belua iniurie prompta est: segnis officio: Vulgi amor leuis: odiū graue. ¶Do. Populus mihi succenset. ¶Rō. Ab amāte plausus: ab irato populo pnities: ipar piculuz ac spes. ¶Do. Populo odiosus sum. ¶Rō. Nihil impetuosius stultor turbis: ubi insaniā singulor public⁹ furor: ꝛ furorē publicuz singulor rabies ipellit: alterqꝫ alter trudit: Nihilqꝫ piculosius qꝫ incidere in illor man⁹: qb⁹ pro iustitia sit uoluntas: pro maturitate pcipitatio. ¶Do. Odit me populus. ¶Rō. Non amasset utinā: ne nouisset qdē. Amor malor odio finitur. Utrunqꝫ anceps: sola ignorantia tuta est. ¶Do. Populo sum inuisus. ¶Ratio. Populus odiosus leniendus aut linquēdus.

¶De inuidia passiue. Dia.XXXV. ¶Do.

A Vnideꝫ mihi a multis. ¶Rō. Prestat in
i uidiosū esse q̄ miserabilē. ¶Do. Inuidia
exerceor emuloꝝ. ¶Rō. Et qs vnq̄ vtuꝫ
amicꝰ exercitio hoc caruit? Percurre aio oēs ter-
ras: oia secula: cūctaſ historias euolue: vix insignē
viꝝ hac imunē peste repies. Nolo nūc narrationē
ingredi: que nos lōge nimis a ꝓposito distrahat:
sed si aliqd meministi oiuꝫ que legisti: non possunt
ignoto tibi esse q̄ plurimi quoruꝫ comitatu nō trī
B cōsoleris: sed etiā glorieris. ¶Do. Inuideꝫ mihi.
¶Rō. Linque honores ꝛ officia publica: Desine
incessu elato ꝛ supbo comitatu per ora ciuiū uoli-
tare. Sequestra teipsum quātum potes ab oculis
multoꝝ iuidoꝝ: nec vultu: nec vbo: nec habitu: di-
gito te notādum p̄beas. Vulgus ꝛ liuor in plateis
L habitāt: sicut ꝛ mala ferme oia. Quidā hostes nul
lo melius mō: q̄ fuga vincunt ac latebꝛis. ¶Do.
Et pꝛofugum ꝛ latētē liuor insequit. ¶Rō. Tol-
le mali māꝫ: malū oē sustuleris. Nimijs opibꝰ mo
duꝫ pone: qcqd eximia specie inflāmare aios pōt:
uel abijce uel abscōde. Si qd est quo carere nolis
aut nequeas: modeste utere: inuidiā quā insolētia
exasperat: humilitas lenit. Sūt que illā extinguāt
efficacia qdē: sed moꝛbo ipso peiora remedia: mise
ria scilicet ꝛ infamis vita. De quoꝝ altero dictum
est: miseriā solā inuidia carere. De altero Socrati
cum illud. Interrogāti enim Alcibiadi: qbꝰ modis
inuidiā declinaret: Rñdit Socrates. Et vive ingt
ut Thersites: cuiꝰ vitā si nescireſ in homerica legeſ
Iliade. Ironicū planeq̄ Socraticū rñsum: Non
est enim ꝓfiliū ut inuidiā vites: vitare vtutez: satiuſ
q̄ est Achillē esse cū iuidia q̄ Thersitē sine: q̄uis
illud cōstet: magnos interdū viros ut securi viue-
rent: ꝛ vtutē ad tp̄s ꝛ ingeniuꝫ occultasse. ¶Do.
D Inuidēt mihi multi. ¶Rō. Inuidiā nisi uel igna-
uia uel miseria vir euades: quā si sic euaseris: in cō
tēptū incides: utroq̄ caruisse difficillimū. ¶Do.
Inuidia multoꝝ p̄moꝛ. ¶Rō. Est ut perbibēt cal
cande aliud iter inuidie per excellentē gloriaꝫ: sed
perraro uestigo signatū: ita ut plures hoc calle gra
dientiū in id quod fugiunt relabunt.

¶De contemptu. Dia.XXXVI. ¶Do.

Ed contēnoꝛ. ¶Rō. Si iniuste qdem est:
A ſ nō ificioꝛ qō doleas: feras trī: alioquin est
qō rideas. Nihil est enim ridiculosius: sed
nil crebꝛius q̄ contēni sapientes ab insanis. ¶Do.
Spernoꝛ. ¶Rō. Circa hoc vbī: vnū q̄tuoꝛ bona
esse dixere aliqui: Spnere mundū: spernē nulluꝫ:
spernē sese: se sperni: hoc tibi ultimo opꝰ est. ¶Do.
Spernoꝛ a multis. ¶Rō. Si a maioribꝰ fer: si a
paribꝰ patere. Illi suo iure utunt. Fere nāq̄ contē
ptui sunt minora maioribꝰ. Ni se cōtēptui offerūt:
ꝛ maiores fieri qñ aliter nō possunt: hac temptant
via: Sine minoribꝰ: sine illos insanire: neq̄ magni
facias cōtēptuꝫ: qui illis ifamie sit: tibi glie. Spꝛe
uit Achillē Thersites: de qbꝰ mō dixim⁹: Domeq̄
Zoilus: Augustū Antonius: Virgiliū Euāgelus:
Ciceronē Caluus. Et qō ex euāgelio didicimus:
qōq̄ est maximū: Herodes pessimꝰ miserrimusq̄
hoium chꝛistū spꝛeuit. Quid uel ꝓtēptis hoc no-
B cuit: uel contēptoribꝰ pfuit? ¶Do. Spernoꝛ ꝛ irri
deoꝛ. ¶Rō. Irrisiuū nescio qd ꝛ histrionū etiam
esse animis solet: eoq̄ magis quo minoribꝰ: quid
minus est opus: Alter alterum ridet. ¶Doloꝛ.

Spernoꝛ ab alijs. ¶Rō. Recoꝛdare an tu alios
aut spernas: aut spꝛeueris. Hic est mos humanꝰ:
spernē: ꝛ sperni mutuo nos vicissim odio: mutuo-
q̄ p̄mitis cōtēptu: ꝛ vultis alijs esse uenerabiles
neminē uenerātes: Placere vultis deoꝛ: cuiꝰ operū
nullū uobis placet eo quo placē debet modo: In
quo p̄clare qdē noster Cicero: si p̄claruꝫ aliqd sub
deoꝝ noie dici posset: Minime ingt conuenit: cum
ipsi inter nos viles neglectiq̄ simus: postulare ut
dijs imoꝛtalibꝰ charissimꝰ ꝛ ab his diligamur. Il-
lud ergo p̄clarius Malachie pphete: Nungd non
pater vnus oiuꝫ nostrū? Nungd nō vnus deꝰ crea
uit nos? Quare ergo despicit vnusqsq̄ uestrū fra
trem suū. ¶Do. Sperni grauiter fero. ¶Rō. Et L
si nemo sperni uelit: mlti cupiant timeri: multo trī
est sperni securiꝰ q̄ metui. Itaq̄ qō ait Anneus in
epla q̄dā: Nō minꝰ pōtēni q̄ suspici nocet. Nō ad-
mitto. Illud ab eodē alibi dici rectius estimo: Pe-
riculosius timeri esse q̄ despici. Proinde cū ueteri
Sapiētū edicto: tria hec vitāda dediceris: de qui-
bus totidē cōtinuis tractatibꝰ egimus: ꝛ sint ma-
la oia: haud dubie trī malū minꝰ hoc ultimū q̄uis
ignobilius: nec deest suum cuiq̄ remediū. Odiū
obsequio lenit: liuoꝛ modestia: cōtemptꝰ amicitijs
illustriū: ꝛ honestis artibꝰ ac vtute. Nemo p̄mum
Bꝛuto contēptioꝛ Rome fuit: nemo minus postea
Age ꝛ tu bonum magnumq̄ aliquid: quo contem
ni nequeas.

¶De pꝛomissi muneris tarditate. Dia.XXXVII.
¶Doloꝛ.

Ero p̄missa cōplent. ¶Rō. Quid singu- A
ſ lariter de hoc q̄reris qō oibꝰ est cōe? Nul-
la qdeꝫ res magis munus ingnat: q̄ dura
frōs ꝛ lēta dilatio. Sed hic est mos: cito vultis ac
cipe: tarde aūt dare: ad illō alacres: ad hoc mesti:
ad illō p̄cipites: ad hoc segneſ. Ingratitudinis du
plex radix: duplex mā q̄relaꝫ: dū ꝛ illos mora ꝛ
celeritas hos cōstringat. ¶Do. Multa mihi pꝛo-
missa sunt: nihil ipleſ. ¶Rō. Magnis p̄missoribꝰ
minimū fidei esse debet. Nota uanitas: note blan-
ditie: nota hoiuꝫ mēdacia. Multa tibi vnus aliqs
p̄misit: sufficit p̄misisse: quere aliū qui p̄missū im
pleat. Non pōt vnus oia facere: fecit hoc p̄missoꝛ
ut eū interim diligeres. ¶Do. Qō mihi p̄mittit B
nō fit. ¶Rō. Duaꝝ cupiditatū: potētioꝛ est que te
net q̄ que poscit. ¶Do. O quot ille pollicitis abū
dabat. ¶Rō. Aut irridebar: aut ad tp̄s diligi uo-
lebat: ut dictum est: ꝛ forte dum tibi multa p̄mit-
teret: vnū aliquid a te poscebat: qō uel magni pꝛe
cio mendacij bene partuꝫ estimaret: Sepe aūt qui
diuites sunt uerborū: esse inopes rerū nosse debue
ras. ¶Do. O q̄ multa mihi pꝛomissa sūt. ¶Rō.
Si mihi crediderīs: mlta p̄mittētibꝰ nihil credes.

¶De repulsis. Dia.XXXVIII. ¶Do.

Epulsam passus indignoꝛ. ¶Rō. Uis ne A
r igit quecūq̄ poposceris adipisci: ita ut ne
gari tibi nihil possit: vide ne intolerāde su-
perbie sit hoc uelle. Meminisse magni Pōpeij de
cuisse: quo nescio an eiꝰ maioꝛ vnq̄ fuit: de quo trī
scriptum est. Queq̄ dari uoluit: sibi posse negari.
Q̄ mlta Cesariꝰ supꝛa humanā magnitudinē: sū
mo ēt iperio gloriosis negata cognouimꝰ: ꝛ tu gra
uiter vnā aut alterā fers repulsā? Deniq̄ q̄ multa
quotidie deꝰ poscit ab hoie nulliꝰ rei idigēs: nec im
petrat. ¶Do. Non possum equo animo repulsam

pati. ℂ Rō. Cur petendi tibi arrogas licentiam ꝛ negandi alijs carpis libertatē? Quid ꝙ sepe indigna petitio digna repulse ꝑbuit mām? Quid ꝙ sepe etiam petēti repulsa utilis fuit: cui qō petierat ipetrasse dāmosū erat. ℂ Do. Jniustā patior repulsaz. ℂ Rō. si iniusta est repulsa: iusta ergo petitio gaude cuiuscūqz potiꝰ culpā esse q̄z tuam. ℂ Do. Unde nō merui repulsaz tuli. ℂ Rō. Mlti se magna meritos putant: vnde penitꝰ nil merenꝰ. Hinc repulse dolor: hinc q̄rele iste: qbus orbis terre ꝛ ois vita hoium plena est. ℂ Do. Pudēdam patior repulsam. ℂ Rō. Pudēdū nihil p̄ter culpā. Quē pudorē tibi inferre potuit qō tui nō erat arbitrij? ℂ Do. Repulsam patior vnde nō credidi. ℂ Rō. Credulitas incerta est: certa aūt res: Nō posse qō petitur negare: nō est liberi sed serui: Non posse repulsam pati nō est ciuis sed tyrānī. ℂ Do. Optate sperateqz rei passus sum repulsam. ℂ Rō. Si qcquid sperant cupiūtqz hoies assequerenꝰ: dij eēnt oēs. Tu vo ut indignationes multas ac dolorē fugias repulsaz: disce optare possibilia ꝛ honesta: nō assequi uelle qcqd incōsultus ꝛ inexplebilis appetitus optauerit: qcqd spes vna suggesserit. ℂ Do. Non tm̄ repulsus ego sed indignus mihi anteposit⁹ fuit. ℂ Rō. Et quotiēs indigni dignissimis p̄feruntur: ꝛ quotiens indignos indignissimi iudicāt: alienarum seuerior: suaruz qsqz fauorabilis rerum iudex. Multi se indignos dicūt: pauci credūt. ℂ Do. Parue rei patior repulsā. ℂ Rō. Multis parua negata: magna ultro oblata vidimꝰ. Si repulsis compensenꝰ munera: fortune lāces equabunꝰ: sed nos illas indignatione augetis: hec oblivione atqz dissimulatione minuitis. ℂ Do. Dignꝰ eram: ut arbitror: non repelli. ℂ Rō. Ut sit ita: an tu oia p̄ dignitate hominū dari existimas ac negari? Utinam ita esset ut ꝛ plures bonos spes premij ꝛ pauciores malos faceret metꝰ pene. Sed non ita est: Amor: odiū: spes: cupiditas: affectꝰ inconditi: cūcta permiscuere. Jn te vno fortune stilū publicū vis mutari: ꝛ non te potius ad cōem cursum humani moris inflecti. ℂ Do. Quāto idigni or mihi anteponiꝰ competitor. ℂ Rō. Et Lucius Flaminius mor ob indignuz facinus iudicādus: ꝛ ordine senatorio amouendus Scipioni Nasice p̄lat⁹ fuit: viro oium optimo senatus ꝛ populi sententijs iudicato. Et Uatinius Catoni: illaudatus laudatissimo: non solū populi amicoꝝ simulqz hostiū iudicio: sed toto etiā Ciceroniano uolumine: quid hic dicis ut sint grauia: nō sunt noua que pateris. ℂ Do. Multū sperabā: modicum nō mereor. ℂ Rō. Ut multū quoqz merearis: dixi iam: non oia p̄ meritis dari. Quid ꝙ semel negatū: eidē idip̄m mor cōcessum vidimꝰ? Qō in ipso de quo loquor Scipione accidit: repulsaꝝ duritiē sepe pertinax virtus infregit. Testes sunt Emilius Paulus: Metellus Macedonicus: Lucius Mumius: qui cōsulatꝰ repulsaz passi oēs: ijdē speciosissimis cōsulatibus ac triūphis postmodū honestati: suis ciuibꝰ qbus cōtēptui fuerāt spectaculo fuere: nunqz ad id puenturi si repulsas populi lamentis potiuꝰ acerbare q̄z virtutibꝰ supare uoluissent. Lucius Sylla q̄uis in finē ciuilibꝰ discordijs irritatus: famā suā nota crudelitas infecerit: nobilitate tm̄ ꝛ gloria insignis ciuis: nō cōsulatus sed p̄ture: tanto minoris rei repulsam cū tulisset: summaz reipublice post adeptus ꝛ p̄turas ꝛ cōsulatus ꝛ imperia: nō tm̄ cōsequi potuit: sed donare: Nō debet repulsa spem auferre sed afferre: sollicitudinem ac virtutē acuere: que nil tam asperum qō nō leniat: idqz etiā si qs̄ non fecerit: non tamē ideo deserenda est: ne p̄pter seipsam suumqz p̄priuz finem culta videatur. Deniqz hi repulsas suas forti animo tulere: At Publius Rutiliꝰ repulsa fratris audita: quam erat passus impetitione cōsulat⁹: ista tim mor te obijt repentina. Elige utrū seq malis.

ℂ Diniusto domino. Dia.XXXIX. ℂ Do. Iniustum dom̄ patitur respublica. ℂ Rō. Sed fortassis id merita: ꝛ id sceleri scelus est debitum: non solum apud inferos: sed ubiqz fieri iudices: ubiqz iustitia suum opus exercet: ꝛ si sepius cunctetur interdū ꝓperat: Uerumqz re ipsa fit: qō scribit: Utiqz est deus iudicās eos in terra. Demones ex hoibꝰ fieri: qdā opinati sūt: perpetua criminum licētia peccādiqz libidine: qō ut forte tolerabiliter dictum sit: malarum uoluntatum sitūtudo effecit: qua homo malus atqz in malis obstinatus pene demones equat. Cui sentētie: si recipitur: illud fortasse non dissonū fuerit: ut permissu diuine iustitie demones demon p̄mat: Qua in re illud dumtaxat: ut videtur: est miseruz q̄ nō nunqz sceleratorum supplicijs miscentur innoxij: ꝛ nimis uerum crebrūqz cōprehendit illō Flacci: Sepe dies pariter neglectꝰ incesto: addidit integrum: qō ipsum non sine certa: licet nobis occulta iustitia dei fieri indubitata fide credit. ℂ Do. Crudelem dom̄ perpetimur. ℂ Rō. Crudelitas malagdem ꝛ nature hoium aduersa: sed utile vitijs: ꝛ lasciuienti populo: frenum: pauor: undecunqz oriens: Amare inscijs expedit timere: qcqd id qdē sit. Nemo tam trux dīs ut non truculentior sit uoluptas p̄speritatis comes ac filia. Male agentibus nihil peius q̄z securitas ac libertas. Qui nihil metuit: proximus est ruine. ℂ Dolor. Jniquus dominum infausta plebs patitur. ℂ Ratio. Nullus: mihi crede: misera in plebe miserior q̄z tyrānꝰ Quod si dubitas Dionysium contemplare. Jlle vir improbus nec indoctus: de seipso suaqz tyrannide quid sentiret: apertissime pendētis supra amici uerticem gladij cuspide declarauit. Nota est historia. Timet plebs tyrannum: ꝛ tyrannus plebē: Sic recip̄roco pauore se cruciāt. Hoc refert ꝙ miseria plebis apparet: ꝛ tyranni latet. Non minus tamen affligit purpureo uelamine tectum vulnus: neqz minus auree grauant cōpedes q̄z ferree. Est ꝛ sua: ut in sordibus utqz in fumo: sic lauticijs ac splendore miseria. Aurea quidē tyranni uestis extrinsecus: obuerte illam: ardentibus intus aculeis plena est. Jta ut vides non penitus aut impune se uiunt tyranni: aut inulta plebs premitur. ℂ Dolor Jnclementissimus nobis est dominus. ℂ Ratio. Non tot passis essent domini: nec tam late furerēt: nisi populi insanirent: ꝛ cuiqz ciuium p̄ se chari or foret res priuata q̄z publica: uoluptas q̄z gloria pecunia q̄z libertas: vita q̄z virtus. ℂ Dolor. Unū dominum serua fert patria. ℂ Ratio. At vnuz sed triginta simul illa legum nobilis mater grecieqz lumen alterum Athene. ℂ Dolor. Patria dominum vnum fert. ℂ Ratio. Multos autem Roma quis Caligulas nesciat ac Neroues ꝛ Domitianos at Cōmodos ꝛ Heliogabalos ꝛ Bassianos

ꝛ Halienos: Ac ne singula iperij ꝓbꝛa exequar Maximos ꝛ pietatis hostes Julianos ac Decios: Sardanapalum Assyria pertulit: Cyrum persis: Alexādrū grecia atq; asia reges dictos: Uere aūt tyrannos acerrimos ꝛ imites tulit: ꝛ Dionysios Sicilia Phalaridē: Agathoclem Lacedemō: Cleomenē: Nanidēq; quē Argi quoq; perpessi: femineāq; uxoris auaritiā: que viro ipo rapacioꝛ in sexu suo tyrannidē miris modis exercuit. Sed quo feroꝛ: qs aut ueteres aut nouos numeret tyrānos? qui tā multi hodie: tāq; alte: hinc suis opib⁹ ac potētia populoꝝ: illic morib⁹ atq; demētia radicati sunt: ut nec numerari iam ualeant: nec cōuelli: neq; minus apō uos q̄s apud egyptios aut Medos libertate pessundata ac sepulta: uersa seruitus in nām sit: sic ut pars maioꝛ populoꝝ tyrānum si non hēat: q̄situra p̄cario seu p̄cio emptura videat: usq; adeo pies uestros eē q̄ nati erāt puduit: uos enim pene oēs in seruitio nati atq; educati: ut doloris antiquaꝝ: sic nouā querele mām nō habetis.

D ¶Do. Potētis dñi graui premimur iugo. ¶Rō. Aristophanis poete utilis fabella: que monet non nutriēdum in urbibus leonem: tñ si nutrit⁹ fuerit: obsequendū illi esse: Nec tyrānidis nāle malū impatiētia cumulandū: quāq; ipse feceris potētiā detractandū. Raro eqdem tyrānus absq; culpa ciuium surrexit in populo. Uet⁹ est aūt uerbū. Ede qō nutristi. ¶Do. Dñm impoꝛtunū patimur. ¶Rō. Si ois potestas a deo est: seu ad bonoꝝ exercitiū: seu ad maloꝝ penā: par est ut diuino impio te subiectū sentias: non humano. Cuius si minister imitioꝛ videtur: patiētia fortassis efficiet ut mitescat. Uix est enim ullum tā feroꝛ ingenium: ut nō obedientia ꝛ obsequio leniaꝛ: uel ferēdū deniq; uel ponendū est omne qō p̄mit. Nēpe nihil est tertiū p̄ter impatientiā: que ut dixi: molesta nō minuit sed aceruat. ¶Do. Malus nobis est dñs. ¶Ratio. Oēs uos vnuꝫ habetis notū hostē: Unus ille multos habet incognitos: periculosioꝛ status. ¶Do. Dñs nobis est pessimus. ¶Rō. Sed nō erit diu: si bene philosophis visum est: Uiolētum nihil esse diuturnum. Et saue si uel vnum patria ciuez bonū habeat: malum dñm diutius non habebit.

¶De indocto p̄ceptore. Dia.XL.

A ¶Do. St mihi p̄ceptoꝛ indoct⁹. ¶Rō. Et si doe ctū facere non possit indoct⁹: uerūq; sit cō mune illud signum: sciētiq; est posse docere: sub indocto tñ p̄ceptore doct⁹ aliquis fieri pōt: uel per seip̄m: uel qō est uerius: influētia celesti atq; ispiratione. Et ut Ciceronis utar uerbo: aliquo afflatu diuino: sine quo nec doctū certe nec bonuꝫ virum fieri posse credēdum est. Hoc enim nō solū uera religio sentit: sed gentilis quoq; philosophie consentit auctoritas. ¶Do. Indoctū p̄ceptorē nolens audio. ¶Rō. At celestem p̄ceptorem audi libens: qui fecit aures tibi: nō has tñ quaꝫ videm⁹: sed inuisibiles alias intus in aia. Illū audi: qui docet hoiem sciētiā: sicut scriptū est. Quo insuper tacēte: frustra preceptoꝛ quicūq; moꝛtalis q̄uis doctissimus laboraret. ¶Do. Preceptorē indoctum egrefero. ¶Rō. Uel ab illo fugiēs aliū quere: uel ad teipsum redi: Et memēto Epicurū sepe a Ciceroneꝫ licet irrisum: visum tñ Senece magnū viruꝫ: non indoctū modo p̄ceptorē habuisse: sed nulluꝫ: ut gloriabūdus idem ipe cōmemoraꝛ. Augustinū

vo: qō de seipso testaꝛ: cui nō oia credē nefas est: Et aristotelicas cathegorias: que inter difficillima numeranꝛ: ꝛ artes liberales quas singulas a p̄ceptoribus didicisse magnū ducitur: nullo homi num tradēte: ut idem ait: oēs intellexisse. Nouissimūq; Bernardū vix doctrina ꝛ sanctitate charissimū: oēs suas litteras quaꝫ inter cunctos sui tpis abūdantissimus fuit: in siluis ꝛ in agris didicisse: non hoium magisterio: sed meditādo ꝛ orādo: nec ullos vnq̄ alios: ut de se etiā ipse ait: p̄ceptoreꝫ habuisse q̄ querē⁹ ꝛ fagos. Hec si facta sunt: cur non itez fieri possunt? Qō nisi sic esset: qd fecissent primi hoiuꝫ: qbus nec preceptoꝛ ullus erat: nec repti aliqui? Mirādo igiꝛ: cogitādo: assurgēdo ꝛ ingenium acuēdo eaipsa que uos cum oibus p̄ceptorib⁹ uestris vix itelligitis inuenere. Aude ꝛ tu aliquid teq; magnis inserere ne diffidas: Si moꝛtalis de fuerit: eternus aderit preceptoꝛ: a quo sunt oēs: ꝛ oia ille fecit ꝛ ingenia ꝛ scientias ꝛ magistros.

¶De discipulo indocili ac superbo. Dia.XLI.

¶Doloꝛ.

Discipulum habeo indocilem. ¶Rō. Perd dis operā: littus aras: semina proijcis: natura non vincitur. ¶Do. Discipulum indocilē soꝛs dedit. ¶Rō. Terre aride colonus: solue boues: qd te toꝛques? Illi parce ꝛ tibi: cū tot sint labores necessarij ꝛ ineuitabiles: supuacuos querere stultitia est. ¶Do. Discipulum habeo litterarum indocilē. ¶Rō. Si docilis est virtutuꝫ: illic insta: meliorib⁹ illum artibus ornaueris. Q; si neutrum capit: uacuū sine: ne ue quid in pertusum uaꝫ effuderis quod neq; ibi subsideat: teq; iugi tedio exhauriat: Sic habeto eniꝫ: Omnes qui sunt: quiq; erūt aut fuerunt virtutibus aut doctrinis clari: non posse vnum ingenium accēdere: nisi alique intus in animo scintille sint: que preceptoris spiritu excitate ꝛ adiute: generosum discipline fomitē arripiant: Alioquin algidum in cinerē ne quicq; flabis. ¶Do. Intractabilem discipulū ac supbū habeo. ¶Rō. Superbia hostis ingenij est: oūq; sub esse dedignatur: ꝛ discere negligit discipulus insolens: egre manuꝫ ferule subijciet: doctrine animū: reprehensionibus aurem: collū iugo. ¶Do. Habeo prosperitate tumidū discipulū. ¶Rō. Sicut tumoꝛ oculoꝝ visui: ita tumoꝛ animi igenio nocet: ut disciplinis aditus fiat: comprimēda est omnis elatio. Scis ut Alexāder macedo: cum aliquādo mathematicis animum applicasset ꝛ geometrica sibi quedam obscuriuscula traderentur: difficultatibus offensus preceptori imperat: ut idipsum clarius tradat: Et quid ille respondeat: Nec inquit eque omnib⁹ difficilia sunt: Ut scilicet omnem illi spez regij fastus excuteret. Sic est eni hercle: Nulle sunt fortune partes in ingenij rebus: quisqs doctus ac sapiēs fieri vult: obliuiscatur interim se potentem. ¶Do. Discipuluꝫ rudē elatumq; habeo. ¶Rō. Cōtra uentū aduerso flumine nauigas: cōtrahe carbasa: terram pete. ¶Do. Contumacem habeo discipulum proteruumq;. ¶Rō. Non harenam tñ fodis: sed serpentem nutris: aconit ū excolis: hostem doces. ¶Do. Dure discipulum ceruicis instruo. ¶Rō. Surdo canis: sed sic est: hos clamoꝛ: hos silentium delectat: Potentissima semper in rebus omnibus consuetudo est. Uide ut piscatoꝛ tacitus: clamosus uenatoꝛ: at clamosioꝛ

aliquanto schole arbiter q̄ silue. ¶Do. Duricor-
dem discipulum nactus sum. ¶Rō. Sepe facili-
us ursi caput mollias q̄ hois: qd vis aūt? Est in
fabulis lupū ac vulpeculam litteras didicisse: Nā
elephantis studiosi non anilis fabula est: sed natu
ralis historia: Et hic tuus forsitan studio naturam
leniet: Apud me autē: vna fere pastoris ac p̄ceptо-
ris vita est: Mirum nisi uterq; tandez a conuictu
date. Sinite opificem operari: ⁊ vnius artificij perito homini exhibendam reuerentiam non negetis deo. Pudeat terrea uascula celestē figulū arguere sed in omnibus illi uoce atq; animo gratias agite: qui necessitatuz conscius uestrarum neq; cupiditatum nescius illis succurrit: his occurrit: Utrobiq; misericors: utrobiq; terribilis in consilijs super filios hominum ut de illo scriptum est: Spera te iam tandez non in agris uestris: sed in domino ⁊ facite bonitatē ⁊ inhabitate terraz ⁊ pascimini in diuitijs eius. Delectamini i domino ⁊ dabit uobis petitiones cordis uestri: que ubi ceperitis i domino delectari: auare esse non poterunt neq; iniuste. Reuelate domino viam uestram ⁊ sperate in eo: ⁊ ipse faciet. Jactate super domino curam uestrā ⁊ ipe uos nutriet: Quid celesti manu editi nō nisi terrā cogitatis: terrāq; diligitis? Nolite has sacras uocesut soletis spernere: Nolite auras pluuiasq; ⁊ tempestates idoneas aucupari aut precari: Nolite in terram spem habere: sed in illo qui respicit terram ⁊ facit eam tremere: qui de saxo durissimo fōtes liquidos elicit: qui te deniq; ab agello tuo falli passus est: ut in illo spez poneres qui nō fallit. ¶Dolor. Multum solita de copia dēptum ē. ¶Ratio. Jd modo subducitur quod plus equo uel dederunt anni precedentes uel sequentes dabunt: Modestie quantulumcunq; sat est: Auaritia lucro crescit: eoq; fit pauperior quo plus habet. Magna vitiorum genitrix: magna nutrix atq; hortatrix est copia. Patere malis tuis demi aliquid: quo minus copie: minus erit insolentie: minusq; libidinis. Adde q; hec tui ruris iniuria apō multos beneficium ac largitas haberetur: tuq; ipe si assueuisses inopie: ubertatem hanc ⁊ copiam iudicares tantum in iudicio rerum semper consuetudo preiudicat: tantamq; vim habet: nunc quid mirum si temperata fastidiunt: qui superuacuis assueuere: qua nulla maior pcella modestie est. ¶Do. Sterilitas urget insolita. ¶Ratio. Sepe quidem fortiores viros plaga fert sterilis: fertilior molliores neq; fert modo sz facit: atq; alibi natos durat aut mollit. Sic molliuit Gallos primū: post romanos Asia: Alexandrum Babylon: Hannibalem Capua Contra vo Romanam indolem durauit ⁊ cotis in morem acuit illa arens ⁊ scopulosa pars Lygurū: Te quem copia molliebat duret. Sobrietatem te doceat ager tuus: ⁊ quod libri uberes nequiuere: glebe faciant aridule. Nemo despiciendus est magister discipline utilis: Disce bene viuere: disce uel senex: uel nolens: disce deniq; uel idignans.

¶De villico malo ⁊ superbo. Dia.LIX. ¶Do.

Illicū insolentē patior. ¶Rō. Insolentem tantum ⁊ non furē: bene tecū agit. ¶Do. Villicus malus est mihi. ¶Ratio. Malū fer equanimis: villicus nisi pessimus bonus est. ¶Dolor. Villicum duz egrefero. ¶Ratio. Mollem delicatumq; ferres egrius: durities rusticorū epitheton est: duris cum bobus: cum stiua ⁊ nomere: cum ligonibus ⁊ rastris: dura deniq; cū tellure luctantur: quid ni ipsi etiam duri sint: si nil aliō est q; durus: bonus est villicus. ¶Dolor. Rusticum importunum ferre nequeo. ¶Ratio. Atqui uel feras villicum: uel ipse villicus sis oportet: uel inculcum rus elige: Dura sunt omnia. ¶Dolor. Rusticus intractabilis: indigestus est mihi. ¶Ratio. Nil horum imprimeditatum tibi esse debuerat: mox ut terram habuisti labores uarios presagire sterilitatem ⁊ villici fastidia debuisti. Dixi dū rure glorieris exculto rusticos ultimos hominum terris abeuntem iustitiam reliquisse. Si vnq; genus humanum reuiuisceret eosdē illos puto ultimos reperturam: ita quos sequebantur pcesserūt: malorūq; omnium pessimi facti sunt. ¶Do. Asperrimus villicus est mihi. ¶Ratio. Ubi ueritas dixit: q; terra homini spinas ⁊ tribulos germinaret subintelligendum fuit: ⁊ rusticos tribulis cunctis asperiores. ¶Dolor. Villicus est mihi nequissim⁹ ¶Ratio. Aut villici nequitiam tolerare condisce: aut famem perpeti. Mutare enim villicū nō proderit: Ad vnum modum ferme omnes facti sunt: nisi q; semper peior est ultimus. ¶Dolor. Villic⁹ fur est mihi. ¶Ratio. Dixisti tandem quod dictum prestolabar: Ita enim furtis addicti sunt: ut eis aliquanto sit dulcius: id modicum quod furantur: q; quicquid ex omni iusto labore percipiunt: ⁊ hoc ipsum tandem est ferendum: nec queri vn⁹ debet quod omnibus est commune. Profecto autem ⁊ si poeta rusticos ultimos a iustitia derelictos faciat: ut bis dixi: apud uos tamen hominem primum humano semine genitum ⁊ agricolam fuisse constat ⁊ parricidam: ut fuisse semper pessimi videantur: dumq; id recolis non mireris fures. ¶Do. Villici culpa rus perditum ac desertum est. ¶Ratio. Hoc quotidie multis clarioribus Anaxagore accidit: ⁊ Archyte: uterq; credo doluit: neuter excanduit.

¶De furtis. Dia.LX. ¶Do.

D modicum quod supereſt a furibus vindefendo. ¶Ratio. Rure te villicus tuus patientiam mali huius edocuit quamq; i urbibus exhiberes. ¶Dolor. Me fures infestāt. ¶Ratio. Contra hoc malum nil querelis agitur: supplicijs opus est. Interim custodia proficit vigilanti. Sunt qui nihil custodiant ⁊ accusant fures: cū uetus sit prouerbium: q; occasio furem facit. ¶Dolor. Limen meum fures obsident. ¶Ratio. Claude hostium obde seram: aperi oculos atq; intende: si negligis temetipsum culpa. Raro fur intētis obfuit. Jlli iustius queruntur quib⁹ non sunt domus: quales sunt quidam populi sub meridiez ⁊ sub arcton: ⁊ ideo apud Scythas ut scriptuz vides: nullum scelus furto grauius. Et sequitur ratio: Quid enim inter siluas supereſſet si furari liceret? ¶Dolor. Fures mihi subtrahunt res meas. ¶Ratio. Suas fieri uolunt nec tu uetas. Puta ergo negligentiam tuam plecti: rerumq; te tuarum custodiam hoc precio doceri: Utilia non discūtur gratis. ¶Dolor. Mihi molestissimi fures sunt. ¶Ratio. Jmportunū plane genus hominum iure optimo bonis omnibus odiosum: non modo ut pestilens sed ut vile sic enim habe: Non enim aliter q; summa animi vilitate aliquem ad hoc trahi. Haud immerito igitur Aurelius Alexander princeps iuuenis sed bonus: tanto furum odio flagrauit: ut de illo scribat Helius Lampridius: si quem talium vidisset: paratum digitum habuisse ut illi

oculum erueret:tantiqꝫ eũ stomachi fuisse i furtorum infamia laborantes:ut si eos casu aliquo videret commotione animi choleraꝫ euomeret toto vultu inardescente ita ut nihil loqui posset: Nobilis prorsus indignatio generosi animi:uere ingens furum seditas:que viro forti ꝛ sublimi sic subito nauseam exoꝛqueret:Quinimmo cum quidam ex honoratis aliquando furti reus ambitiose tandem fauore quorundam amicorũ regum ad militiam aspirasset:ꝛ statim in furto deprehensus esset.Vix enim illi vitio assueti desistere vnqꝫ sciunt: Quesiuit Alexander a regibus qui illum promouerant:quid apud eos paterentur fures:cunqꝫ illi respondissent: crucem ilico eum de illorum sententia crucifixit. ¶Dolor.Furtis infestor.¶Ratio. Contra furta bona est vigilantia atqꝫ custodia:sed optima ẽ paupertas.Quidiu aliquid erit quod furibus dulce sit:eorum uel manus certe uel oculos non euades:Vis fures non metuere:pauper esto.

¶De rapinis. Dia.LXI. ¶Do.

A Prædonibus spoliatus sum. ¶Ratio.
a Quis ciuili lege:nisi fallor:scriptũ sit ꝙ nullus fur improbior qꝫ qui vi rapit: sũt tamen clandestini fures me iudice viliores.Illi enim fraude agunt:hi autem vi. Et ideo iuxta sententiam Ciceronis:Illi vulpeculis:hi leonibus assimilantur. Adde ꝙ fures rebus spoliãt ingeruntqꝫ suspitiones: At prædonibus spoliasse fere sat est:suspitionibus nõ relinquũt locum.
B ¶Dolor.In prædones incidi qui me nuduꝫ reliquerunt.¶Ratio.Incidit in prædones Cesar:a quibus non spoliatus modo sed captus magno se tandem precio redemit:futurus rerum dominus:qꝫuis huic damno solatium ultio mox secuta prebuerit:non exiguum lenimen iniuriarum. Incidit in manus hostium Regulus totiens iã victor:qui magno cum imperij uestri damno atqꝫ discrimine eundem immani supplicio peremerunt. Incidit in hostes quoqꝫ Ualerianus Imperator:qui eum multo cum imperij dedecore fedo senili seruitio confecerant:Tu si nihil ultra qꝫ spoliatus es:ꝛ fortune tue ꝛ prædonibus gratiam habe qui tibi libertatem vitamqꝫ reliquere. Non est enim aliud beneficium latronuꝫ qꝫ quod Cicero ait i Philippicis:ut commemorare possint his se vitam dediſſe quibus nõ ademerunt. Fer tu igitur sortem tuam communem tibi cum magnis his atqꝫ alijs claris viris:ꝛ si comparetur:facilem etiam atqꝫ optandam: neqꝫ felicior esse uelis his qui dicũtur felicissimi.

¶De dolo malo. Dialogus.LXII. ¶Do.

A Circũscriptorib⁹ sum deceptus.¶Rõ.
a Miraris:Mirarer ergo si inter homines cõuersando illesus euaderes.Quis homo enim hominem nõ decipit?Fides exulat regnat fraus:hoc ne nunc nouiter perpendis? Non tanto studio neqꝫ tot laqueis uenatores atqꝫ aucupes feras ac uolucres captant: quot uersuti homines alios quosqꝫ simpliciores. Quod si vnqꝫ uerum fuit:uestra etate uerissimum est. Monstrantur digito fraudum magistri:ꝛ ille prudentior iudicaꝫ qui peritior est fallendi.Vis ne igitur non decipi?aut morere:aut fuge hominum consortia. ¶Dolor. Dolo malo vnde non timui circumuentus sum. ¶Ratio. Si timuisses deceptus forte tam facile non fuisses:ꝛ nunc cogita an tu quenqꝫ aliquando fefelleris. Estis enim fere omnes ad fallendum proni:feres autem facilius ab altero tibi fieri:alteri quod feceris.Sed uos ꝛ que facitis alijs non sentitis:ꝛ que ab alijs fiunt uobis pati non potestis: rerum omnium iniquissimi iudices.
B ¶Dolor.Dolo amici damnum tuli.¶Ratio. Erras ut in multis: Nullus in amicitia dolus est.Sed in hac etiam vulgo erratis:amicos creditis qui non sunt.Amicitiamqꝫ rem inextimabilem atqꝫ sanctissimam facili probatis experimento usqꝫ adeo rerum vilium curiosi: leui comessatione: aut breui confabulatione queritis amicũ:Nec citius qritiſ qꝫ perditis:si tñ qđ nõ habetur perdi potest.Postea ab amicis uos deceptos dicitis:ꝛ hanc infamiam amicitie inuritis innocenti.
C ¶Dolor. Dolo damnificat⁹ sum. ¶Ratio.Multis profuit falli:eris cautior in reliquis:Quidam parue rei damno maximarum rerum pericula declinarunt.¶Dolor.Circumscriptor iniquissimus me fefellit.¶Ratio. Immo tuus exercuit atqꝫ excitauit ingenium docuitqꝫ non fidere nisi expertis ꝛ probate fidei.Enumerarem exempla quibus casum tuum solareris:nisi essent innumerabilia.Quis enim viuẽs non decipitur?Quicquid mali mortalibus accidit minus est qꝫ quod homo patitur ab homine Et quoniam sequi omnia nec possibile nec necesse est: Memẽto Laninij:qualiter Syracusis fuit dolo malo quondam a Phitio circumscript⁹: Habet tamen Laninius quo solari queat eques Romanus ab extraneo ꝛ viuente deceptus:cũ Augustus Cesar Imperator romanus a romano ciue moriente delusus sit: Nota res est: ut Marius quidam qui ipsius Augusti beneficio ab infimo militie gradu ad summos honores atqꝫ opes ascenderat:semper publice predicare solitus:se illum vnum heredem habiturum eiqꝫ bona sua omnia relicturum:a quo omnia percepisset:idipsum cum pridie qꝫ obiret eidem affirmasset:Augusto fraudulentum spiritum emisit tandem nulla Cesarei nominis:uel tenui mentione in testamento habita. Dignus uere cuius cadauer vnco in Tyberim traheretur:qui domini num ac benefactorem suum fallere nec morte dediſceret.

¶De habitatione angusta. Dia.LXIII. ¶Do.

A Auguste habito.¶Rõ.Angusta do
a mꝰ ad multa est habilis: Inter alia ꝯ fures utilis:de quibus pauloãte que rebaris:qui in ea latebras non habent: sicut ex aduerso de magna domo recte dicitur: ꝙ domini num fallit:ꝛ prodest furibus: Artã sane uel amplam domum pro numero inhabitantium accipio:tu nunc ut tibi videris angustehabitas. At quanto habitat angustius anima tua qꝫtoqꝫ fedius inter saniem ꝛ cruorem:nec migrare illam

inde si fieri possit vnq̃ uelis. ¶Dolor. Arta domus est mihi. ¶Ratio. Domus lutea celestem animum non angustat: Sepe parua domus magne glorie capax fuit: cum magna interim multe infamie plena esset: Non formant domus animum: sed ab illo formam accipit: Ut leta igitur atq; honesta pauperum tuguria esse possunt: sic infames mestecq; regum arces diuitumq; palatia. Nulla tam parua domus est quam nō amplificet magnanimus habitator magnoq; hospiti prestet idoneam. ¶Dolor. Parua dom⁹ mea est. ¶Ratio. Parua Euandri regia magnū cepit Alcidem modicis edibus futurus mūdi dominus natus est Cesar: Pastorali casa romulus ac remus tam magne urbis auctores educati. Non amplis atrijs habitauit Cato: Uolubili dolio Diogenes: Angusto tugurio Hilarion: Imis terre specubus sancti viri: in exiguis hortulis magni philosophi: Sub diuo modicis ue sub tentorijs summi duces: In stupendis palatijs Caius ⁊ Nero: Tu cum quibus habitare malles elige. ¶Dolor. Angusta est mihi dom⁹ ⁊ humilis ⁊ inculta. ¶Ratio. Muri fures uentosq; submoueant: ⁊ utriscq; peiora vulgi tedia: tecta: frigus: estum: soles: imbres arceant: turres aeree uolucribus: domus ampla superbie: ornata luxurie: referta cupidini: nullum virtus spernit habitaculum nisi vitijs occupatū. ¶Dolor. Peranguste habito. ¶Ratio. Uis ne tibi domus omnis amplissima videatur: sepulchrū cogita.

¶De carcere. Dia.LXIIII. ¶Do.

Arcere claudor indigno. ¶Ratio. Melior est indign⁹ carcer: q̃ indigna libertas multoq; satius immeritum pro iustitia mala pati: q̃ per scelus bonis affluere q̃uis nec mala illa dici debeant: neq; hec bona: sed loquor ut vulgus quod dolorem malum ingens: uoluptatem summuq; bonum iudicat. ¶Dolor. Carcere clausus sum. ¶Ratio. Quis non carcere clauditur: aut quis inde digreditur nisi dū moritur? Uetus hec tua omniūq; sors est: vnde propere: vnde noue igitur querele. Ita enim scito: ex quo die natus es ⁊ anteq; nasceris: in carcerem atq; in vincula missum te illius imperio cui omnis celi ambitus exigua domus est: Et si quid summo creditur poete: tenebrosum utiq; carcerem ⁊ cecum. Illius carceris exitum si felicem cupis huius angustias nō horrebis: sicut nec supplicia: nec mortem: nec humani aliquid: ad quorum patientiam ⁊ contemptum nisi preparatus armatusq; erit animus in quacunq; fortuna calle graditur ancipiti. ¶Do. Turpi carcere claudor atq; angusto. ¶Ratio. Nullus carcer turpior ⁊ angustior nullus: q̃ iste corporeus quousq; adeo delectaris: atq; vnde tantopere solui times. ¶Dolor. Carcere detineor importuno. ¶Ratio. Multos periculo instanti atq; hostium manibus carcer eripuit. Multis limē carceris pro clypeo fuit: ⁊ quod intrasse profuerat: exisse nocuit: ut exitu admoniti quod horuerant: utile: quod optauerant miserum fatentur. ¶Dolor. Carceri mancipatus sum. ¶Ratio. Quid scis an fortasse non carcer: sed ut dicitur custodia sit? quotiens vinculis explicitos hostilis mucro: siue hoste seuior paupertas inuasit quotiens euasisse penituit: ⁊ carcerem que diuturnum queri ceperant: non fuisse perpetuū questi sunt? Uidimus in carcere quosdam laute viuentes mox inde digressos tenuez ac difficilē vitam mesto fine clausisse. ¶Dolor. Miseram in carcere vitam dego. ¶Ratio. Quidam libros in carcere texuerunt: tu querelas texis inutiles. Quidam litteras in carcere didicere: tu patientiam dediscis. ¶Dolor. Carcerali custodia vinctus teneor. ¶Ratio. Pleriq; cauernis ac speluncis: alij se murorum angustijs includere carcerem spontaneuz uel dei amore uel mūdi odio vulgiq; fastidio eligentes: Tu si hoc aio non es tuiq; carceris finem cupis: expecta: Aut te hinc homo eruet: aut mors que clauem carceris alteram habet. Unus quidem introitus: exit⁹ multi sunt: Alium misericordia: alium ius eruit: alius innocentia sua: alius custodum negligentia euasit: alius precio: alius igenio: ⁊ uel subterraneis cuniculis: uel per tenebras amice noctis elapsus est: quibusdam patrum memoria terremotus ⁊ ruina carceris viam fecit: Ad postremum quos nihil emiserit: mors absoluit. Nec minus varij euadentium euentus. Marium consulatui carcer dedit: Julium Cesarez Piratarum custodia summum misit ad imperium. Hac etate quidaz de limine carceris ad dominium transiuere: ⁊ catenam sibi excussam iniecere alijs. Deniq; regulum ⁊ Socratem multosq; alios non tā carcer extinxit: ut visus est: q̃ carceri clarus finis eripuit. Et ad summam: quosdam carcer ad insignem: gloriam: alios ad eximiam fortunā: ad regnum alios: multos ad celum misit: ad sepulchrum omnes: nullum cepit quem non redderet.

¶De tormentis. Dia.LXV. ¶Do.

Iuste torqueor. ¶Rō. Quid nūc diceres si iuste? Nullum nempe tormentuz conscientia maius est. Illa in columi: hec externa despicito: intra te est psolator tuus. ¶Dolor. Torqueor prorsus indigne. ¶Ratio. Tortoris miserere tui: ille te grauius torquetur: q̃uis enim mundus obstrepat: minus mali est pati iniuriam q̃ inferre. ¶Dolor. Torqueor. ¶Ratio. Nouuz mali veteris lamētum: Nunquid enim non antea torquebaris: inter tormenta vixisti: inter tormenta moriturus: quid nunc noui accidit? Mutantur tormentorū species: tormēta nō desinunt: Excute totum tēpus etatis: quem sine tormentis diem egeris recordare. Aliqua falsis forsan gaudijs adumbrata reperies: ueris autem plena tormētis: quib⁹ si acriter estimes: nullam vite partem uacare fateberis. Unde non immerito quibusdaz omnis vita supplicū visa ē: Sed uos nihilominus q̃ he philosophice uoces tangunt: herent quidem aurium uestibulo: mentis claustra non subeunt: hic ad omnem corporis offensiunculam ingemiscitis animi iuge mortiferumq; supplicium non sentitis: Illic impatientes: hinc hebetes. ¶Do

tanqz perseueranter ut patriam sua presentia qua
nil clarius habebat spoliatam indignam quoqz ci-
neribꝰ defunctorum: Quidam insuper famoso di-
gnam epigrāmate iudicarent: Noia sunt imortali
memoria que tibi per famam perqz ois historie fi-
dē ignota esse nō poterāt: Africanꝰ Nasica: Lē tu-
F lus. ¶ Dolor. Mittor in exiliuz. ¶ Rō. Immo in
experimentum tui: videris quem tu in exilio pre-
beas: si succumbis exul uerus: si ꝓsistis exilio cla-
rus: ut multi olim qui inuicti z fulgidi per asperi-
tates incesserunt: ut sequentibus rectum iter ostē
derent. Sine tyrannos seuire: sine populū furere:
sine hostes ac fortunam fremere: Pelli potes: ca-
pi: cedi: perimi: vici aūt nisi manū extuleris nō po
tes: neqz ornamentis tuis spoliari: cum quibꝰ quo
cunqz ieris z ciuis z patrie principum vnus eris.
¶ Dolor. Exulatum pergo. ¶ Ratio. Perge alac-
er: I securus: nescis q̄ longa sint brachia tui re-
gis: Nihil illi longe est: Ubiqz te proteget qui pro
texit in patria.

¶ De obsessa patria. Dia.LXVIII. ¶ Do.

A Obsessa est patria. ¶ Rō. Obsessa fuit Tro
o ia: obsessa Tyrus: obsessa Carthago: ob-
sessa Hierosolyma: obsessa Numantia z
Corinthus: euersaqz omnes: quez iam pudeat ob
sideri? Ipsa urbiū caput Roma obsidione tēpta-
ta est. Sed cū iā Roma eē desijsset: qd Capua: qd
Tarentum: quid Syracusas: quid Athenas: quid
Uebios minores ue alias loquar? Sunt z sua ur
bibꝰ fata: z pauce fatū obsidionis euasere. Sed
longitudo temporum notitie rerum obstat: ut ip-
sis etiam ciuibus suarum fata urbiuz sint ignota:
Tu presentem sentis obsidionem: nec futuras pre
uides: nec preteritas meministi: Sic est usus qō
te premit defles: Ualde sensibus dediti estis be-
luarum more. ¶ Dolor. In patria sum obsessus.
¶ Ratio. Dicebam te incommodum tuum flere:
iam optabile videri possit exilium: eo ꝙ minus of-
ficiat libertati: neutrum tamen officit: Si liberta
animi uera est: Ille z inclusus egredi: z exclusus
B regredi z ubi uoluerit esse potest. ¶ Dolor. Ob-
sessuꝰ in patria mea sū. ¶ Ratio. Obsessus z Pria
mus: non ciuis sed rex in patria sua fuit: cum tota
illa famosa magis q̄ fortunata familia. Obsessus
Argis Antigonus Macedonuz rex: z Eumenes
Pergami: Obsessus hac etate intra urbem Janue
rex Sicilie Ropertus: nullo ueterum regum mi-
noz: Si que ueros reges facit uera virtus atten-
ditur: tu homuncio fortem regiā lamentaris? Ob-
sessus Ambrosius: obsessus Augustinus: ambo si
mul intra Mediolani ambitum. Obsessus ad ulti
muz Augustinus idem intra episcopij sui muros:
quo tempore miseratus lachrymas suas deꝰ a ter-
rena illū obsidione ad celeste regnum transtulit.
¶ Do. Obsideor. ¶ Ratio. Et quis oro non obsi-
detur? Nos peccata obsident: illos morbi: hos ini
micitie: illos cure: hos negocia: illos ocia: illos di-
uitie: hos paupertas: illos infamia: hos laboriosa
celebritas. Omnes corpus quod tantopere coli-
tis z amatis: ille uos carcer artissimus circumcin-
git atqz obsidet obsidiōe perpetua. Ipse orbis ter
re ubi fremitis z bellis assiduis insanitis: ubi im-
periorum terminos ac regnoruz tanto studio pro-

latatis: qua a uobis incolit: qd est aliud q̄ qō ait
Cicero: q̄si q̄dā parua insula circūfuso illo mari: qō
magnū: qō oceanū: qō atlāticū appellat in terris:
quod tamen tanto nomine q̄ sit paruū vides? Un
diqz obsessi estis omnes: tu te obsessum ut rem no
uam narras: Uide potius si quid in te opis aut cō
silij est quod possis ad tutelā patrie conferre: Hoc
fac potiꝰ z memento Syracusij Archimedis ope-
rosi senis: Querele enim nec tibi nec patrie profu
erint. ¶ Dolor. Obsideor intra patriam meam. C
¶ Ratio. Quid tu igitur an alibi malles obside-
ri? Posses id fateor malle z quidem pie: quo scili-
cet te obsesso illa esset immunis. Ceteruz quod ad
te attinet: an solamen exiguum videtur: quicquid
sit in patria tua pati: ut quantuz ledit aduersitas:
tantum leniat locus ipse. ¶ Dolor. Intra muros
patrios coartatus sum. ¶ Ratio. Ita hoc dicis
quasi nulle maiores uobis sint angustie q̄ muro-
rum. Q̄ multi ex his qui in urbibus habitant: sic
assidui in curia atqz in foro sunt: ut vix toto q̄ lon
gus est: anno semel portas urbis aspiciant. Adde
nomen obsidionis: erumpere gestient: z vincti si-
bi compedibus videbuntur artissimis: non hoc fa
cit obsidio sed opinio: qua nihil est in uestre mor-
talis vite fluctuatione potentius. Fabulaz locus po
scit. Decrepitum quendam senez fuisse nuper Are
tij fama est: qui nunq̄ patriuz limen excesserat: id
cum ad aures presidentium peruenisset: ludendi
studio hominem ad se uocant: z sibi compertum
dicunt illum clam urbem egredi solitum occulta
cum hostibus habere colloquia. Ille autē per san
ctos iurare se non solum tunc presentis belli tem-
pore: sed nec vnq̄ ulla pace per omnem q̄uis lon
gam vitam muros urbis egressum. Contra illi in-
credulitatem fingere z suspectum eum reipublice
dicere. Quid multa? Hzaui ni pareat pena impo-
sita: ne egrediatur imperant: Illum ferunt impati-
entia prohibitionis irritatum: die postero: quod
nunq̄ antea visum erat: extra muros patrie depre
hensum. Sic inuetituz semper peruicatia animos
urgente nitimini: z tu nunc te artatum dicis: z ti
bi urbs tota non sufficit: cui nisi obsidereris: forte
pars minima domus forsitan vna sufficeret: quod
maxime studiosis euenire solet. Quid ꝙ fere om
nis obsidio breuis est? Adest loci solamen ac tem-
poris equanimitas: sola deest ut lugeatis z quera
mini non natura rerum sed mollicies uestra est.

¶ De patria eversa. Dia.LXIX. ¶ Do.

Quid ꝙ eversa funditus est patria. ¶ Ra-
q tio. An non fortunas quarundam ex his
quas pauloante nominabam: z similes
aliarum innumerabilium audiuisti? Tyrū z Thebas z Persepolim Persici regni caput euertit
Alexander macedo: Quod mireris: ad suggestuz
scorti vnius magne urbis tenuis fortuna est. Tro
iam euertit Agamemnō: Saguntū Hānibal: Car
thaginem atqz Numātiā Africanus minor: Hie-
rosolymā Tytus: Aliasqz alij. Romā nullus in to-
tū diruit: sed senectꝰ attriuit: ciuilibꝰ aduta discor-
dijs. Et qd refert qs euerterit: quā cōstet eversaz?
Ruine mediolanēsis recētioz fama est sub Frede-
rico impatore barbaro z imani: Quid tu ergo tuā
pīiaz rebaris exēptā impio fortune: cui urbes ma
xime atqz imperia subessent? An usqz adeo te fefel

⁊ iniusta patienda si ueniant:nō deflenda cū ue
nerint.

¶De exilio. Dia.LXVII. ¶Do.

A Xilio pellor iniusto.¶Ratio.Quid tu
e igitur:iusto pelli malles exilio? Nem-
pe quod ad iniurie cumulum ais:in di-
uersum trahitur.Habes enim iniusti exilij sola
tium comitem iustitiam:que iniustos ciues de-
stituens te secuta tecum exulat.¶Dolor.Iniu
sto exilio pulsus sum.¶Ratio.An te rex expu
lit:an tyrannus:an populus: an hostis:an tuip
se?Nam si rex: aut iniustum exilium non erit:
aut ipse non iustus:atq; ita nec rex quidem.Si
tyrannus:ab illo te pulsum gaude:sub quo bo-
ni exulant:fures imperant. Si populus:mori-
bus ille suis utit:bonos odit:⁊ his quoq; mul
ticeps tyrannus nunq̄ sui similem pepulisset:
Non te igitur patria sed malorū cetibus arce-
ri:neq; in exilium sed in partem bonorus ciuiū
cogi putes.At si hostis:agnosce iniurie leuita-
tē:non hostiliter seuijt:qui omnia cus posset pa
triā abstulit:spē reliquit.Sin tuipse:mores po
puli perosus aut tyranni habitus elegisti: non
modo ne doleas: sed etiam gloriare virtutem
patrie pretulisse:non tu flebilem sed honestam
⁊ prorsus inuidiosam bonis atq; optabilez:nō
iam exilij sed absentie causam habes. Sponte
Pythagoras Samon liquit:Athenas Solō:
Lycurgus Lacedemona: Romam Scipio.
B ¶Do. Exilio damnatus sum.¶Ratio.Mul-
tos exiliuz honestauit:multos acrior aliqua for
tune vis atq; iniuria notos reddidit⁊illustres.
Quid te uetat illis inseri: qui quasi ignem de
silice claram famam collisionibus quesiere?
¶Dolor.In exilium agor.¶Ratio. Habes in
historijs magnos rei huius socios:quoruz spe
ciosissimus comitatus:non sensum modo dolo-
ris imminuat sed obliuionē afferat. Non minor
in exilio Camillus fuit q̄ fuisset domi: Quan-
tus ciuis:quantus exul:qui victorias ac trium
phos non iustitia minus q̄ prosperitate conspi
cuos in Capitoliuz durit:mox hinc pulsus pro
accepta iniuria igrate salutem patrie rependit.
Non facile aliud tam clari exulis exemplum fa
teor:Sed Rutilius ⁊ Metellus tam nihil exi
lio fracti sunt:ut Rutilius reuocatus ab illo cu
ius nutui non parere capitale erat:exilium am-
plexus:redituz contempserit:seu ne ulla in par
te senatui iniustisq; licet legibus patrie obsta-
ret:seu ne forte exul iterum fieri posset. At Me
tellus eodem quo in exilio profectus erat:vul-
tu atq; animo remearet.His Marcellus acce-
dat:hic ultimus qui in belli ciuilis tempus inci
dit:pulsus nempe:non solitam modo constanti
am honestarumq; artium studium non omisit:
sed strinxit artius:⁊ publicis liber curis:vni ex
colendo animo tā ardenter incubuit:ut ad scho
las missus honestissimas:non ad exilium vide-
retur.Quod quidem in Licerone conspectius
operum splendor ⁊ litterarum copia maior fa-
cit:non exilij modo sed carceris dulce solatiuz.
L ¶Dolor.Exilium patior.¶Ratio.Exiliū bre
ue cito te patrie tue reddet. Longum vo ali-
am tibi patriam dabit:vnde exulent qui te exu-
lem uoluere:dedisset q̄ nunc si ad naturam re-
rum non ad opiniones hominuz aspiceres.Val
de enim angustus est animus qui sic ad vnum
terre angulum se applicat:ut quicquid extra sit
exilium putet:Multum abest exilij deplorator
ab illa animi magnitudine:cui totus orbis car
cer exiguus videtur.Interrogatus Socrates:
cuias esset:mundanus inquit suz.Uere Socra
ticum responsum:Athenienssem se alius respō-
disset:Socrati autem patria omnium mundus
erat:non hic solum quem vulgo mundum dici-
tis:cum pars ultima mundi sit:sed celum ipsuz
quod hac rectius appellatione comprehendi-
tur.Illi patrie destinati estis ad quam si suspi-
rat animus:qualibet in parte terrarum peregri
num atq; exulem se nouerit:Nam quis patriaz
uocet ubi non habitet nisi ad breue tempus?Il
la uere cuiusq; patria dicēda est:ubi quisq; per
petuo secur⁹ ac tranquillus deget: Quere hāc
in terris:puto irrita erit iquisitio.Ut nature au
tem lex est data mortalibus ac prescripti fines:
dū hic viuitur terra omnis patria uestra est: In
tra quam qui se exulem facit:non tam rei q̄ ani
mi vitio laborat.Non habemus hic manentez
ciuitatem dixit Paulus.Omne solum forti pa
tria est. Inquit Naso.Omne homini natale so
lum:ait Statius.His te uocibus armatum ue
lim:quibus ubiq; vnus ⁊ uel nunq̄ uel semper
in patria tua sis.¶Dolor.Ire in exilium iube-
or.¶Ratio.Si sponte peregrinatio erit non exi D
lium:⁊ memento quibusdam exitum:quibusdā
vo reditum pro exilio fore:Sunt quibus nunq̄
peius q̄ in patria sua sit.¶Dolor.In exiliū co
gor.¶Ratio.Cupiendo quod cogeris:efficies
ne cogaris.Omne violentū patientia vincitur:
⁊ desine esse violentum quod uolenti fit.¶Do
lor.Ire in exilium est necesse.¶Ratio. Tu fac
uolens quod uel nolens faceres:fac let⁹ omnia
nequid mestus patiaris:Ita omnem vim neces
sitatis:omnes clauos quos adamātinos illi tri
buunt catenasq;:omne tediuz molestiamq; dis-
cusseris:Sed uos impossibilia cupitis:necessa-
ria fugitis:utrunq; ne quicq̄.¶Dolor.In exi-
lium eo.¶Ratio.Immo forsan in requiez:sub
obtentu falsē miserie uera felicitas:iam saltem
ab inuidia tutus eris:propera mixtamq; cū glo
ria securitatez arripe:Tutis ⁊ honestis latebris
nihil est dulcius:nulle his conferri possunt urbi
um platee.¶Dolor.Pellor e patria.¶Ratio. E
Pulsum te pessimis:optimis insere:neq; te pa
tria:sed patriam te indignam rebus proba.Sē
tiat illa quid perdidit:tu nihil perdidisse te sen-
tias:mali ciues tui tedio simulq; p̄sentis odio
ac suspitione careant:boni autem amore absen-
tis ac desiderio teneantur sequanturq; oculis
atq; animis abeuntem:Illi se solos linqui dole
ant:tu te comitatū gaudeas,proficisci:neq; in ter-
gum respicias neq; reditū cogites:neq; cū illis
esse cupias qui te cupiūt abesse:neq; demuz qō
a te fieri debuit:ab alio factū egreferas: Debui
sti cedere ciuium inuidie:utq; illam fugeres ul
tro in exiliū ire. Huius ego psilij dux erā:Nec
exempli duces deerāt clarissimi: Nā in primis
tres magnos Scipiadas id fecisse noueras:

¶De inconsulto ⁊ precipiti magistro militie. Dialogus.LXXII. ¶Do.

A Et mihi magister militie inconsult⁹ ac pre
e ceps. ¶Rō. Hoc aliquanto periculosius non negem. Legiones uestras interroga iacentes ad Trebiam: ad Trasumenum: ⁊ ad Cannas: multisq; alijs in locis. Si remedium uis dubiam linque militiaꝫ. Si forte non datur: at tu fortiter atq; industrie ministerium tuum age: ut inter tui ducis errores tua virtus emineat: nec te ruina opprimat aliena: sed tu potius si qua est via publice humeros subijcias ruine: Rem difficilē: sed neq; impossibilem: neq; insuetam iubeo: Ut enim sepe multis militibus obfuit vnius ducis ignauia: sic interdum vnius viri virtus ⁊ exercitium seruauit ⁊ ducem. Heu sim longior q̄ oportet: Tu res suis in locis queres: mihi nominum ⁊ temporum commemoratio sola sufficiet. Publius Deci⁹ bello Samnitico: Calphurnius Flamina bello punico primo: Africanus minor bello punico tertio: tribuni omnes militū ducumq; ⁊ exercituum seruatores: tanta esse tua virtus ac felicitas pōt: ut aliena infamia eximiam in gloriam tuam uergat. Anceps sane negocium: sed extrema, in necessitate uni cum. Proinde utcunq; alios fortuna rotauerit: tu virtutis gubernaculum si mihi obsequi uolueris: nec in pace: nec in bello: nec in vita destitues nec in morte.

¶De infausto prelio. Dia.LXXIII. ¶Do.

A Et prelio victus sum. ¶Rō. Jā timor euaa nuit: sperare incipies: hec est horum series affectuum: Nam cum spes ⁊ metus de futuro sint: iam ut futuruꝫ potest eē quod speres: sic futuruꝫ esse desijt: quod timebas. ¶Do. Magno prelio victus sum. ¶Rō. Tantū ne animo victus sis: Nempe ille si cecidit actum est. Meministi: ut Marcellus prelio victus die proximo in aciem redijt: victoremq; suum maiore q̄ ab illo pridie victus erat ꝑlio vicit. Et Julius Cesar ad Durachiū iterior: ad Pharsaliam mox ingēti prelio victor fuit. Multi prelio victi: bello fuere victores: Nō cadunt animi virorum fortium vnius lucis euentu: non magnanimi tm̄ sed longanimes sunt: Victo⁹ hodie: cras pugnabis cautius. Ducis artem infausta prelia quasi tristes fidiq; edocēt magistri: atq; ubi iit erratum plagis admonent: Sic agricolam sterilitas: architectum lapsus edium: equitem casus crebri: nautam graues acuunt procelle: errando discitur. ¶Do. Uictus sum. ¶Rō. Non est victo⁹ nisi qui se victum credit: cuius spes obruta ⁊ extincta est: cuius animus amara deposuit. Aspice romanos animos: cum semper: tuꝫ ꝑsertim bello punico secundo: non tam defectione sociorum: nō cōspiratione regum ac gentiū: non tot infelicib⁹ prelijs ac ruinis pene ultimis victi sūt: nulla vnq; apō illos mētio pacis: nullum diffidētie uestigium: nulla deniq; nisi alta prorsus ⁊ inuicta cōsilia. Hoc sane quid est aliud q̄ virtute animi fortune duritiē mollire: atq; illam in pudorem sui ⁊ amorē tui cogere? Tandē igitur ut dignuꝫ erat emersere: ⁊ milies strati surrexere altius: ut non hostes tm̄ suos modo tam formidabiles: sed totuꝫ mox ex ordine terrarum orbem virtus illis ac fortuna subijceret.

¶Dolor. Uictus suꝫ fateor. ¶Ratio. Nunc demū incipis nosse fortunam: ⁊ hoc saltem boni fugiens inueniſti: Nemo ferme res magnas gratis discit. Multos docet experientia: quos schola nō docuit: ⁊ preceptoribus surdum caput hausit oculis quod auribus non ualebat. Nulla rerum humanarum certior magistra q̄ aduersitas: nulla discutiendis erroribus aptior. ¶Do. Magno fortune vulnē corui. ¶Rō. Surge ne iaceas: Nusq; clarius q̄ inter fortune vulnera pminet animi magnitudo. Hūc nosce teipsum quantarumq; sis virium ualde ictus intellige. ¶Do. Speratam victoriam amisi. ¶Rō. Si insperatam: prudentiam quesiuisti: non speranda rerum permutatio videri debet. ¶Do. Uictus suꝫ bello. ¶Rō. Bello victus libertatem retinet ac vitam: vitio autem victus utrunq; amittit: quisquis igitur illi succumbit uere vincit. ¶Do. Uictus sum. ¶Rō. Quid scis an illō magno Pompeio Thessalico dictum: dicere ⁊ tibi cōueniat? Uincere peius erat: Ut dāni plus: sic peccati minus solet habere qui vincitur. Lucrum ingens quod optantes gdaꝫ: nō vinci modo sed mori etiā elegerunt: Et profecto mercanē egregie qui morte corporis querunt anime salutem: sed plericq; malis suis gaudent bonis aguntur: tanta hominum mentes habet cecitas. ¶Do. Uictus sum. ¶Rō. Potest id quidem tibi nō scientie militaris inopia sed fortuito contigisse. Nusq; enim fortunatior: ut ita dixerim: fortuna q̄ in ꝑlio: cuꝫ multa alibi: illic oia posse illam perhibent. ¶Do. Prelio victus excessi. ¶Rō. At nō cōtinuo nudus. Possunt arma victis auferri: uera autem bona que sūt arma animi etiam qui uidentur victi retinent. Ea eni ut ex incendio ac naufragio: sic aduerso ex prelio efferūtur: Nec illa tm̄ que in animis abdita ferro tangi nequeunt: sed illa quoq; que maxime periclitari in prelijs ac ferro exposita videntur. Itaq; non quisquis bello vincitur: bellicis simul spoliat laudibus: licet etiam armis amissis ex acie fugientem: quodq; est maius in acie pereuntem secuꝫ ducis eximij nomen ferre: Nam ⁊ ad Thermopylas Leonidam non tam victum q̄ vincendo fatigatū inter ingentes stratorum hostiuꝫ cumulos occidisse cum suis grece memorant historie: q̄ Deipho-bo famam Maro approbat: ⁊ in cāpis Emathijs si Lucano creditur stetit ordine certo ifelix acies: Et nouissimo prelio quod in Africa cum Hanniba le gestum est: nec melius instrui aciem: nec acrius potuisse pugnari: ut de victore victus: sic ⁊ de victo itidem victor ipse confessus est: uterq; ingens rerum talium estimator: Quid amisit autē qui uera artis sue gloriam: ⁊ bene geste rei conscientiam non amisit?

¶De bello ciuili. Dia.LXXIIII. ¶Do.

A Ello q̄timur ciuili. ¶Ratio. Nomē hoc
b a ciuibus tractum: ⁊ tu vnus es ciuium: Uide ergo ne ⁊ tu vnus sis huic malo fomenta prebentiū ⁊ virili parte culpe non careas? Hic enim est mos alter alterq; inflāmat: donec singuli furorem publicum exciuerint: tum demū furor publicus singulos urget ac precipitat: nec vnq; publicum malum a se incipit: q̄uis accessione auctum totam infecerit: siue etiam euerterit ciuitatē: si primā tamen queris originē singulorum: in

lit amor:ut urbem vnam:q̄ tu ibi natus esses:fin
geres immortalem:cuz sit mundus ipse mortalis?
Celum ruet ac terra:montes z maria mouebūtur:
z creata de nihilo in nihilū redigentur: Tu ruisse
tuam patriam aut miraris aut quereris:Sunt q̄
pauloante dicebaz:ut hominibus:sic urbib⁹ mor
tes sue. Non tam crebre ille quidem q̄ z pauci
res urbes z diuturnioris cui sunt:morti tamē ob
noxie:non sunt eniz soli homines sed preter alios:
B humana cuncta mortalia. CDolor. Patria ruit.
CRatio. Resurget forsitan: Nam z alique surre
rerunt: z quibusdam cecidisse materia fuit felici-
us resurgendi. Nempe hodie Saguntum z Me
diolanum sedibus suis stant: At Mediolano pro
xima laudum Pompeij ultima:ut aiunt: mutauit
locum ijsdem barbaricis manibus: z sub idē tem
pus euersa:Similiter z Hierosolyma z Carthā
go. Spera ergo si spes cecidit: z de patria actum
reris:caue tu succubuisse fortune. Peior est enim
animorum deiectio q̄z murorum: Virilis non fe
minea:virum decet pietas:q̄uis doleas patriam
cecidisse:noli tamen simul occumbere quando tua
nil iam ruina reipublice collatura est:quin teipsuz
z si que sunt ciuium reliquie ad feliciora tempora
reseruare satage:factis prius non lamentis opus
est:ubi sit etiā ipsa fuga laudabilis. Audisti ut Te
rentio Varroni cui⁹ culpa ac temeritate pene rue
rat imperium romanum:publice ab omnibus gra
tie acte sunt:q̄ de republica non desperasset quod
fecisse collega eius vir clarissimus: z culpe omnis
illius expers videbatur:si aliud nihil est reliquis
At tu saltem cum Biante bona tua tecum portās:
q̄uis nudus:muros patrie tue cadentis egredere:
z ad illam patriam aspira:cuius regni non erit
finis. Quo cum tandez deo te uocante conscende
ris:non obsidionez metuas:nec ruinam:nec eorū
aliquid que uestris in urbibus metuuntur.

CDe metu perdendi in bello. Dialogus.LXX.

CMetus.

A Bello vinci metuo. CRō. Pacem quere.
b CMetus. Ualde vinci metuo. CRatio.
Timor modestus cautionem: uehemens
uero desperationem parit:quaruz altera nil in bel
lo melius: altera peius nihil in rebus omnibus.
CMetus. Magno prelij quatior terrore. CRō.
Quid bellantium timor mali ferat atq̄ ex timore
orien⁹ mestitia: Flaminiuſ ad Thrasumenū: Craſ
sus apud Charras: Pompeius in Thessalia ex
pertus est:quibus in locis z sepe alibi uerum poe
ticum illud apparuerit: Pessimus in dubijs au
gur:timor. CMetuſ. Euentum pugne nimis hor
reo. CRatio. Differ interim dum spes redit:ma
le pergitur vnde abstinendum mens terror q̄z de
nunciant. Solet inesse animis presaga quedā vis:
cui obstare fortassis non sit usq̄quaq̄ consilium:
Non est exemplorum numerus seu ueterum seu
nouorū:clarissimis tribus uti satis habui. CMe
B tus. Instantis pugne casum metuo. CRatio. Ex
cute res tuas quas te melius nemo est qui noue
rit: Uide ne non rei natura uel virium defectus:
sed presagium sibi fingat ignauia:cui nihil usq̄ nō
formidolosuz ac difficile est. Hec si libertati igitur
si glorie:si saluti tue officit;virtutis auxilio cōpri
menda est:excitanduſq̄ animus z monstrandum
illi sepe pauciora esse z leuiora pericula q̄ pauo
res:obuersari:sepe oculis falsas imagines rerum
terribilium:quibus consternati quidam sine ferro
paratam sibi victoriam tradidere hosti. Non est
enim falsus atq̄ inanis metus vo lentior:sed eo se
pe uehementior:quo pauentez maiora omnia sibi
fingens error quoq̄ precipitat: Atq̄ ita q̄ poeta
idem ait:Male cuncta ministrat impetus. Si nec
his attollere iacentez animum potes sed virtutez
pauor exuperat:cāpo abstine. Uir bene geritur:
q̄ pauide gerit. Sic affect⁹ in acie si descēdas:te
cū erit qui ꝓtra te dimicet: tui enim ipsius aduer
sus te melior pars rebellat. Malus semp hospes
animi:pessimus in bellum comes metus.

CDe stulto z temerario Collega. Dialogus.LXXI.

CDolor.

Cultum habeo ac temerarium collegam. A
f CRatio. Est aliquid cause fateor ut time
as:sed ex aduerso aliqd est ut speres: Hoc
enim ut quibusdam calamitatis:sic alijs glie pbu
it materiaz: Temeritaſ Terētij Uarronis: Emilio
Paulo mortem peperit. At. L. Furij z Minutij
temeritas. M. Furio Camillo z. Q. Fabio Ma
ximo singularem gloriam quesiuit: Note sunt hi
storie. CDolor. Est mihi collega preceps z incon
stans. CRatio. Esto tu constans z modest⁹. Nul
q̄ virtus clarior eminet q̄ suo admota contrario.
Cur non tu potius illum regas q̄ te ille pcipitet?
CDolor. Est insolentissim⁹ collega. CRatio. An
tibi excidit:ut ipsi de quo nunc dirimus Camillo:
tribuni militum consulari potestate quinq̄ simul
colleges imperio pares ultro se submisere. Habet
hoc virtus excellens:possessoribus suis auctorita
tem:miratoribus reuerentiaz ac pudorem cōfert:
Nullo melius modo college insolentiam repressi
ris q̄ industria ac virtute. Sic efficies ut illum ti
bi parem dici pudeat:sicut puduit Minutium: z
aut se sponte subijciat honestiore suffragio q̄ si eū
tibi populus subiecisset:aut omnes intelligant illū
tibi parem nomine:rebus imparez: z quicquid be
ne gesseritis tuum esse:quicqd secus illius. CDo.
Collega mihi stultus obtigit ac peruersus. CRa B
tio. CQuedam per contrarium discuntur. Solēt
magistri tardiusculis discipulis ineptum aliquid
proponere:quod cum respuerit: discentis ingeni
um ad uera facilius retrahatur: Redit ad memo
riam obscuri hominis clarum uerbum. Ante non
magnum tempus cum Florentia ciuitas statū mu
tasset:qd crebro nimis ac libēter facit:atq̄ ad imā
plebē frena reipublice peruenissent:vnus ex isolē
ti grege qui diu tenuerat illa z mestus amiserat:
vicini inopis mechanici humilitatem spernens:
Et tu inquit qui neq̄ litteras noueris: neq̄ vnq̄
patrios fines excesseris: vili semper artificio vi
tam trahens cum paribus tuis:qualiter hāc tātā
z tam nobilem urbem reges? Ille aūt nihil mot⁹
Et quid negocij inquit est? Quid uos egeritis nul
lus ignorat:si per omnia contrarium agimus:ab
errare non possumus. O uerbum dignū docti ho
minis ex ingenio prodijsse. Tu nunc igitur in colle
ga tuo contrarium tibi statuas exemplar:cui dissi
millimus fieri uelis.

cedes insigni uarietate conspicuus:quale aliquid traditur de L ucio Catilina:At ubi te primum cō posueris atq; ad vnum aliquid direxeris: vnum uelle ceperis:quod bonum utiq; sit oportet:quoniā natura maloꝝ semp uaria est:Ubi hoc inq; feceris:preter animi quietem rerum optimam uniformitas quoq; vultus ac tranquillitas consequetur:nec spe ulla:nec metu:nec merore mutāda nec gaudio:res quidem uenerabilis ꝛ paucoꝝ hoiuꝫ: que apud ueteres grecos in Socrate apō uestros in Lelio laudata est.Postremo vo in principibus uestris Marco Antonio ꝛ Aurelio Alexandro.

¶De ambiguo Statu. Dia.LXXVI. ¶Do.

A Mbiguo in statu sū.¶Rō.Quid est quaso de quo ambigis?Moriēdū ne mortalibus:an spernēda que fugitūr ꝛ nullā in prosperis spem habendā:an ineuitabiles casus reruꝫ esse sed tolerabiles:nec flecti qdez sed frangi posse fortunā?At hec oia certa sunt.¶Do.Ambiguo in statu positus qd de me futuꝝ nescio.¶Rō.Ubi: qñ q̄liter moriaris ambigere qdez potes:mori autem oportere:nec male mori posse:qui usq; in finē bene vixerit:nec cito mori qbusuis in spatijs vite viri boni munus ipleuit:Uel si id nō licuit:at spez dedit:nec alibi q̄; in patria qui munduꝫ omnem sibi p̄riam fecit:nec alibi q̄; in exilio:qui uerā suspirat ad p̄riam:dubitare ni desipis nullo potes modo.Unde igit̄ iste ambages?de fortuna fortitan: an tibi fidem:quod vix ulli vnq̄; fecit?an suos potius mores seruat tanq; pelagus procellosum: nūc ficta tranquillitate fallax:nūc fluctibus altis minax:nūc horrida naufragijs?Ne de hoc quidē ipso:si qua tibi experientia rerū est:dubitatio ulla superit:q̄uis enim euēt⁹ ambigui:ipsa tū ambiguitas:ipsa ꝛ virt⁹que te inter incerta certū faciet: certa est:cui cum te totū dederis:puisa omnia nihil erit ambigui.¶Do.Ambiguus status est mihi.¶Rō.At non ambiguus deo:id sat est:illi teipsum fidens crede:ꝛ dic ei.Jn manib⁹ tuis sortes mee.Jd cū pie feceris:pone metū:pone ambiguitatem:pone sollicitudinē.Jlle scit qd de te actur⁹ sit:nullius rei dubius:parua qdez sed firma in naucula magnum sulcas mare.Fidus tueq; salutis amantissimus gubernator est:Quid refert an uiā uector ignoret si magistro nauigij nota est.

¶De vulneribꝫ acceptis. Dia.LXXVII. ¶Do.

A Ulneribus crucior grauissimis.¶Rō.O v si aie tue vulnus aspicias:q̄; tibi hec leuia videant?sed uos delicatissima corpa insensibiles pene aias habetis. Altera uestri pte nihil: altera pati oia parati:qdq; est funesti⁹ non sentire. ¶Do.Ulneribꝫ inflictis afficior.¶Rō. Hostilis mucro loricā penetrat:nō aiuꝫ. Jlle nisi ultro suis sese armis spoliet inuiolabilis ferro est.Disputatū habes a magno quodā viro:paruo qdez sed arguto uolumine:neminē ledi posse nisi ledat a seipso: Cui sententie:q̄uis ab opinione hoium uehementer abhorreat: pro veritate subscripserim. ¶Do.

B Grauissimis multisq; vulneribus laniatus sum. ¶Rō.Nullū vulnus grauius esse pōt q̄; ad mortē:talia vo vno in corpe multa esse non possunt.Si vnū ergo grauissimum:reliqua oia leuia sint oportet.Trib⁹ ꝛ viginti vulneribus cōfixus Cesar:vnū non amplius letale habuit:ut sane fuerint cuncta letalia: plus ne q̄; semel mori potuit? Multa ꝛ ac pfunda sint vulnera:vnus est vulneꝝ effectus: quorum sepe etiā in corpus extinctum inhumana repetitio nō vulnerati penā:sed scuitiā vulneratis exaggerat.¶Do.Ulneribꝫ debilitat⁹ sū. ¶Rō. Sic utinā simul debilitata supbia cū sororibꝫ suis: accesserit vulneruꝫ comes humilitas:ne de nihilo scriptū sit:Humiliasti sicut vulneratū superbuꝫ:Bonum vulnus ꝛ utile qđ pluriū ac maioꝝ vulneruꝫ medicina est.¶Do. Uulneribus deformat⁹ sum. ¶Rō.An adolescentis illius obliuiscēris: cuius mētio bis in hoc sermone incidit:Sero qdē spōte faceres qđ ab alio factū gemis.¶Do. Trāsuerso L vulnē facies exarata est.¶Rō. Nō vuln⁹ sed causam vulneris attendo. Justo cicatrix bello parta miris modis honestat faciem:Uiri fortis speciosum p̄o iustitia susceptū vulnus multoq; speciosi or est mors.¶Do.Ulnere accepto claudus suꝫ. ¶Rō.Dictū tenes Horatij Coclitis:qui cū die illo quo mirabili magis q̄; credibili fortitudie atq; constātia solus Tusci regis exercituꝫ supplicio in ponte sustinuit:testudine suoꝝ manib⁹ a tergo fracta ꝛ collapsa hostibus clausum iter sentiens:utq; erat armatus ꝛ mille hinc atq; illinc missilibus circumuentus: ex alto se in tyberim p̄iecisset vnoq; cum vulnere vnde claudus mansit inter ruēdū accepto:nando ad suos corpe reliquo incolumis peruenisset.Jdq; vitiū sibi post tps ipetitione honoris obijceretur:sic elusit aduersariū:Minime enim ingt claudico:sed ita dij imortales uoluere:ut per singulos passus meminerim triūphi mei:p̄clarum planē factisq; par dictum.¶Dolor.Manum vulnere perdidi.¶Ratio.Si leuam:damnum leuius:At si dextram:Marci Sergij viri fortissimi remedio uti licet:qui hac manu bello punico amissa sibi ferreā fabr̄efecit:cum qua multis ac trucibus p̄elijs:nō ociosus bellator interfuit. Jd si parum successerit:dextre offīm in sinistrā trāsfer. Nosti ut Cesareus miles Attilius bello Massilienſi: cum iniectam puppi hostili dextram amisisset:leua p̄hensam tenuit donec pelago mergeretur. ¶Do.Utraq; manus ferro abscissa est.¶Ratio. D Ubi plus licētie fortuna: ibi plus negocij virtus habet:fortune tamen ois aculeus virtute contūditur:hac armatus ēt sine manibus fortis erit.Memento Linigeri Athenienſis:qui post Marathoniam pugnam: opus immortale Melciadis hostibus ad naues p̄ofugis imminens:obtruncata manu dextra qua vna nauium fuge plenam strinxerat:sinistram mox adhibuit:qua rursus abscissa fere in morꝫ morsu post affixo sic tenuit quos aliter nō ualebat.Nec tibi miles ille Cannēsis excidit:qui vulneribus usu manuum priuatus conꝑa suis intentum spolijs victores:qō vnū sibi supererat dentibus quidem p̄o manibus usus est: ceruicemq; eius arreptaꝫ ulnis implicuit nec laxauit p̄ius q̄; auribus truncis ac naribus:os hostis lacerum tuens:seq; ultus moriens iam letior expiraret:Ferocia hec:Jlla suauiora mitibusq; animis aptiora remedia:ut semper ceu rem fragilem caducamq; teq; uelociter deserturaꝫ corpus aspicias:ut cū id euenerit:nec p̄cidas nec mireris qdē sed exteriore mēbroruꝫ ministerio amisso in ipos aie sin⁹ itimos te p̄uertas:ubi iuenies aliqd magnifice loquēdū agēdūq;:nec lingua op⁹ esse nec manib⁹.¶Do.Uulneribus deformatus suꝫ. ¶Rō. E

erroribus radicatum est. Hoc est autem quod cauendū moneo: ne tu quoq; vnus fueris ex his qui uel materia uel flatu ciuile incēdiū aluerint. Multi enim faciunt vnde mox queraꝝ: ⁊ q̄si ab altero inflictū vulnus suis manibus factū lugent. Multi iam suo incendio periere. Q. si tibi nihil es conscius: pl⁹ est dolor boni ciuis in calamitate publica sed quem soletur innocentia. Humanis enim malis nullum flebilius culpa est: immo quidē: ut qui busdam maximis viris placet: nullū aliud est malum. ¶Do. Ciuili ueramur bello. ¶Rō. In foro re ciuium te sequestrum pacis exhibe: si id frustra est: at tu saltem pro libertate uel solus pro iustitia partes fac: quod ⁊ si patrie forte assis inutile: at tibi certe laudabile: Utriusq; rei exēplū: vna tibi urbs dabit: Menenium Agrippam: ⁊ Portium Catonem hunc nouissimum. ¶Do. Implacabile ciuil⁹ bellum est. ¶Rō. Si nil opis in te est: ambi alios: increpa: deprecare: obsta: castiga: obsecra: ingē quibus potes publicam ruinam que priuatas in se cōtinet: ⁊ cum nullius propria videatur: est omniū. Deniq; hinc pietate: hinc terrorib⁹ animos placa. Si nil apud boies proficis: deum ora: opta ciuium resipiscentiam: ⁊ salutem patrie: modisq; omnib⁹ boni ciuis officium imple. ¶Do. Bello ciuili respublica in extremo est. ¶Rō. Ne quid uel ciuilibus uel externis bellis inopinum accidat: ne quis iparatum casus opprimat: semper hoc vnū uolue animo: nō homines modo sed preter animos humana omnia esse mortalia. Et ut hominibus: sic urbibus ⁊ magnis imperijs suos morbos nunc extrinsecus obrepentes: nunc ipsum intra corpus exortos in quibus sunt secessiones ⁊ simultates ⁊ discordie ⁊ bella ciuilia: Esse omnibus constitutum terminum qui preteriri non poterit: suum finē cūctis que videntur instare: ⁊ si paululum differatur: affuturum tamen. Ubi sunt urbes clarissime: fuisse siluas asperrimas ⁊ futuras esse. Stulte de se sperare urbem aliquam quod assequi regina urbium Roma nequiuerit. Hoc inter fata hominum atq; urbium interesse: q̄ illa propter innumerabilem infinitāq; frequentiam ⁊ vite breuitatem quotidie in oculis sunt: Hec propter raritatem atq; eū longius: vix semel multis in seculis ⁊ cum stupore cernuntur. Hec te cogitatio firmiorem contra omnes casus tam publicos q̄ priuatos faciet. hec tibi demum ⁊ si non amenā at utcūq; tolerabilē viam sternet ad inopiam: ad exilium ⁊ ad mortem: docebitq; hoc proprium patrie tue malū: q̄ omnibus est cōmune.

sint:nisi maior multo esset infirmitas animorum. Illa est que viro indignos eiulatus: & mulieb̃res atq; humiles uoces elicit. Quid est enim oro te: cur impossibile homini censeas:quod sepe olim & potuisse vides hominẽ & fecisse? ¶Do. Heu mihi rursus ad historias uocor & in medio doloruꝫ estu vir presentium: vir mei ipsius memor ad memoriam protrahor antiquorum. ¶Ratio. An non ergo clarorum recordatio virorum qui similia fortiter passi sunt magnum affert in omni rerum asperitate solatium & lenimen? ¶Dolor. Sentio ad imitandum rarissimos hortaris:gloriosa consilia sed alta nimium supraq; hominez. ¶Ratio. Quid supra hominem dicis non deorum tibi sed hominuꝫ rationes:hominumq; exẽpla ꝓponimus. ¶Dolor. Hominum fateor sed paucorum: estq; ultima & exacta raritas nullitati proxima: Non multum inter Phenicem & Chimeram interesse dixerim: Illos sequor qui Chimeram nihil esse uolũt: apũd alios nãq; Sicilie mons est. ¶Ratio. Quasi vo imitandus tibi proponatur Phenix & nõ acies,virorum:que quo rarior: eo dignior cui similis fieri uelis:quisquis raros sequi negliget rarus esse vir non poterit. ¶Dolor. Video vnum ex paucis fieri iubes:vnus ex multis suꝫ. ¶Ratio. Prope nullum te maluerim q̃ ex multis vnum: Nescio enim an non esse:an stultum esse sit melius: Atqui pluri morum idem & stultorum e numero sit oportet. ¶Do. Ego vo nil peius esse q̃ nil esse scio. ¶Ratio. Nescis quid mali sit esse aliquid nec esse quod debeas. ¶Dolor. Ita hoc dicis: quasi quod vni forte accidit:debitum sit omnibus:idq; ad omneꝫ trahi uelis. ¶Ratio. Male ais forte: virtus enim non fortuita sed deliberatiua prorsus & electiua est non casu equidez querenda sed studio. Neq; ego quod vni casus dedit:ad cunctos:sed quod virtuꝫ multis tribuit ad vnum trahor:ad omnes tractura libentius sed in vno etiam defatigor. ¶Dolor. At non omnia possumus omnes. ¶Ratio. Non poeticum modo sed pastorium est uerbum: Scio: sed te posse aliquid quod non omnes possint imo iam potes uelle cupio. ¶Dolor. Quid heu miserum inquietas: nonne satis igitur torquet dolor? ¶Ratio. Quietem potius afferre & hunc tibi torrorem auferre meditor:quod nisi tu qui potes manum dederis:sola non possuꝫ. ¶Dolor. Pape:qd hoc est quod me posse ais:an possum dolorem nõ sentire quem sentio:aut malum negare quod pessimum experior? ¶Ratio. Primum non requiro: obstat enim natura:alterum ne impetrem:non natura:non ueritas:error solus obstiterit. ¶Dolor. Proh superi:quorsum hec inania que philosophica dicitis scio plane dolorem non esse animi vitiũ sed corporis. Scio dolorem aliud esse q̃ pfidiam dolere aliud q̃ furari: hec me ut noua ne doceas satis magnum: & si nil aliud addideris: per se dolor malum:cuius ego non noscendi consilio sed ferendi seu q̃ malim depellendi egeo:noui enim noscemq; utinam minus quid est dolor. ¶Rõ. Et ego dolorem rem acerbam scio:immitem horridã amaram:tristem:nature aduersam:sensibus odiosam:sed que virtutis ope non dico dulcescere: qõ epicurus dixit:secum ipse dissentiẽs:sed leniri frãgiq;:forsq; etiã si uera aium virtus armauerit aut sentiri partius aut quodãmodo nec sentiri quidez possit. ¶Dolor. Armatus an inermis ego dolorez ualde sentio & malum grande profiteor. ¶Ratio Professionem aliam ex te optabam. ¶Dolor. Si rursus ad speciosa retrahimur:delectãt aures uerba magnifica:sed uera animum:quid si dolor eniꝫ corporiꝫ animi patiẽtia maior sit? ¶Ratio. Quid si nulle corpis uel illecebre uel molestie:nulli angores stantis atq; obstantis animi viribus pares sunt? Quid si in omni luctamine modo non uolẽs terga dederit:sed toto nisu ac bona fide resisterit: semper animus superior fuit:semper abijt victor? ¶Dolor. Quid vo si doloris intolerantiam morbi feditas grauat & fastidium & pudor. Quid si lepra putre corpus ac miseruꝫ inuasit? Quid hic mihi sermo tuus iste contulerit? ¶Ratio. Multum sane ni respuis ostendet tibi te qui cuncta respiciens:te non vides:iubebit meminisse terreũ & mortale corpusculum tibi esse non aereuꝫ neq; eternũ: nec mirari quidem oportere nec indignari si putredo in terram suam: si in sedem fluxerit esse hominis:mentem & suprema eius ni rebellent ad felicitatem perpetuitatemq; dispositam: eiusdem partes infimas & morti obnorias & omnis miserie capaces:Seu lepra igitur seu epilentia: seu qd his turpius aut tristius inciderit: cogitandũ tibi acriter in miseriarum uasculum descendisse:quod suũ erat destinatumq; illi figulo ab eterno:contra quẽ lutea uasa ne murmurent admonentur: q̃ illud in honorem:hoc in contumeliam: uerum cuncta fragilia finxerit atq; mortalia. ¶Dolor. Ergo ego:te consule sine murmure & gemitu lepram feram. ¶Ratio. Plane me cõsule atq; auctore:cui si ostẽderis murmur aut gemitum utilẽ tibi leuamenq; aliquod mali esse uersis ultro consilijs utrũq; permisserim seu iusserim: Q̃ si indignatio & querele nil aliud q̃ accessio mali sunt: quid morbo corporis addere animi morbum iuuat teq; miseriorem flendo facere & illum tibi forsan infestiorem qui laborez hominum ex alto videt:patientiamq; considerat:quam aut remedio cõpenset aut pmio? An vo aduersus oẽs corporeas pestes:ꝫ quoniã nominatim vnam defles parum solatij:contra hanc ipsam est nosse lepram superficiei vitium uel coloris esse non ualitudinis aut integritatiꝫ sensuuꝫ atq; membrorum:ut Augustino visuꝫ scimus:nec phisici cõtradicunt:sed ut cutem penetret artusq; dilacerãs in precordia ima descendat:quod fecisse legit Plotino ingenti platonico. In animam certe descẽdere nisi ipsa consenserit non potest qua incolumi nõ pluris extrinsecus corporis sui habitus apud illã erit q̃ bene ualentem apud hospitẽ q̃ hospitij forte paries extimus uentis ac imbribus scaber sit. Quid q̃ lepra possessorem suum vulgo eripit consortioq; hominum sepe eorum quos ut fugeres recusandum nihil nulliusq; non auxilium improrandum erat ut ad calculũ res redeat:multis illa corpus tedijs implicans:multis animum explicuit. ¶Dolor. Heu quid credam rerum pessima laudãti. ¶Ratio. Rerum pessima non corporis sed animi vitia morbiq; sũt:nec idcirco ego lepraꝫ ꝫ equanimitatem & patientiam laudo: nec indignanter nimiumq; flebiliter ferre suadeo humanarũ tuaz propriam rerum sortem:cum summo tibi pſertim

ti ſuperbia eſt. Nota ſunt reliqua: quibus acriter circūſpectis monſtrū eſt ſupbus homūcio.

De Febribus. Dia.CXII. Do.

A f Ebribus eſtuo. Ratio. Eſtus hic aut tē pore finiendus aut frigore: utrumuis fecerit bene erit. Dolor. Febribus urgeor. Ratio. Omnis hic contra naturaz motus pluſ habet ipet⁹ q̄ dūturnitatis ꝛ ſepe duoꝝ facit alterū aut coꝛp⁹ expurgat: aut aiaz abſoluit. Do. Febrib⁹ teneor. Rō. Nō longū teneberis expecta Cito te uel ſanum oportet eſſe uel liberum: utrūq̄ optimum. Dolor. Febribus laboro. Ratio. Jlico requieſces: Natura cuz morte confligit: opere exituz duelli: prope eſt hora uel hinc te morbo uel omnibus exemptura. Dolor. Febribus ardeo. Ratio. Minus mali eſt coꝛpus ardere q̄ animum de quo precedentes tue ſeptem proxime ſunt querele: Quid ſi ardoꝛ alteri⁹ ſalubꝛis eſt alteri? Quid ſi hic ardoꝛ q̄uis aſper optabilis eſt? Quantum deniq̄ boni eſt preſentis vite mala breui guſtu perennis admonere ſupplicij ut infinitas amaritudines declinare ſtudeant qui tam grauiter paucis horis amariuſcula tolerāt: atq̄ his angſtijs diſcant illas euadere: quibus nec phiſicuſ nec herba medebitur: nec dies creticus nec morꝛs B quidem. Dolor. Febribus uroꝛ. Ratio. Uermiuz cibus excoquitur: Fer te alijs uriz cui totiēs alia uſta ſunt ꝛ de ſupplicio conſilium cape ex quibuſdam malis remedia conflantur: Sepe paruus doloꝛ ac preſens ut uenturis ac grauibus occurreretur admonuit: fitq̄ vtilis qui moleſtus erat. Felix incēdiuz breue quod eterni refrigerij cauſa eſt. Dolor. Febribus exerceoꝛ. Rō. Eris iam bone ualitudinis eſtimatoꝛ idoneius. Uos eniz homines dei dona niſi amiſſa uel intermiſſa nō noſcitis ingratum genus. Dolor. Febꝛe ueroꝛ importuna. Ratio. Diu ſimul eſſe nō poteſtis. Nemo diu ardet: aut illa te deſeret: aut tu illam.

De dolore iliaco atq̄ extaſi. Dia.CXIII. Do.

A i Liacum patioꝛ dolorem. Ratio. Sperare incipe: quandoquidem quod taz triſtius metuas nil eſt. Sicut autem ad extrema gaudij peruenisſe principiū gaudij ſit oporꝛtet. Contrariorum hec lex eſt: Alterum ex alterius fine oritur. Dolor. Dolore torqueoꝛ iliaco. Ratio. Spes eſt fateoꝛ acerba ſolatij: nil acerbius pati poſſe. Dolor. Jliaco crucioꝛ dolore. Ratio. Qui dolet ac metuit ille miſer eſt: vndeq̄ tibi pars altera miſerie metus eripitur: Nam quid oro metuat qui ipſam que ab omnibus preq̄ omnibus metuitur mortem ſperat? Dolor. Jliaco dolore diſcutioꝛ. Ratio. Diſce viuens mori quodq̄ non niſi ſemel fit ſepius experire: facies ſecurius tandem ſemel quod tam ſepe temptaueris nihil enim noui facies: ſimillimus doloꝛ iliacus morti ē niſi q̄ morꝛs facilioꝛ breioꝛq̄: ut qui hūc fortiter tulit: niſi metus alter interueniat multo illam fortius ſit laturus. Dolor. Dolore rumpoꝛ B iliaco. Ratio. Magnitudo ipſa doloris finem ſpondet: Nemo enim diu moritur. Do. Quid q̄ doloꝛ extaſim parit? Ratio. Longos febriū

dolores breui tranſigi ſuſpirio. Dolor. Aduentare extaſim intelligo. Ratio. Uix id quidez intelligere eſt: Nam ꝛ repente aduenit ꝛ preſens intellectum viribus ſuis priuat. Dolor. Linqui animo incipio. Ratio. O felix qui rem neceſſariam: utq̄ aiunt duriſſimam ſine ſenſu ſis obituruſ. Dolor. Sepe extaſiz incurro. Ratio. Sepe mortu⁹ reuiuiſcis. Dolor. Sepe extaſiz moꝛtiferam experioꝛ. Ratio. Hanc pluſq̄ ſemel experiri nequis. Nemo enim plus q̄z ſemel moritur Quod autem optimum mortis genus eſſet inter doctos ac preclaros viros aliquando queſituz eſt ubi Julius Ceſar interfuit ſummus vir ꝛ imperio ꝛ doctrina: qui ꝛ ipſe tempore extremo: ut de illo ſcriptum eſt repente linqui animo ſolebat: quam queſtionem ille ſic abſoluit: ut repentinum atq̄ inopinum interitum commodiſſimum diffiniret. Que ſententia ꝛ ſi pietati uereq̄ religioni fortaſſis aſperioꝛ videatur: ſic tamen ꝛ cuilibet ſapienti ꝛ preſertim pio uereq̄ religioſo viuendū eſt: ut ſibi nil repentinum aut ſubitum eſſe poſſit: ꝛ ſi quid tale incidat animo: celeritas ipſa non noceat ꝛ proſit coꝛpori.

De totius coꝛporis dolore ac languore uario. Dia.CXIII. Do.

A t Oto coꝛpore langueo. Ratio. Si non languet hoſpes coꝛporis animus bene eſt quicquid tuguriolo ſuo eueniat ſaluuſ erit. Dolor. Toto coꝛpore crucioꝛ ingens malum. Ratio. Stoici vnum in rebus omnib⁹ humanis bonum dicunt virtutem. Et q̄uis alij aliter: hec ueriꝛ tamen viriliꝛq̄ ſententia viſa eſt cui cōſequenſ eſt: vnūquodq̄ q̄ huic bono obijcitur malum eſſe vitium: quo fit ut doloꝛ coꝛporis moleſtiſſimus ſit maluz tū utiq̄ non ſit. Dolor. Mei mihi miſero ego torqueoꝛ: tu diſputas philoſophice fabelle. Ratio. Jure te miſerum dicis: uel hoc ipſo q̄ humane vite regulas fabellas uocas. Dolor. Sonora hec in ſcholis famoſa per libꝛos: ſed nec eculeos nec egrotantium aſcenſura grabatulos dicuntur ſcribunturq̄ facilius q̄z probantur. Ratio. Immo vo ꝛ ad dolorē ꝛ ad egritudinem ꝛ ad mortem proſunt: ſed non omnibus quippe que non omnium inſedere pectoribus: ꝛ profecto quibus credita non ſunt ſalubꝛia eē non poſſunt. Dolor. Mea ego crucioꝛ tu diſputas. Rō. Jſte tuus doloꝛ neceſſario aut lentus erit aut intenſus: atq̄ ita uel facilem uel breuem patiētiam requirit. Dolor. Mei mihi ſummo crucioꝛ B dolore. Ratio. Si ſummus: nempe breuis eſt doloꝛ: parce gemitibus aut fugiet aut fugiat eſt neceſſe: Sit utriuſq̄ libertas in foribus interim forti animo ferre mortalia ſpecioſum ac virile eſt. Dolor. Specioſum dictu fateoꝛ factu ue poſſibile quidem reoꝛ. Ratio. Nō impoſſibilitas rerum eſt ſed mollicies hominum que virtutis innumeros deſertores fecit: ꝛ faciet dum omne difficile tanq̄z impoſſibile reſpuitur: virtus perijt cui⁹ materia difficultas quidez ſed honeſta eſt. Dolor. Sumus homines non dij ꝛ moribunda coꝛpuſcula vim doloris ferre non ualent. Ratio. Fragilia coꝛpora humana non negem uſq̄ adeo gn uſq̄ ad tolerantiā omnis aduerſi ſat virium habitura

cie de splendore glorie dici solent: an id uerius qđ ab alijs disputatum vulgus probat uacuitatē doloris optimam: pessimum dolorem uoluptatē boni finem: ⁊ ille quidem paucorum: he ferme oium uoces sunt: quaruꝫ sepe tantus est sonitus ut pauce ille uoces adhortantium audiri nequeant: ⁊ custodes arcis exterriti omissa defensione fugam cogitent: In hoc statu dubium nutantemqꝫ presidijs firmare animum oportet: ne de sententia excidat: ut olim Dionysius Heracleontes: qui cum Zenonis preceptoris sui de dolore sententiaꝫ dolore victus abijceret: a Cleante condiscipulo irrideri meruerit: Non inquam excidat sed resistat inqꝫ arrepto uestigio pedem figat: intelligens quid in rebꝰ uerum: quid vmbratile: neqꝫ laruas horreat: neqꝫ clamoribꝰ moueaꝫ: certꝰ dolore nihil nisi ignauiaꝫ vtute aūt ⁊ ignauiā ⁊ dolorē ⁊ mortē ⁊ dura oia vici posse: Inqꝫ hac sentētia fixus ⁊ immobilis perseueret: promptus pro virtute pati fortiter: qđ multis cogitare terribile est: quodqꝫ nunq̄ ab homine fieri posset: qui non super auri atqꝫ gemmarū speciem: super muliebrem formam ⁊ super omne concupiscibile virtutiꝭ pulchritudinē adamasset: Hac confirmatione animi ⁊ falsē opiniones ⁊ uani metus infirmantur ⁊ acies doloris obtundiť. Fitqꝫ quod Cicero idem vult: ut sicut in prelio pauidus miles abiectisqꝫ armis viso hoste diffugiens sepe ipse sibi periculuꝫ fecit ubi impauido periculū nō fuisset: sic ignauuꝫ aiuꝫ ⁊ sēsibꝰ obsequētē sola cogitatio doloris exanimat: qui virtute firmatꝰ atqꝫ armatꝰ icolumis ac doloris victor ⁊ ꝓpe nil molesti sentiens euasisset. Patientia enim non mō animi vim augeri: sed asperitatem ipsam doloris imminui ⁊ pene ad nihilum redigi: atqꝫ hinc eē ut acerrimo in dolore recti quidam ⁊ immoti: alij etiam leti sint: quod fieri non posset nisi animus a sensu doloris auersus: ipsam de qua loquimur firmitatem atqꝫ constantiam induisset. ¶ Me. Intelligere videor: sed perge quid est sermo intimuꝭ. ¶ Ratio. Et hoc dicam: Generosa mens eque uoluptatum dolorumqꝫ contemptrix: ⁊ utriscqꝫ pariter cedere nescia ubi adesse periculum seqꝫ circumuentam hostibus suis videt: arma capit: obuiāqꝫ progrediens seqꝫ in prelium cohortans: multa secuꝫ: multa cū deo suo loquitur: q̄uis hoc ultimū Cicero uel nesciuit uel non rite sciuit: non defectu ingenij sed gratie. Tali sane colloquio ad decoris obseruantiam atqꝫ ad illa que diximus ad incendendas vires: ad consumanda consilia nullum efficacius: Alijs tamen uerbis contra uoluptatum blanditias atqꝫ alijs contra dolorum minas esse utendum: ⁊ quibus utrobiqꝫ pronum est aduertere scienti que naꝫ uel ille blanditie uel he mine q̄qꝫ impares sint virtuti: Sed quoniam horum de altero sermo erat exemplo agam vnico sed insigni: quo in reliquis omnibus instructior fias: Quis est hic in dolore sermo intimus. Meministi quibus uerbis Lucanus magnum Pompeium inter carnificum gladios usum facit: Sed quia hoc pro q̄litate persone a poeta fictum: ⁊ secundum ueri similitudinē animo viri illius in eo statu conuenientibus uerbis expressum est: Exemplum ueruꝫ recensqꝫ alterum adijciam: hac ipsa etate superant qui viderūt adhuc multi: Sannitem illum imperterritum ⁊ in uictum senem: qui dum iussu illius cuius nomen suppressisse silentio melius fuerit: curru per ciuitatem ducerctur nudus inter duos carnifices cādētibus forcipibus: hinc illinc membra carpētes: populo ad tam miserum tanqꝫ indignum spectaculū lachrymante siccis ipse oculis grauiter ⁊ constāti uoce sese alloquens dicebat: Quid facimus anime? Noli oro succumbere: nihil aut iraſcaris aut metuas: grauia sunt ista sed breuia: ⁊ pro nostra eterna ne dubites salute grauiusqꝫ supplicium hoc inuenti fuerit q̄ ferenti: Erige te anime ⁊ depelle formidinē spera in deo: statiꝫ erit finis. Quibꝰ uerbis quātaꝫ sibi cogitabis certe pectoribꝰ audientiū incredibile dictu est quantam cum misericordia firmitatem: constantiam: securitatem: patientiam infuderit ⁊ si artius estimanti: Non ille intimus de quo agimus sed extimus sermo esset: Nempe qui ut dixi: a multis exterius audiretur: si hec ⁊ his similia ⁊ ab alijs in silētio dici possunt ⁊ ab hoc ipso fortitan dicebantur: Uicissim enim nunc tacebat: nunc in uoces quas diximus erumpebat. Potest ⁊ aliter ille idem sermo intimus videri: Unde non quo prodeat cogitanti ⁊ huius quidem secuꝫ at cum deo loquentis in doloribus inqꝫ periculis: nullum clarius exemplum q̄ Job primi: Theodosius secundi. Ille manu dei tactus atqꝫ ulceribus obsitus: quanta deum libertate iurgāti similis cō pellet seqꝫ ardenti ⁊ querula deuotione in deū erigebat: hic cum paucis innumerabili ac barbarico circumuentus exercitu quo feruore quibusue suspirijs ceu presentē deū inuocet audiuisti. ¶ Me. Audiui plane ⁊ memini ⁊ exemplis doceor quid uelis gratiamqꝫ non mediocrem Ciceroni habeo de cuius tribus exiguis granis tres ingentesqꝫ aristas messui: ex quibus cultu adhibito messis uberior nasci queat. ¶ Ratio. Ita se res habet: doctorum hominum uerba pregnantia sunt: plus continent sensuum q̄ pretendunt: ut nihil aliud me loquente visus es mihi dolorum ⁊ querelarum tantisper oblitus: vnde elicis uehementem quoqꝫ cogitationem rei cuiuspiam honeste: atqꝫ in illam a rebus alijs quibuscunqꝫ animi totius abstractionem multum ⁊ dolori ⁊ molestijs omnibus posse remedium afferre. ¶ Me. Potest esse ut dicis: sed mihi nunc etiam multuꝫ deest ad salutem illā quā intendis animi: magnoqꝫ suꝫ in dubio an his oibꝰ leniať seu tollať dolor an vba sint aios occupātia aurescqꝫ mulcētia: ad dolorem nihil. ¶ Rō. Uerba corporibus non medentur fateor: nisi fortitan incantationes ⁊ anilia carmina fidei aliquid merentur at medentur morbis animorum: quoruꝫ profecto sanitas corporeuꝫ dolorem aut extinguit aut mitigat. Nunquam si patientia nulla esset: tam multa de illa viri doctissimi disseruissent: nunquam tot huiusce rei argumenta animo oculisqꝫ ⁊ auribus hesissent: quot memoria imagines rerum tenes: q̄ multa vidisti aut legisti: quot historias audisti quibus non probatum tibi sed demōstratum esse debeat ita esse ut dico: ⁊ si non doloris omnem sensum patientia eripi: quod ipsum tū ⁊ fieri posse ⁊ factuꝫ esse cōtendimus: at doloris certe victoriaꝫ ferendiqꝫ viriliter vires dari. Quid vo te plus habuit. M. Marius vir litterarum inops: sed virtutū dives militarium: an non ipse carneus atqꝫ osseus

imperatore ac philosopho Constantino scilicet ac Plotino de quo modo diximus communem: postremo ante oculos habere celi dominum non leuiam odisse sed vitium: Eumq; ipsum angelorum iudicem atq; hominum: de quo scriptum est: Neq; habitabit iuxta te malignus neq; permanebūt iniusti ante oculos tuos: non tamen leprosos horruisse seu fugisse: sed illorum domos adijsse atq; conuiuijs interfuisse. ¶Dolor. Tu me uerbis superas dolor rebus: ego autē non philosophorū nugis hac in re sed sensib⁹ meis credo illi mihi qd renuncient scio. ¶Ratio. Primum quidem philosophorum aliquot ut uere ais: nugis quas nec excusare possum nec negare: philosophie totius grauitas non perit: que in eo quod nūc agitur: ut in multis laboranti anime vna in terris tuta ꝓculdubio arx est: Deide nihil absurdius inter mihi amicos q̄ sensuum fallaci iudicio uerum queri: ingenio ac studio ueritas est querenda non sensibus. ¶Dolor. Heu quid me crucias & dolori meo addis tedium: proferas remediū: iam nunq̄ tu: nunq̄ philosophia tecum faciet: ut non sentiam quod sentio. ¶Ratio. Mos gerendus delicato ac fastidienti egro permittendumq; aliquid interdum: quod per se nociuum sed utentis desiderio fit utile. Itaq; facile patiar: ut si languor: si supplicium: si offensio afflictioq; corporis mala sunt: que incōmoda stoicis dici videntur honestius ipse quoq; dolor hinc oriens dici videriq; malum: & si ita vis ingēs possit: sed virtute superabile: Utq; iā litigio uerbi cedam: amicus noster Licero nos reducet in gratiā. Non enim dolorē inquit: dolorem esse nego: Cur enim fortitudo desideraretur: sed eus opprimi dico patiētia: si modo est aliquid patiētia: si nihil est: quid exornamur philosophia: aut quid eius nomine glorioſi sumus? Hec Licero. Multa ibi preterea diuine contra hoc seu incommodum seu malū in Tusculano suo: scilicet secunda luce differuit quq; dierum disputationes pari librorum numero cōplexus: quem signasse tibi locum uolui: ualet enim miris modis ad id quo nunc eges: maxime patientiam roburq; animi: quo eneruato atq; amisso: falsi vulgi subeunt, sententie: & indigni viro gemitus erumpunt. ¶Dolor. Nunc languori meo ꝓpius adhibes manum docens ubi illa reperiam que in hoc statu stoicorum opinionibus inhumanis ac saxeis potiora & mihi oportuniora cōfido: q̄uis & confidendo diffidam: quia duo remedij auidus sepe locum illum repeto ad tolerantiaꝫ doloris: nūq̄ mihi per me: nunq̄ uel Liceronis ipsius uel cuiusq̄ ope virium satis inueni. ¶Ratio. Ego hanc diffidentiam non reprehendo sed laudo: nemo sibi multum fidat: inq̄ omni difficultate nō ab homine sed a deo speret auxiliuꝫ: Et non ita ut armatos nēturos sibi de celo deos credat malis forsan interdum: nunq̄ certe diuinitas inertibus fauit: ut subsidio dignus sis: quod in te est facito: excitādus attollendus & armandus est animus: cōtraq; suos hostes in aciem educendus. ¶Dolor. Reliqua: nisi fallor: intelligo: vnum quero: quenā sunt hec arma animi que memoras? ¶Ratio. Bñ habet: Jam cōcipio spem salutis tue. Inter asperitates enim rerum flere muliebre est: consultare autē niti: obstare implorare consilium atq; auxilium ignauie est ad vincendum efficax. Arma quidem animi & bellandi artes pro diuersitate hostiuꝫ multe & uarie sunt. Nec ullū philosophie munus utiliꝰ aut sanctius q̄ de his agere: que ut reor: aliquanto magis ad nos pertinēt: q̄ nosse quid agāt astra quid naturam Juppiter intuens promittat: quid Saturno iunctus Mars minetur: quos Mercurius interpres uagus a patre fratreq; mores capiat: quos ab obuijs gbusq; vnde iber & est⁹: vnde tremor terris: qua vi maria alta tumescant: & non nosse vnde estus ac tumor tremorq; ac debilitas animorum: quibusue remedijs temperetur estus: compescatur tumor: tremor ac debilitas roborentur ac firmentur: Quo in studio & si Socrates ludat Aristoteles: idem tamen mutato fortasse animo huic rei non mediocrem operaꝫ dedit: sed hec passim in philosophorum uoluminibus sparsa sūt que ignarijs ingerere operosum nimis neq; compēdij huius est: Scienti ꝙo superuacuum: cui non doceri expediat sed moneri. ¶Dolor. Scio ita eē neq; de omnibus querebaꝫ: sed hoc vnum que tu mihi contra hunc hostem cui nunc congredior dolorem arma monstrares. ¶Ratio. Ad id tibi nec melius possum nec breuius respondere q̄ Licero. Querit enim ut tu: & que sunt ingt ista arma? respondetq; illico: cōtentio: cōfirmatio: sermoq; intimus. ¶Dolor. Edissere oro singula: Legi quidem hoc sepe olim tamen uereor ne mihi accidat quod multis solet: qui apud se legentes intellige re sibi omnia videntur: apud alios locuturi tum de mū nihil intellexisse se intelligunt. Dic si libet que nam ista contentio est? ¶Ratio. Satis⁹ id quidem si parum ultra progrediare in ipsi⁹ Liceronis uerbis apparet: Sed ne quid me frustra popoſceris dicam idez aliter. Multa sunt animis corporibus⁹ q̄ similia: & ut nullum tantum corporis robur: sic nullus animi tantus est vigor qui nō improuiso & graui fasce curuescat: Fac prouideant: erigentur: ne utrunq; sua moles opprimat sed deprehendat intentum: sepe ad subitum magni hostis occursuꝫ vir fortissimus licet expauit: da spatium colligēdi sese inq; iustans discrimen animuꝫ intendendi: uenientem hostem securus excipiet visis cestib⁹ pugnaturi athlete brachia viso onē subituri illuc cervix intenditur: & illa pugnam firmius obeunt: & hoc pondus intenta fert leuius cui negligēs ac remissa succumberet. Ad hunc igitur moduꝫ insigni difficultate conspecta animus contra illam intēdē dus est quod si ad plenum fiat terribilium omniū victor euadet: Alioquin incredibile dictu est: lent⁹ atq; imparatus animus q̄ prauis sepe deijcitur: Hec est illa animi Liceroniana contētio: seu sic dici mauis intentio: que (ad hoc eni duobus his uocabulis sensus idem) & origo: que ut vides apud illum in promiscuo usu sunt: deq; vnius uerbi fonte descendunt. ¶Dolor. Video teq; libens audio sed quid est confirmatio? ¶Ratio. Dicam: est in ipsis quoq; fortissimis animis nescio quid admixtum diffidentie & ueris imbutos falsa circumsonant: tantumq; coit errorum popularium ad arcē mentis expugnandam caterua ut iudiciuꝫ tenere difficile sit. Subit interdum tor por quidam: subit dubitatio: an uera sint que a doctissimis atq; sanctissimis viris de virtute patientie: de honesti spe-

timor sed cogitatus esse debet: qui si nouus incipit nec a prima etate tecum creuit: si per interualla rediens non assiduus fuit: improuide vixisti: Inhesisse medullitus utilium illud Flacci carmen debuit inter spem curamq; timores inter & iras omnem crede diē tibi diluxisse supremum: ut is esses: de quo idem alibi: Ille potēs sui letusq; deget: cui licet indies dixisse vixi: cras uel atra nube polum pater occupato uel sole puro: hoc est nempe illud a philosophis laudatum: sed perpaucis datum viue re vita peracta. ℂ Metus. Mori timeo. ℂ Ratio. Et nasci timuisses & viuere. Uite limen initiū mortis est: vita ipsa cursus ad mortē: seu uerius mors quedā: viuendo uel ad morienduz ibas: uel qō sapientib⁹ visuz est: in horas certe moriebaris. Quid nunc igitur times si mors vitam uel comitabatur assidue: uel necessario sequebatur? Illud quidem docti tm̄: hoc etiam vulgus intelligit: quicquid est natū moritur: quicqd moritur natum erat. ℂ Metus. Timeo mori. ℂ Rō. Mori times animal rationale mortale. At qui si primum uere esses secundum ut arbitror non timeres: Humanam quippe naturam duo hec in vnuz iuncta perficiunt: Ratio scilicet & mors. Illa animam concernit: hec corpus: sed inopia rationis metum mortis induxit. ℂ Metus. Mortē metuo. ℂ Ratio. Nihil est metuendum quod affert necessitas nature. Qui naturalia enim odit aut metuit: naturam ipsam oderit oportet aut metuat: nisi forte partem eius alteram amplecti licitum & laudare: respuere alteraz ac dānare: quo nihil est insolentius: non solum homini cum deo sed hominib⁹ inter se. Itaq; uel totum recipis uel totum reijcis amicum: ne si tantum grata decerpseris: non equus amicitie cultor atq; arbiter videare. ℂ Metus. Mortem horreo. ℂ Ratio. Siquid in morte mali est: idipsum metus mortis exasperat. At si nihil: magnum ipse metus malum est: Stultitia est malum suum uel augere uel facere. ℂ Metus. Nomen ipsuz mortis exhorreo. ℂ Ratio. Nomen mortis infame mortalium fecit infirmitas. Siquid animi virtū ineesset nihilo plus terroris esset in morte q̄z in ceteris que per naturā fiunt. Quid eniz magis mori timeas q̄z nasci: adolescere: senescere: esurire: sitire: vigilare: consopiri? quod ultimuz plane simillimū morti est: atq; ideo somnum: alij consanguineum: alij vo mortis imaginem dixere. Neue seu poeticus lepos estimetur: seu philosophicuz acumen: ipsa ueritas amici mortem somnuz dixit: & semel facere metuis quo quotidie delectaris: Inconstantiam quidem hanc docti mirantur atq; arguunt. ℂ Metus. Trita hec apud philosophos ac vulgata sunt: delectantq; dū resonant: Interpone silentium timor redit. ℂ Ratio. Immo equidem manet: nam si abijsset non rediret: & est non inficior vulgi precordijs timor mortis innatus: Sed eruditum viruz vulgaria sapere deforme est: quem deceat ut modo dicebam: nem turbe uestigia sed paucorum sequi: Nam quod de philosophis dicis: miror quid ita: cum a nautis nauigandi: ab agricolis serendi: a ducibus bellandi consilium capiatis: viuendi consilia a philosophis sumpta contemnitis: & pro corporis cura medicos euocatis: pro cura animi philosophos non aditis: qui si philosophi ueri sunt: utiq; & animorum medici & artifices sunt viuendi. Nam si falsi & solo philosophie nomine tumidi: non modo non consulendi sed vitandi sunt: quibus nihil est importunius: nihil insulsius: quorum abundantior est q̄z uellem etas hec: cum egentissima sit virorum: Et quoniaz a presentibus preter meras nugas nihil est qō speres: si ad priscos reditum inuentumq; aliquid apō illos fuerit quod egritudinem tuaz leuet: noli spernere & dicere quod indocti dicunt: a philosophis ista sumis: Respondebo enim tibi cum Licerone: Metuebam ne a lenonibus diceres: & revera: ubi naz piscari uenariq; nisi ubi pisces fereq; habitāt in aquis atq; nemorib⁹? Ubi fodi aurū: ubi gēmas legi: nisi ubi hoc nascitur? Ille scatēt in terre uenis marisq; littoribus: Unde nisi a mercatoribus merces: vnde statuas ac tabulas pictas nisi a statuariis atq; pictoribus? Unde demum philosophica nisi a philosophis peti iubes? Que & si apud illos pro thesauris abdita atq; ab illis inuenta sint: eadem tamen ab alijs in apertum erui & uel aceruatius uel clarius atq; expressius uel breuius. Postremo uel aliter dici possunt audiendi similia omnibus spem datura successum paucis: Ea est vis ordinis ac iuncture: quod & in poeticis elegātissime Flaccus docet: & sepe aliter atq; aliter & aliqñ potentius affectura animos tanta est gratia: uel notissima re narrantis: tāta uetustis nouitas: tanta lux fulgidis: tantus formosis decor additur: quod nō hic ideo dixerim: quia alibi nō possem: sed quia tu hic materiam obtulisti. Nolo enim quia ignare superbie mos est: semel audita nec forte intellecta dū repetuntur quasi trita & vulgata fastidias. ℂ Metus. Acquiesco recte quidem in his monitis te uersatum video: & si ab incepto procul: adhuc enim mortem nihilominus horreo. ℂ Ratio. Sunt quedam nomine & opinione hominum maiora q̄z re: multa horrori eminus fuerāt que vicina sunt risui: temere creditur inexpertis: Nemo ex his mortis infamatoribus compti aliquid loqui potest: nihil ipse expertus: nihil ab experto didicit. Mortuum quēuis interroga silebit: is cui iam rei veritas nota est: garrient quibus incognita & vanis augurijs astruent quod ignorant: hinc apertissima: hinc occultissima rerum mors arcanum & coniecturale negocium suspitionibus agitur: in dubio bonis opinionibus inherendum tenendumq; potius quod iucundum faciat q̄z quod mestum animuz. ℂ Metus. Animus mortem timet. ℂ Ratio. Si sibi superuacuus timor: immortalis est enim ipse: si corpori sui hostis curaz gerere pietas indebita: Sin dissolui metuit: nimis carcerem & compedes suas amat stultus amor. ℂ Metus. Timore mortis exagitor. ℂ Ratio. Stulti omnes mori metuunt: nec q̄z id miror quibus felicitas omnis in corpore est: quod extingui morte non est dubium. Jure igitur boni sui finem pauidi cogitant: mesti vident: Natura enim hominis hec est: ut infelix esse nolle neque at virum doctum cui nō alia corpis q̄z vilis manci pij cura est: cui in cultu animi omne studiuz semp fuit: ois amor: omne desiderium: omnis spes morte corporis non aliter q̄z digressum matutinum e nocturno quodam inameno & incōmodo prorsus ho-

fuit? Quid plus Mutius Pōpeiusq; ? Quid plus habuit Zeno: quid Theodorus: quidue Theodatus: Possidonius: Anaxarchus: innumeriq; alij: quorum quidam seruili conditione: sed animoruz ingenuitate mirabili omne supplicium pertulerūt non modo fortiter sed iucūde? Quid si ad uestros animum memoriamq; reflexeris: inuenies in hoc numero pueros etiaz ac puellas tulisse cum gaudio quod uos viri sine fletu t questibus non ferretis. Sed iam de re ut aiunt: omnium asperrima: plura q̄s pro consuetudine dirimus: desinendum est: dolorem enim si non lenit virtus: uerba non lenient. ¶ Metus. Heu hinc tu me urges: hinc dolor: t cui credam nescio. ¶ Ratio. Crede nobiliori: In quod illud quoq; plurimum adiuuerit: meminisse summum illud t eximium mūdi decus: eū scilicet qui diuinam atq; humanam in se vnijt naturam: tot tantosq; pro te passuz cruciatus: ut que pateris illorum collatione facilia: immo uero dulcia longeq; suauia iudicari possint. Ualidissimum hoc remedij genus scrutantes cuncta philosophi nesciuerunt.

¶ De Furore. Dia.CXV. ¶ Me.

A Jmius dolor ne furorem pariat metuo.
n ¶ Ratio. Obsta illi cogitationibus bonis t placidis. Quidam furori viam passionibus faciunt ex multis affectibus non sanis: uera tandem prodit insania: sicut ex contrarijs uera virtus frequentatis actibus queri habitum: philosophicum dogma est. ¶ Me. Furere metuo. ¶ Ratio. Si animi vitio ille tibi armandus: armatura animi virtus est: at si corporis: consulendum succurrendumq; illi est si qua rei huius ars est ipsos apud corporum magistros qui phisici nuncupantur: que si in hoc ut multis alijs: aut nulla est: aut professoribus suis incognita: Ego artem hanc vnam tibi prescripserim abstinentiam t omnis excessus fugam. Notum illud atq; antiquum. Uiri sancti virtutibus corpus edificant: multum conferunt animo simul t corpori frena libidinum ac gule. Multos strauit luxuria: multos oppressit crapula: multos somnus: multos ebrietas sepeliit: multorum vite feruor atq; impetus t furibūda licentia uerum abijt in furorem. ¶ Metus. Timeo naturaliter in furorem agi. ¶ Ratio. Quod natura infert durum potest esse non miserum: Culpa enim caret que miserie est radix. Quando autem prouidendi obtigit facultas vnum facito ut te furor si vitari nequit in securo saltem statu anime reperiat. Innocens si furere ceperis aut innocens resipisces aut innocens morieris. Nulla etas nulla sanctitas: nulla custodia sic innocentia cōseruat ut furor: qualem inuenit talem reddit. ¶ Metus. Furere metuo. ¶ Ratio. Heroas comites ac reginas metuis. An fastidis Herculem t Aiacē: Hecubam t Cassandram: an ex alio genere Lucretiā spernis t Empedoclem? ¶ Metus. Furere pertimesco. ¶ Ratio. Multa uaticinari solitos furentes accepimus: sic quo nullus acumen sani capitis pueniſſet: uagus t rapidus furor uenit: Atq; hinc Graij quam uos diuinationē dicitis a furore māticen dici uolunt. ¶ Metus. Horreo vim furoris ¶ Ratio. Et sanos mestos t furentes letos vidimus falsa q̄uis opinione: Habet t erro: uoluptatem suam. ¶ Metus. Furendi pauor animum exagitat. ¶ Ratio. Laborum ferias quidam simulato furore quesiere: ucrus furor ferias ueras dabit.

¶ De ueneno. Dia.CXVI. ¶ Me.

Enenum timeo. ¶ Ratio. Potu abstine ci A
v boq; permiscuo: expertorum fides amicoruz excubet: suspectos limen arceat: vina turbida fusca exulent: pulmēta dapumq; permixtio: cautio adsit t sobrietas t tarditas. Precipitatio autem absit que talijs t presertim genere hoc mortis multos perdidit. Sit ad mensam leta manus: oculus celer: animus vigil memorq; discrimis: nec tuis tantum sed tuorū oculis atq; animis obnixus iuigila. Magnis periculis magna obstat intentio: nihil non turbat incautum. ¶ Met⁹. Uenenari metuo. B
¶ Ratio. Operosum remediuz audisti: Uis audire facillimum? Pauper esto: uenenī metum periculumq; discusseris. Hoc siquidem mali genus humilior fortuna nō recipit: vna securitatis parens t terrorum omniū extirpatrix: medicina alia quidem optima atq; promptissima nulliq; hominum negata: multis etiam ingesta nolentibus: neq; vo efficax minus q̄s parabilis: tuta hercle q̄uis amariuscula atq; horridula: Comprimit animi tumores: liuores diluit: bilem purgat: curat hydropisim causaq; periculorum omniuz a radice conuellit: Uestre opes plene insidiaruz: pleneq; formidinum: non minus cyathos metuūt q̄s gladios: nec minus parapsides q̄s sagittas: nō mēsa: non domus: non cubiculum periculis suis uacat. Dubia quelibet atq; suspecta presentemq; viris intentant omnia mortem quod in tempestate: ait Maro: in trāquillo uobis accidit: t hoc uestre ille tam dilecte uobis afferūt diuitie: Paupertas vo preter immerito apud vulgus infamati nominis notam tuta habet omnia. Et si quando turbe inscie puluis ac strepitus conquiescat optabilia ac suauia penitus t tranquilla. Tandem ergo fictilibus t vitreis uasculis terreni homines bibite atq; edite si securi bibere vultis: ac edere aureis uasis ac gemmatis uenena miscentur. Quorsum pgis auaritia? Ipsum quoq; iam uenenuz gēmas amat atq; aurum. Contra hanc pestem neq; pontici regis neq; alterius efficacius antidotum q̄s paupertas. ¶ Dolor. Uenenuz hausi mors precordijs innatat. ¶ Ratio. Ubi semel moriendum esse decreueris: quod decretum esse debet omnibus qui se meminerint mortales: quid refert an id sitiēdo facias an bibendo? Et rursus an tuo sanguine madidus an vino? Magnos compotores factiq; huius habes comites: Alexandrum: Hannibalem: Philippomenem: Mithridatem ipsuz Claudiuz: Theramenem: Socratem.

¶ De metu mortis. Dia.CXVII.

¶ Metus.
m Ori timeo. ¶ Ratio. Nic non A

De uoluntaria in seipsum manuuz iniectione. Dialogus. CXVIII.

Me. Ortem mihi conscire propositũ est.

A Ra. Rem vnam nunc metuere: nunc optare: hec tota constantia uestra est: Nunc tu mortem muliebriter formidabas: nunc eandem inhumane appetis: Rogo que nam subita mutandi animi causa est?

Me. Metus. Logor ipse mihi manꝰ inijcere.

Ra. Si cogeris iaz non uoluntaria manuum iniectio est: ꝙuis dicatur ꝙ coacta uolũtas: uoluntas est: sed profecto non libera: nec uolũtas proprie que uolendo fit: A quo autez cogeris nosse uelim. Inijci autez manus uel inuito possũt: tu tibi illas inijcere nisi uolens nequis.

Me. Metus Magne sunt cãe que me mori uelle cogũt.

Ra. Magne fateor si cogũt: sed non cogerent si uiri esses. Nũc in uestrã animi molliciez nihil est inualidum: vide autem an que sint he cause rite presagiam: Ira: indignatio: impatientia: furor quidam in se uersus: obliuio deniqꝫ tuiipsius. Nam si te hominez meminisses humana omnia equo animo tolerãda cognosceres: neqꝫ parui mali immo nẽ mali quidem odio maximuz malum uelles incidere.

B Me. Metus. Inijcere mihi manum cogor extremis malis.

Ra. Non sunt extrema que te premũt mala: summum illud ⁊ extremum malum quod te urget: desperatio: Leteris enim malis aliquid: huic vni nihil potest esse remedij. Que sunt autem hec extrema que dicis mala nisi labor forsitan ⁊ paupertas? Nec sunt enim que poeta commemorat: de his agens: Qui sibi letum insontes peperere manu lucemqꝫ perosi proijcere animas. De quorum sera penitentia mor adiecit: Oꝫ uellent ethere in alto Nunc ⁊ pauperiem ⁊ duros perferre labores. Sunt ne autem tam grauia mala hec quorum primuz boni omnes: forti atqꝫ equo animo tulere: de quo suo loco diximus: quidam sponte insuper elegerunt atqꝫ hinc glorioſi ac in eternum diuites facti sunt: seculuz viris cõuenire apud Crispũ: atqꝫ ad id nasci hominem: apud sanctum illum ⁊ afflictum senez legimus. At uos inquietissima animalia quicquid non ad nutum auaritie uestre fluit uestreqꝫ libidinis iustam uoluntarie causam mortis opinamini: tam delicata: tam preceps luxuria uestra est: ut leuibus ex causis non fortune tm̃ sed uobisipsis irascamini: inqꝫ ipsum deum calcitrantes impia ora laxetis: quasi quicquid id est in quo non uobis dominus uester obsequitur iniuria gra

L uis sit.

Do. Dolor. Magnis malis victꝰ mori eligo.

Ra. Tedio vite credo familiari vitio stultorum omnium: Sapientibus enim omnis vita iucunda est: letam libenter: tristem ferunt patienter: ⁊ si in rebus ipsis nequeunt: patientia delectãtur: Nil in rebus letius: nil dulcius est virtute. Illa est que molesta lenit: obliqua dirigit: dura mollit ac mitigat: ardua atqꝫ aspera queqꝫ cõplanat. Cessant querimonie: cessant precipitia: Et ad summã: Sapientis vita nil serenius neqꝫ tranquillius: Ni autem animoruz fletus atqꝫ angores: he nubes ac procelle que in scopulos fragilem vite cymbaz tradunt e sola stultitia oriuntur.

Do. Dolor. Morbi impatientia mori elegi.

Ra. Stulte eligis ac superbe: Sine dominum de corpore tuo quod ipse fecit arbitrio suo statuere. An quod tibi tuo in edificio vis licere: in quo non ligna: non lapides tu fecisti: in quo deniqꝫ preter structuram nihil est tuũ: id in suo licitum domino omnium non vis: qui nõ in illo tm̃ carnem ⁊ ossa ⁊ sanguinem ⁊ spiritum: sed celũ ⁊ terras ⁊ maria ⁊ omnia que in eis sunt creauit ex nihilo? Nec dicas apud temetipsũ: Lor pus meuz graui dolore angitur. Nec tu dominiũ: sed usum corporis accepisti breue ad tempus: An tue lutee domus te dominum credis? Inquilinus es: qui fecit omnia is est omniũ dominus.

Do. Dolor. Dolore nimio cogor ut mori uelim.

D Ra. Nic fortassis ad experientiam dolor dat qui si molestus est: esse poterit utilis: Si intolerabilis: longus certe non erit. Expecta domini reuocantis edictum: Cunqꝫ uocatus fueris: responde ⁊ nõ prius. Fixa est dies tua: quam nec anticipare fas est: nec differre possibile. Preoccupauerunt tamẽ hanc multi: ⁊ dum paruam fugiunt breuemqꝫ molestiaz in eternaſ se atqꝫ irremeabiles demerserũt: Nabuitqꝫ hec opinio magnos auctores: Anneuz Senecam in primis: qui ad eam tam cõstanter: ⁊ tam sepe reuoluitur: ut mihi quidem ueritus videatur ne non propria sua sit: mirariqꝫ cogat interdũ vnde tam tristis sententia tanti viri pectus inuaserit. Utqꝫ alia sileam que prosequi longuz est: quadam ad Lucillum epistola: Si utile inquit ministerijs est corpus: quid ni oporteat educere animã laborantem? Debinc paucis interiectis: Prosiliam inquit ex edificio putrido ac ruenti. Male ais o Seneca: ⁊ multa bene dicta vno polluis maledicto. Non migrandum nempe sed expectandum est: Sine edificium tuuz ruat: ut anteꝫ fugias op primaris.

Do. Dolor. Non possum pati que imminent mori malo.

Ra. Ab hoste forsitan inferendam mortem que fortiter lata sit: turpis esse nõ potest: cum hec uoluntaria non possit esse non turpis: quia contra domini superioris imperium est: contra quod nihil bene fieri potest.

Do. Mori malim ꝙ que instantia sunt videre.

E Ra. Nõ est viri non posse erectis oculis utranqꝫ fortune faciem spectare: muliebre est trepidos oculos auertere. Quid est autem quod te turbat usqꝫadeo ut solius opez mortis implores? Tua ne forsitan: an tuorum: an patrie laborantis aduersitas? Leta illa duo quidem: Nihil enim potest fortuna cui nõ possit virtus obstare: Tertium hoc pium: sed pietate languida ⁊ inerti. Siquidem patrie seruitus ⁊ tyranni facies morte potius repellenda ꝙ declinãda sunt. Id est eniz viri opuſ: hoc femine. Qua tamen in re Catonis mortem miris laudibus Seneca idez effert sua illa peculiari opinione de qua diximus. Non sic Cicero excusasse contentꝰ laudibus abstinet. Ait eniz Catoni: Incredibili grauitate nature ꝓpetuaqꝫ ꝓstãtia moriendũ potius ꝙ tyrãni vultũ aspiciẽdum fuisse: quẽ tm̃ Brutꝰ aspexit ⁊ illius potius morte tollendum ꝙ sua morte fugiendum censuit. Quod ꝙ bene seu ꝙ male fecerit: non laboro. Fecit tamen. Cicero autem dũ Catonem excusat sue illius sententie melioris obliui scitur quam ante annos plurimos libzo sexto reipublice posuerat. Ea vo est huiusmodi: Dum Publium Africanum minorem in celo cum patre atqꝫ auo colloqui somniantem ⁊ audita immortalitate animi ac felicitate vite alterius moriendi aui-

spitio spectare decet. ¶Metus. Mortem non timere non possuz. ¶Rō. Posses vite huius exitū nō timere: si alterius ingressuz sperare posses aut optare: Tuus hic timor ide oritur. Quis eniz formidati vulgo exitus multe tradātur cause: omnes tamen vite illius spe proposita euanescūt. ¶Me. Mortem metuo. ¶Ratio. Metuz hunc parit impremeditatio maxime z inopina necessitas moriendi: in viro docto ac sapiente turpissima: z presertim sene: cuius si rite doctus uereqz est sapiens: vita omnis meditatio mortis est. Quod si philosophie visum fuit antique: qd nunc noue pietati que summa philosophia z uera est sapientia videatur? Aspice ut qui alieno imperio parent subito: longū iter iussi agere solliciti z tristes raptim complicandis sarcinulis inbiant: ut queruli quod predictum eis ante nō fuerit indignantesqz abeunt ut sepe in tergum uersi: z nūc quoqz hoc: nūc illō obliti murmurent. Atqui nulla via est longior qz mori: nulla durior ut perhibent infestiorqz latrunculis: nulla deniqz obscurior: suspectior z incertior: que ut cuncta cessarent certe irremeabilis via est quo attentius prouidendum: ne quid obliuiscamini: quoniam: hinc digressis non licebit quod viantibus ceteris atqz aliud quodcunqz iter agentibus: litteris scilicet aut amicis oblita committere: que ad suos perferāt nec remandare aliquid nec subsistere quidem nec diuertere licitum nec reuerti: Iter necessarium impossibilis reditus: Ire illo necesse est milites: vnde redire non est necesse. Hoc militibus suis dux Romanus apud Senecam: hoc dux uobis uester edicit: Itaqz cuz oporteat ire nec liceat redire: cunqz itineris sit certa necessitas: hora autem mortis incerta: vnum est remedium: ut parati animo sitis semper z uocati respondere z iussi obtēperare: compositisqz omnibus ad primum ducis imperium iter illud alacriter agere: quod utiqz uobis aut letis aut tristibus peragendum est: Ea res maxime z metum mortis imminuet z dolorem: Nec securos modo sed cupidos hinc abire uos faciet: Alioquin improuisis z incautis eueniet quod Bruto suo in epistolis uere olim uaticinat⁹ est Cicero: Opprimemini mihi crede Brute inquit nisi prouideritis: sic est inqz: sic illi accidit: sic omnibus qui uentura non prouident. Sed cuz cunctis in rebus prouidentia necessaria sit: tum in his maxime que amplius qz semel fieri nequeunt: in quibus error vn⁹ sufficit ubicūqz pes lapsus fuerit actuz est. ¶Met. Ualde nunc etiam mortem horreo. ¶Ratio. Alte radicata non facile diuelluntur. Scio ut dixi metum mortis sensibus insitum precipueqz vulgarium: philosophi ⁊o mortem: neqz malum neqz bonum: eo q⁹ per seipsam nec timendam diffiniunt nec optandam: inter indifferentia numerantes: que pro qualitate fruentium: nunc mala nunc bona fieri uolunt: Quod ille etiaz ex uestris video probari: qui peccatorum pessimam: preciosam uero sanctorum mortem ait. ¶Metus. Mortez metuo: mortem odi. ¶Ratio. Equidez vnde hic mortalibus metus mortis: vnde hoc odium miror: ni si mollicies animorum nota fit: qua hunc scilicet alioszqz degeneres augetis atqz alitis pauoreſ: An non vides ut magna pars mortalium ipsum nomē mortis exhorreat? quod quid est aliud qz naturaz propriam horrere: atqz id odisse q⁹ natus sis: quo nihil inter homines stultius: nihil ingratius in deum. Q⁹ multi autem nomen illud egre audiunt: qō semper internam aurem pulsare debuerat. Nempe sine quo nō est qui seipsū cogitare possit: Quid nanqz se cogitet: nisi qō est animal mortale? Quotiens in se quisqz reflectitur: nonne sibi ilico nomē mortis occurrit? Sz refugitis: qsi per aurem mors irrumpat: z auertitis animum atqz id cogitis obliuisci: quod mox sui memoriam uel inuitis igeret. Recusatis ecce mortem cogitare quam confestim z cogitare oportebit z pati: cuius passio facilius sequeretur si cogitatio precessisset: Nunc simul in angustijs altera alteram exasperat. Omne eniz in opinum ac subitum animam quatit. Eque stultum est uel appetere aliqd frustra: uel vitare uelle quod nequeas: eoqz stultius utrunqz quo damnosius futurum impleſſe quod cupias: Atqz nil damnosius in humanis malis qz dei suiqz ipsius z mortis obliuio: que tria numero sic connexa sunt ut vix uale ant dissolui: At uos uestri memores videri vultis z principij z finiſ immemores. Obseruasti hoſ qui domui sue disponunt: vix est qui dicere audeat: cū moriar: sed si moriar: quasi in dubio ponitur quo nihil est certius. Neqz idipsum si moriar clare sonat: sed si quid de me esset aliud: quid naz esset hoc aliud queso z non potius idem ipsum quod de omnibus fuit: erit ue uel qui nati uel qui nasciturī sūt quibus ut vite: sic z mortis z multa sunt genera: necessitas vna moriendi? Hanc tu cupis excutere: quam nec patres tui nec ulli vnqz reges gentium excussere nec excutient quidem. Tergiuersamini ut libet: ita uobis eueniet: ut his qui contra hostilis ferri aciem oculos claudunt: quasi periculum quod non vident nec sensuri sint: Feriemini: moriemini sentietis: An ceci autem: an videntes: id in uestra manu est. Optate igitur bene mori: qō ipsum nisi bene vixeritis frustra est: Optate inqz z enitimini: z quod in uobis est facite: Reliquum illi committite qui quos in hanc vitam ultro non uocatus intulit: egressuris non nisi uocatus z rogatus manum dabit: Non mori autem nolite optare Non modo enim impudens arroganszqz: sed ineffi cax etiam z inane uotum est. Assuescite O mortales nature legib⁹: z ineluctabili iugo colla submittite. Et si uosipsos amatis: q⁹ nati estis amate: non q⁹ nati non esse uelletis: Neqz enim natura uobis sed uos illi obsequi fas est. ¶Metus. Pauorem mortis abijcere diu quidem frustra nitor. ¶Ratio. Miror quid tam diu frustra niteris quo te debuit cogitatio prona perducere? Turpis est enim tam breuis periculi si periculum non natura z periculorum finis est mori: Turpis est inquam viro tam momentanei discriminis taz longeuus pauor z tot anni anxij atqz suspensi ad horę seu suspirij vnius euentum. Uis ne autem mali huius ultimū remedium: vis mortis metu perpetuo liber esse: Bene viue: vita laudabilis mortez spernit: sepe etiam cupit: deniqz hec terribilium omnium summa est. Siquidem labor: dolor: aduersitas: infamia: carcer: exilium: damnum: bellum seruitus: orbitas: paupertas: senium: egritudo z mors: fortibus viris nihil sunt aliud nisi experientie schola: campus patientie: glorie palestra.

ubi esse desinis quod inuitus es: flendum erat ab initio dum inciperes esse qō nolebas: nunc gaudē duz: esse enim incipies imortalis. ¶Do. Morior. ¶Ratio. Omnes hi qui lectuluz tuum modo ambiunt: omnes preterea quos vidisti vnq̄: omnes de quib⁹ audisti aliquid aut legisti: ꝛ quantula ea pars hominum est quā nosse potueris: omnes omnino qui uel olim nati sunt uel omnibus terris ac seculis nascentur: iter hoc egerunt acturiq̄ sunt. Cerne animo longam precedentium longamq̄ sequentium cateruam: comitū quoq̄ ꝛ hac ipsa hora tecum simul obeuntium: non paruum numeruz pudebit credo sortem publicā priuatis urgere querimonijs: dum ex omnibus uel vnuz cui inuideas non videbis. ¶Dolor. Morior. ¶Ratio. Hoc est impassibilem fieri ꝛ iuguz fortune pariter ac mortis excutere: Heminū ingens bonum: quod viuenti nulla vnq̄ prosperitas largiretur. Cogita autez queso quot tibi ꝛ q̄ graues cure qui superant labores: Si non dicam infinitam: sed annorum mille qui vnius iam preterite diei spatio comparātur certam vitam accepisses: quod optime estimabis: si huius breuis ac fugacis ꝛ incerte vite tedia: proq̄ hac totiens susceptos labores molestiasq̄ memineris. ¶Dolor. Morior. ¶Ratio. Ita mortem fletis O mortales quasi magnum aliquid: vita esset: quod si esset magnum aliquid: musce haberent ꝛ aranee ꝛ formice. Si semper beneficium vita esset: semper maleficiū esset mors: que magnum beneficium est interdum: dum uel intolerabilibus malis: uel ab his que sūma sunt mala peccatis instantibus animam eripit preseruatq̄. Atqui ut magnum aliquid inter uos sola est virtus: sic si per se spectetur vita hec: miseriarum innumerabilium officina est: quam qui claudi dolet: is ferias respuit malorum ꝛ quietem odit: quam qui appetit laborioſe finem vite cupiat necesse est. Quando nullus alius uel laborum uel malorum finis: quid fles igitur? Dies adest qui si traheretur uotis erat optandus: ꝛ fortassis ut res hominum sunt ꝛ fortune vis immensa ꝛ insultus uarij: sepe etiam uotis optatus est tibi. ¶Dolor. Morior. ¶Rō. Immo e terrea ꝛ e caduca domo ad ethereum atq̄ eternum migras habitaculum: ꝛ in limine pedem habens mestus auelleris atq̄ invitus: ꝛ nescio quid retro anxie respectans: an fordium quas dimittis oblitus: an bonorum ad que pergis incredulus. Profecto si quod pauloante dicebaz: ꝛ quod magni dixerunt viri: uestra que dicitur vita mors est: Illud est consequens: ut eiuſ finis que mors dicitur vita sit. ¶Do. Morior. ¶Rō. Rex te tu⁹ carcere liberat: iam vincula franguntur que fecisse mortalia pium patrem libuit. Idq̄ uel maxime ad illius misericordiam pertinere: ꝛ Plotino visum ꝛ uestris approbatum sciens: quid queraris nescio. ¶Dolor. Morior. ¶Ratio. Uocat te rex tuus felix nuncius. Sepe est enim nec videtur faustum quod inuitis acciderit. Consensum adhibe: tunc sentire incipies q̄ bene tecuz agitur: hic quem metuis carceris exitum ꝛ male vite reputās ꝛ mortis bona presagiens: quasi olor ille Socraticus diuinationis particeps ꝛ ob id sacer Apollini moriendo cantabis: si non uoce saltem animo: Et nisi quod absit graue nimis inexpiatoruz te criminum pondus premit: quod fecisse Uespasianus corpore legitur: tu facies mēte: ut assurgas moriens: nec te dignum censeas iacentez morī: neq̄ minus hac in parte tibi tribuas q̄ ille sibi q̄ non ut ille sis princeps: Mors enim nescit imperiū: Princeps non agnoscit: adequatrix optima: Multa forsan in vitā: certe in morte nihil illi licuit quod non liceat tibi: quin ꝛ plusculum diuine opis tibi mi respuis affuturuz spero: non quia tu melior: sed q̄ tu gratuito dei amore felicior: qui negata magnis ꝛ sapientibus abscondita concessit paruulis ꝛ reuelauit indoctis. Adde q̄ tum utilius: tum facilius tuum erit assurgere. Illius enim conatus corporeis viribus egebat: quas morb⁹ extenuat: mors extinguit: tibi ad assurgendum non nisi animi vires est opus que vicinia sepe mortis augentur. ¶Dolor. Morior. ¶Rō. Quid in tuto trepidas? qd in plano cespitas? quid in prono hesitas? Non tibi ingeram que hoc loco disputant philosophi: Multa sunt enim que morientis occupatio ꝛ angustie temporis non admittunt: debuit tibi profunde admodum hesisse quicquid ubiq̄ de hac re ab antiquis philosophis disputatum est: Ut enim ipsi idem uolunt: asperarum rerum omnium remedia superuacua facere potest rara quidem: sed in finem rara prosperitas que aduersus mortem disse rūtur: ea semper utilia semperq̄ necessaria: ut sint moriendi non fortuita sed naturalis ꝛ invicta necessitas facit. Inter ceteros sane mlta ꝛ ualida in Thusculano ipso: cui⁹ supra memini prima luce recolligit Cicero: que nisi olim didiceris: nūc docēdi spatium non est: quibus efficit siue in malis sit qui moritur: siue in bonis esse videatur: quia tamen ex quo fortune iaculis patet omnis hominum stat⁹: a malis eum non a bonis morte discedere: quod acer quisq̄ humanarum observator rerum haud dubie uerum sentit. Morte igitur non offensuz se: sed sibi consultum iri existimat: iam lete illam cogitans ꝛ cum uenerit visurus ut liberatoris sui nunciam seu ministram: ꝛ cum transierit respecturus: ceu fenestram vnde mundi laqueos ꝛ carcerē carnis euaserit. Illud Cicero idem disputando consequitur: seu perit animus seu transfertur: ut uel mali nihil: uel boni plurimuz sit in morte: argute fortassis apud suos: apud nos nēpe non philosophis modo sed ne vulgo dubium: credo hercle: nec apō eum ipsum de quo sepe loquimur Ciceronē: quod magnificentissime multis testatus est locis: sed uel sui collocutoris: uel illius cui diffidentie seruiebat Ad summam igitur fic teneto ut scias immortalez esse animam: quod non solum concors uestre gentis opinio: sed philosophorum omnium excellentissimi tenuerunt: Nulla tibi spes in occasu anime que natura talis est ut mori neq̄at: neq̄ hinc fidas nil mali superesse post obitū q̄ nulla sit futura anima que pati possit. Sed qa creator aie ipse est mitis: ipse pius ac misericors: opus suum non despiciet seq̄ ueraciter invocantibus prope erit. In illum preces: in illum uota: in illum spes ultime ferantur: in illius nomen extrema desinant suspiria. Jsecurus: nihil timeas: natura parens benignissima nihil fecit horrificum: mortem formidabilem error facit hominum non natura rei prouide. Si quid magnum uoluis animo: si quid altum struis: humiles ꝛ ineptas vulgi uoces actaq̄ despice: uerū illos suspice quoz imitatio ad uerā gliaz via est

dum induxisset:patrem mox inutile desiderium castigantem fecit his uerbis: Non est ita inquit ille: Nisi enim cum deus is cuius hoc templuz est omne quod conspicis istis te coꝛporis custodijs liberauerit:huc tibi aditꝰ patere non potest:Homines enim sunt hac lege generati qui tuerentur illū globum quem in hoc templo medium vides qui terra dicitur:quare ⁊ tibi Publi inquit:⁊ pijs omnibus retinendus est animus in custodia coꝛporis: nec iniussu eius a quo ille uobis est datꝰ ex hominum vita migrandum est:ne munus assignatum a deo diffugisse videamini. An non satis Ciceroniana hec excusatum arguunt Catonem? Et plane si ab Jmperatore terreno ad custodiam loci cuiuspiam deputatus non auderes iniussus te remouere:ferretq; ille hoc grauiter si contrarium fecisses: quid celestis putas imperatoꝛ:cui tanto plus obedientie debetur:quanto maioꝛ deus est homine? Fuit nuper prisce virtutis Stephanus Columnēsis: non hac solum sed omni etate vir clarissimus futurus:hic ab ingenti illo suo hoste cui potētia impar erat obsessus turrim ubi plurimum periculi videbatur vni suorum conseruandam certus de illius fide commiserat: que dum cuniculis suffossa latentibus tremeret ac ruinam minaretur fugientibus socijs atq; hoꝛtantibꝰ ut saluti sue descendendo ꝓsuleret:cuz iā nihil utilis mora esset:sibi vo periculosa etiam ⁊ funesta: Non descendam inquit nisi ille me reuocet a quo hic positus fui. Jdum Stephano nunciatum esset:⁊ ipse illi metuens atq; eum reuocaturus accurreret:turris fundamentis fatiscentibus magno coꝛruit fragore:Sic fidelis custos oppꝛessus est: quem vix erutum ruinis dominus suus mestus ac lacꝛymans sepeliuit: Eumq; dum vixit ⁊ pie desiderauit ⁊ fidem eius sepe meritis laudibus in familiari colloquio pꝛosecutus est. Quid his uerbis uelim vides: Talis enim tibi commissi coꝛporis custoꝺ esse debes deo q̄lis hic:Credite sibi turris domino suo fuit: Fuisse tamen nihilominus non me latet mortem Catonis illa etate laudatā a multꝫ ac opinione hominum glorioſam. Notumq; est illud Julij Cesaris qui duz victoꝛ Uticam pꝛoperaret:ubi ille se peremerat:audita eius morte:Cato mee glorie inquit inuidit: ⁊ ego sue inuideo:pꝛeclarum aliquid haud dubie videbatur cui vir maximus ⁊ glorioſissimus inuideret. ℂ Doloꝛ. Quid igitur obstat mihi aut quid pꝛohibet sapientis viri moꝛtem inuidioſam summo hominum ⁊ excusatam sapientibus ac laudatam sequi: viteq; difficultates innumeras auxilio spontanee moꝛtis euadere? Mori uolo. ℂ Ratio. Uide ne te inanis spes rerum fallat. Sunt nempe alij q̄ pares eloquio nihil ad rez at certe sententia potiores:qui Catonis hanc moꝛtem neq; laudent neq; excusent:sed grauissima repꝛehendāt. Jn quibus Augustinus scrutatoꝛ ueritatis acerrimus:nō hanc fuisse illi arcessende moꝛtis causam:disputat:ne sub Cesaris imperio viueret cum filio suo:cum ipse auctoꝛ fuerit. Ad Cesarem cōfugiendi deq; illius clementia sperandi omnia nec fefellit:Quod si turpe credidisset:non filium secum uel ueneno uel ferro uel morte qualibet ab eiusmodi turpitudine liberasset:Cum Manlius Toꝛquatus sit laudatus q̄ filium ipse suuz qui contra patris imperium pugnasset ac vicisset:occiderat. Neq; enim turpius dici potest pꝛocacis hostis esse victorem q̄ superbo parere victori. Quid ergo Cesarem dignum iudicauit qui filio vitā daret:at qui sibi uel indignum censuit uel inuidit? Et ad summam moꝛtis illius solam causam fuisse deprehendit inuidiam:quod nec Cesar ipse dissimulauit ut modo diximus. Aliud enim timere quid poterat:aut quid pꝛincipē non tulisset a quo pꝛidē ꝓsule curia ejectꝰ fuerat ⁊ cōiectꝰ in carcerē:⁊ qui se tanta tanq; p̄senti iniuria nō occidit:quo inani metu: qua se falsa opinione superbie aut crudelitatis occiderit. Quid tam hoꝛrificū vultus Cesaris habuit ut esset morte etiam fugiendus:viri omnium non tyrannorum modo sed pꝛincipum clementissimi atq; mitissimi:⁊ si potentiorem nullum:multoꝫ certe ferociores sua ille viderat etate: Jmmo vo nullum viderat mitiorem? Jure igitur alter quidā scꝛiptoꝛ egregius ⁊ fide clarus ⁊ eloquio: Mihi inquit Cato videtur causam quesisse moriendi: non tam ut Cesarem fugeret q̄ ut Stoicorum decretis obtemperaret quos sectabatur:suumq; nomen grandi aliquo facinore clarificaret. Cui quid mali potuerit accidere si viueret non inuenio. Gaius enim Cesar ut erat clemens nihil aliud efficere uolebat etiaz in ipso belli ciuilis ardore q̄ ut bene mereri de republica videretur: duobꝰ optimis ciuibus Cicerone ac Catone seruatis. En tibi alia pꝛeter inuidiam causa moriēdi uanitaſ stulta:utra q̄ nec Catone digna:neq; illa pꝛoꝛsus anticipande moꝛtis sufficiens causa est. ℂ Doloꝛ. Mori malim q̄ sic viuere. ℂ Ratio. Quid scis an hec tibi tam tristis vita multis optabilis:multis inuidioſa sit? Sed impatientia res cūctas exaspat. ℂ Doloꝛ. Mori opto. ℂ Ratio. Ut timidis metum moꝛtis: sic desperatis vite odium extoꝛquere difficile est:Uitam tamen equanimiter perferendam:moꝛtem fortiter expectandam:hec nostri remedij summa sit.

ℂ De morte. Dia.CXIX. ℂ Do.

Orioꝛ. ℂ Ratio. Ad extrema peruentum est. Jam nec moꝛtez metues nec optabis: de quibus duobus totidem me pꝛoximis tractatibus fatigasti: Jam pꝛeterea nec dolebis: nec coꝛporis animiq; defectibꝰ subiacebis:nec rerum tedijs aut moꝛbis aut senio aut hominuz dolis aut fortune uarietate lassabere:que si mala sūt: mali finis utiq; bonꝰ est. Tu pauloante de his omnibus querebaris:nunc eorundez de fine conquereris:vide ne sis iniquus:vnam rem qui simul doleas esse ⁊ finiri. ℂ Doloꝛ. Orioꝛ. ℂ Rō. Jter patrum:immo omnium latum tritumq; iter gradieris:Solus ne tibi nescio quid aliud demuz maluisses:Perge autez:non est aberrandi metus:tot sunt vie duces comitesq;. ℂ Do. Orioꝛ. ℂ Rō. Siquis est quem flentem mori deceat ridere dedecuit viuentē:cū instare semp̄q; supꝛa uerticez videret vnde moꝛ flendum sciret:risum illum haud dubie fletꝰ hic nō lōgo seiunctꝰ spatio sequebatur. ℂ Do. Orioꝛ. ℂ Rō. Nō est ferēdus qui sui generis sortē luget:nō morereris utiq; nisi moꝛtalis eēs. Sin id defleſ q̄ moꝛtalis sis:nō est flēdi locꝰ:

q̄ tamen incipiant. Q; si bene agere ceperaſ: ne du
bites: q̄uis boni operis finez mors preuertat apō
ceca hominum iudicia fortaſſe aliquid ſed ſpernen
dum: apud infallibilem rerum eſtimatorem nil ti
bi ſubtrahitur: integra merces tua eſt: non actuum
modo ſed uotorum. ¶ Dolor. In medio rerum ap
paratu morior. ¶ Ratio. Hoc non mortis ſed mo
rientium culpa eſt: qui breuiſſimam vite telaz: tum
maxime ordiuntur dum precidenda erat: quod ni
ſi ſic eſſet non tam ſepe inexpletis vite muneribus
morte preuenirentur: ſed expletis ac tranſactis vi
uerent qua profecto nulla dulcior vita eſt. Hāc ta
men dulcedinem non tam vite breuitas q̄ viuenti
um tempor hominibuſ eripit: quib⁹ nulla ideo lōga
eſt vita: quia quantumcunq; ſit temporis nunq̄ vi
uunt: ſemper viuere meditantur: z iam ſenes inter
noua vite conſilia fluitantes celeri fine ſerum prin
cipium antecedūt. ¶ Dolor. Morior dum magna
pararem. ¶ Ratio. Hoc multis magnis viris fere
q̄ omnibus accidit. Falluntur homines cū in mul
tis: tum in morte precipue: quam uenturam nemo
eſt qui neſciat: dilaturam ſperant: z abeſſe procul
fingunt ſibi quam vicinam ſemper hinc vite breui
tas z fuga temporum facit: hinc fortune vis z ca
ſuuz humanoruz circumfuſa uarietaſ. Et o cecitas
mira: quod quid uobis ſit ſperandum in alijs ſal
tē aliquando non diſciti ſ: Sed ſic eſt egre ad ama
ras cogitationes animus redit: Itaq̄ dum ſibi q̄ſ
quis longiſſimum vite ſpatiuz ſpondet: dumq̄ uel
euum Neſtoris: uel ut ait Licero: Metelli fortu
nam ſperat: deniq̄ dum ſe quiſq̄ predilectum na
ture filiuz credit: de primordijs agitantes finis oc
cupat: z multa deliberantes improuiſa repēte mors
aggreditur medioſq̄ intercipit apparatus. ¶ Do
lor. Viridi morior etate. ¶ Ratio. Ut nil in hoc
aliud boni ſit prouiſuz tibi eſt ſaltem ſenio ne mar
ceſcas. Senectus enim q̄uis nō ſit grauis: ut apō
Ciceronem ait Lelius: utq̄ a nobis ſupra diſputa
tum eſt: aufert tamen eam viriditatem: in qua qui
dem: ut Scipionem ille: ſic tu nunc etiam z te fuiſ
ſe commemoras: multis tu fortaſſe deſiderio: nulli
am faſtidio futurus ſis: quod in longa etate vita
re quātalibet virtute ſubdifficile eſt. ¶ Dolor. Ju
uenis morior. ¶ Ratio. Noſti quid in vita paſſus
fueris: quid paſſurus ignoras: z mihi crede in hoc
tam uario tamq̄ immiti fortune regno qui premo
ritur comitem fallit. ¶ Dolor. Morte prepedior
ne cepta perficiam. ¶ Ratio. Juſte id quidem: agi
tis enim ſemper que peregiſſe pridem decuit: per
actiq̄ nihil eſt: hoc maxime uobis grauem mortē
facit ac miſeram: Et ſiquidem abſq̄ tua culpa ce
pta peragere nequiuiſti: ſufficiat uoluiſſe. Sin per
ignauiam diſtuliſti: diſpliceat neglexiſſe. Q; ſi forſan hec lamentis cauſa pretenditur: uere autem ni
hil aliud q̄ vite prolixitas z dilatio mortis opta
tur inanis: licet publici uoti tandem te uel ſero pu
deat: Audite tamen me mortaleſ uſq̄ adeo vite cu
pidi: quero ex uobis ſequeſtrato virtutum exercī
tio: quid omnino aliud vita hec q̄ ſegnis z inuti
lis mora eſt: que quantalacunq̄ fuerit nequit nō
eſſe breuiſſima. Dictum ergo placet illius cui⁹ Au
guſtinus meminit: quem in extremis agentem cuz
amici ſolarentur ac dicerent: ex eo morbo q̄ſ mini
me periturum eſſe: Reſpondit: ſi nunq̄ bene: at ſi
aliquādo cur nō modo? ¶ Dolor. Interruptis re
bus morior. ¶ Ratio. Si ad mentem redeunt: aut
rebus geſtis aut ingenio clariores: magna pars in
expletis operibus obiere: paucis in hac breui vi
ta contigit ut cōcepta ſeu iam incepta perficerent:
Tu vo quoniam communi hominum more has te
in anguſtias impegiſti nec preterita retractari poſ
ſunt: vnam hanc emergendi viam arripe: nō ut ad
multa interrupta flebiliter iutiliterq̄ reſpicias: ſed
ut viriliter quod vnuz reſtat expedias: bene mori.

¶ De morte violenta. Dia.CXXI. ¶ Do.

Ed violenta morte pereo. ¶ Ratio. Si no A
ſ lens moreris: violenta mors omnis eſt: at
ſi uolenſ nulla. ¶ Dolor. Per vim morior.
¶ Ratio. Siquidem vite vis aufertur: quid inter
eſt febris: an gladius: dum libere egrediare: quid
refert: an ergaſtuli tui fores ſponte pateant: an frā
gantur? ¶ Dolor. Ui morior. ¶ Ratio. Multe ſūt
ſpecies mortis ſed mors vna: que an violenta ſit:
an non: morientis arbitrium eſt: vim vis maior ſu
perat: conſenſus extinguit. Sapiens ſic inſtru
ctuſ eſt: ut quib⁹ non poteſt obſtare preſentiat. Quid
tu inquies: Percuſſori meo ut conſentiam iubes?
quidam non conſenſerunt modo ſed gratias ege
runt: Inuentus eſt qui percuſſorum ſuorum igno
rantiam excuſaret z ſupremo illis anhelitu uenia
precaretur? Neq̄ ego te cruento conſentire carni
fici iubeo ſed inuicte fortiz cui qui non ſponte paru
erit vi parebit. ¶ Dolor. Morior hoſtili manu.
¶ Ratio. Quid tu igitur amici manu mori poſſe
crediderasz quando id tibi niſi ab ignorante cōtin
geret? ¶ Dolor. Hoſtili dextera pereo. ¶ Ratio.
Hoſtiles euadis manus: Ille dum ire ſue obſequi
tur libertati tue conſulit: poteſtati ſue detrahit: nil
q̄ amplius in te poteſt. ¶ Dolor. Hoſtili manu oc
cumbo. ¶ Ratio. Satius eſt ſub iniuſto hoſte pro B
cumbere q̄ ſub iuſto rege. Illic enim occiſoris eſt
crimen: hic occiſi. ¶ Dolor. Hoſtili ferior manu.
¶ Ratio. Quid tua magis intereſt q̄ dextera q̄
quo gladio feriare? Non de manu ſed de vulnere
queritur: q̄uis z pōpeius manu Ceſaris feriri pro
mortis ſolatio videaī apō Lucanū optare: z apud
Statium Capaneus Ipſeum: apud Virgiliū Ene
as Lauſum: Camilla Orſithum: q; illoruz manu
occidantur conſolentur. ¶ Dolor. Ferro morior.
¶ Ratio. Communis tibi cum maximis fortuna:
cunq̄ optimis viris bona pars eorū quos uel pre
ſens vita felicisſimos habuit: uel eterna ſanctiſſi
mos habet: gladio piere: quos ſi numerē nō breui
loqui monitoris: ſed longi op⁹ erit hiſtorici. ¶ Do.
Gladio pereo. ¶ Rō. Alij aliter: gdā laqueo: qui
dam lapſu: quidam vnguibus leonis: aut apri dē
tibus: multis ferri copia defuit dum optarent gla
dio perire. ¶ Dolor. Ferro ferior. ¶ Ratio. Quid
ſcis an maiori exitio ſubtraharis: quodq̄ miſerri
mum cenſes: grauioris miſerie fuga ſit. Dixi ſupra
ut Plotinū alter a Platone phie dec⁹ peſtilens le
pra percuſſit: Id nō dixi: ut alter ab Homero poeti
ce Graie lumē Euripidē canes morſib⁹ lacerarūt.
Lucreti⁹ ueſtroz uatum prīmo prim⁹: cui tā multa
Virgilium auferre non puduit: amatorio poculo
accepto in morbū rabiēq̄ cōpulſus: gladio ad po
ſtremuz pro remedio uſus eſt. Herodes rex iudee
tā fedo morboruz agmine circumuentus interijt:

Apud nostros quidem lete feliciterq; moriẽtiũ: innumerabilia sunt exẽpla. Sin antiquiora perquirimus: multi occurrent: qui mortẽ nõ modo ferãt fortiter sed arcessant: qõ in Marco Catone: sicut modo diximus: Marcus Licero excusat: Seneca autem ꝛ laudat: Nobis ꝯo neutrum sat probatur: sed secundum minus: quia tolerabilius est errorem excusare q̃ laudare: Nos utrunq; reijcimus: quoniam ut uocatum respondere ꝛ reuerenter parere laudabile: sic imperatoris iniussu cõmissa de custodia ꝛ corporis statione discedere capitalis est habenda defectio: ꝛ uel exilio graui: uel summo plectenda supplicio. Sciens repeto ut altius imprimam: Abunde enim: nisi fallor: hec omnia supior tractatus explicuit. ℂDo. Morior. ℂRõ. Immo carnis tributum: nature debitum persoluis mox futurus liber: fac libẽs quod uel nolẽs faceres: ꝛ ut bene ait quidam: mortis hortator cupias quodcunq; necesse est. Non est utilius imo qdẽ nõ est aliud in necessitate ꝓsiliũ: qcqd fit a uolente fit leuius: ꝛ desinit esse necessitas si uolũtas accesserit. ℂDo. En morior. ℂRõ. En te dominus ꝑstolatur: Accelera ne titubes neu cuncteris: pone suspitiones: non tu tibi charior es q̃ illi. Quis uocatus ab amante diffidit? Adhuc forte miraberis timuisse quod optanduꝫ esset. Multa iam solutus scies que vinctus nullo vnq̃ studio didicisses: usq; adeo ut arcana rerum nosse uolentibus: ad que mortali uelo obsita acies uestra non penetrat: que profecto cupiditas nãlis est homini: sed uehementior studioso: nil morte melius putem: nilq; quod breuius adoptatum ferat. ℂDo. Morior. ℂRõ. Immo obdormis viteq; fessus ut arbitror requiescis. ℂDo. Morior. ℂRõ. Uade in eternaꝫ requiem: nunc primum viuere incipis. Bona mors initium est vite.

F

ℂDe Morte ante diem. Dialogus. CXX. ℂDo.

A Quid q̃ ante diem morior? ℂRatio. Ante diem nemo moritur. Sed nõ omnibus dies idem: Immo ut uates ait eximi⁹: Stat sua cuiq; dies: ad quam quisq; cum uenerit metham attigit. Et quoniam nec redire datuꝫ nec subsistere: transeundum est. ℂDo. Ante diem morior. ℂRõ. Posset id uerum esse si diem debitor fuisses: purus debitor semper debet: Semper itaq; nutum sui creditoris obseruet: ꝛ semper in numerato habeat quod debet. Habet autem semper: dum mortale corpus habet: nullo mutuo: nullo opus est fenore: domi habet: Immo quocunq; ierit secum habet: ꝛ ut dicitur in manu habet vnde se liberet: quo soluto nil nature amplius: ꝛ nil iam celestib⁹ ullis debet: ut Virgilius ait. Pone igitur hãc querelam: Ante diem nõ reposcitur quod omni debetur die: quin ꝓ eo quod dicebam gratias age: q; scilicet ad id debituꝫ nec prece: nec possessione: nec pignore: nec usura indiges: quod ultimum dixisse fertur Spartanus ille vir fortis incognitus sed dignus agnosci: cum ad mortem ductus: ob hocipsũ iperterritus iret atq; alacer: q̃ capite suo satisfacere Lycurgi legib⁹ posset. ℂDo. Morior ante diem. ℂRõ. Non intelligo quid sit ante diez mori: nisi quod vulgo dicitur: Ante lucem: seu cũ primũ eluceſcit: que exercitijs eius quam nunc agis anime aptissima hora est: Aliogn quis omnino hominum ante suum diem moritur: cum ille sit suus dies in quo moritur non alius? ℂDo. Ante tempus morior. ℂRõ. Neq; ante tempus neq; post tempus: sed in tempore morieris: nisi sic forte tempus accipis quod tu tibi: nõ natura seu fortuna prefixerat. Ante illud enim sic non mori potes: sicut nec post illud viuere. ℂDolor. Morior ante tempus. ℂRatio. Quis nisi amens queritur ante tempus absolui vinculis ꝛ carcere relaxari? Letandũ Medius fidius si ante tempus accidisset: sed nec accidit nec accidere potuit: suuꝫ tempus habet omnia: hic te terminus manebat: hic metham fixerat qui te in hoc vite stadium induxit. Si de hoc fine quereris: ꝛ de alio quolibet queri posses. ℂDolor. Cito morior. ℂRatio. Cito natus eras: Non moritur cito qui iam senuit. Q; si nõ senueras: cessat altera pars querele: q̃uis si portio vite ultima est senectus: non senuisse non potest quisquis moritur. Sed intelligo senectutẽ ut vulgus: annoꝝ cõgeriẽ multoꝝ: cui nõ ut reliquis finis est alius q̃ mors: de initio discrepant uarijs sententijs: sed pro viribus senescentium proq; ualitudine corporuꝫ atq; animorum habitu ad concordiam redigendis. Lota deniq; res huc redit: ut uel mortis incusare celeritatem desinas: uel molestias vite ꝓlixioris que de mortis ipsius tarditate proueniunt: Sed uos uobiscum dissidentes nec mori vultis nec senescere: cum utrunq; certe uel alterum sit necesse. ℂDolor. Amplius viuere poteraꝫ. ℂRatio. Immo certe non poteras: Haꝫ si posses: puto viueres: Sed hoc dicere vis: uolebam seu sperabaꝫ: Et ut est animus mortalium vite auidus: spei credulus: utrobiq; perfacile tibi assentiam. At si dicere vis: debebam: quia pauculos adhuc dies viuere etati non indebitum videretur: non eque consenserim. Quidam enim serius obeunt: multi ocius: nunq̃ nullus: hec inter nihil in commune prouisum: nisi ut omnes mortales vna lex teneat: vnum mortis imperium: alio tamen atq; alio moriendi genere diuersisq; vite spatijs: sic rei vni⁹ modus multiplex tempusq; peruarium est: Equo animo igitur quisq; suum mortis genus: suũ diem mortis expectet: nec auiditate vite: nec fastidio quod indocti ingratiq; omnes faciunt: de nature legibus queratur aut litiget. ℂDolor. Modicũ vixi. ℂRatio. Nullus tantum vixit ut non sibi modicum vixisse videretur: ꝛ est plane modicum quicquid hic viuitur: Itaq; si diu viuere delectat: vitã illaꝫ querite ubi semper viuitur: que ꝛ si hic non sit: tamen hic queritur. ℂDolor. Vixi modicum. ℂRatio. Quid si plus vixisses: nunquid ideo non vixisses modicũ? Spatia vite huius imparia ꝛ incerta sunt: vnum omnibus est commune: cuncta sunt breuia: Vixit aliquis octoginta annos: qd hic q̃so plus habet q̃ qui octo? Uerte acriter te in te nec te fallat vulgi furor: qd plus inq̃ habet qui diutius vixit: nisi forte curas laboresq; ꝛ dolores ꝛ tedia ac peccata in lucro ponitis? Aut quid plus haberet si vixisset octingẽtis? Est in expectatione fateor pluſculũ aliquid: At cũ spatiũ utrũq; trãsierit: mihi crede: nihil iuenies quo plus vixisse felici⁹ sit. ℂDo. Morior dum bene agere cogitabã. ℂRõ. Quid agẽ cogitabas nec agebas? Sic forsitã in ppetuũ cogitasses. Sunt qui beneagere semper cogitent: nun-

B L D

quod est: utiqꝫ breue est sensumqꝫ ipsum celeritate preueniens: ⁊ morti detrahitur quod est in morte durissimum: metus mortis.

¶ De egrotãte extra pãtiaꝫ. Dia. CXXIIII. ¶ Do. Liena in patria egroto. ¶ Rõ. Quid refert cuius sit patria: egritudo: utiqꝫ tua est ¶ Do. Ludis me: ego extra patriam egroto. ¶ Rõ. Qui extra vnaꝫ patriã est: intra aliam sit oportet: extra oẽm patriaꝫ neqꝫ egrotare nec sanus esse quisqꝫ potest. ¶ Do. Diuerticula uerboꝝ queris: extra meã patriã egroto. ¶ Rõ. Unũ hoc bonum huic inest malo: nemo grabatulum tuum premet: non importuna uxor aut filius: sui uterqꝫ sollicitus: negligẽs tui. Quotiẽs putaſ viro uxor: patri filius: fratri frater in ultimis laborãti puluinar iniecerint: ⁊ mori adiuuerint: quaꝫ alienigene uetuissent? Sepe ibi maior est charitas ubi minor creditur: Certe nullus astantium morbo tuo gaudebit: nullus tibi mortem optabit. Queris causaꝫ? Nullus hereditatem tuã expectabit: Omne in facinus spes ⁊ cupiditas impellũt: hec trãquillitas non facile tibi in patria contigisset: Multi stratum circumsisterent sub officij specie funeri inhiantes: que cogitatio egrotanti egritudo: nisi fallor: altera est. Obsessum hinc lupis: hinc vulturib⁹ se cernẽti: iam cadauer mente captantibus. ¶ Do. Extra patriam egroto. ¶ Rõ. Quid scis: forsitan nũc in patriam redis: Rectum ⁊ breue iter in patriã est mori. ¶ Do. Extra patriam eger sum. ¶ Rõ. O supuacue semper ⁊ inanes hoiuꝫ querele: quasi vo ardentior extra patriã febris aut durior sit podagra Malum hoc omne quod videtur uoluntariuꝫ est: atqꝫ in uestra positũ potestate: ut pestes alie quascunqꝫ falsa animis inuexit opinio.

¶ De moriẽte extra pãtiaꝫ. Dia. CXXV. ¶ Do. Morior extra patrios fines. ¶ Rõ. An peregrino id accidit an exuli: Jã seu te in his terris visendi discendiqꝫ studium: seu religiosa deuotio detinebat: ⁊ gaudendum q̃ honesto te mors reperit in actu: seu iusta sententia ⁊ ferendum non modo fortiter sed libenter. Nullo enim melius modo iniusti scelus hominis q̃ iusti supplicij spõtanea ac tranquilla perpessione diluitur. Sin potẽtioris iniuria: neqꝫ id tĩ ideo dolenduꝫ: sed satis: ut arbitror de exilio disputatũ est. ¶ Do. Extra patriam morior. ¶ Rõ. Dicebã modo hoc est in patriã redire: nullus rectior trames erat: nullus breuior. An tibi Eudemus ille Cyprius familiaris Aristotelis e memoria lapsus est: de quo ⁊ Aristoteles idem scribit ⁊ Licero: Qui cum graui ter in Thassalia egrotaret: vidit in somnis se q̃ primũ egritudine liberãdũ: ⁊ post quinquẽnium in patriam reuersuruꝫ: Tyrãnũ vo urbis illius: ubi tũc erat Alexãdrum Phereum illico perituꝝ. Lũqꝫ ipse paucis post diebus insperate reditus saluti ⁊ tyrãnus a cognatis esset occisus: atqꝫ ita uerã per oia visionem ratus: pmisso tempore reditũ in patriam expactaret quinti anni ad finẽ pugnans Syracusis occubuit: eoqꝫ illum modo in pãtiam suam redijsse somnioꝝ interpretes dixere: ne qua penitus pars somnij falsa esset: Ego qd de somnis sentirem dixi alibi. De hoc in patriaꝫ reditu qd occurrerit modo dixerim. ¶ Do. Extra patriaꝫ mori cogor. ¶ Rõ. Dixi duꝫ de exilio loq̃remur ⁊ repeto: aut nemo extra patriã moritur: aut omnes. Doctis qdem viris placuit oẽm mundi plagam pãtiaꝫ esse: ⁊ presertim forti animo quẽ non huius aut illius partis amor astrinxerit: alijs eam tm̃ ubi bene eẽt: Contra: nullam hic esse homini patriam quibusdã visuꝫ est. Illa cõmunis: hec altior philosophia est. ¶ Do. Morior procul a patria in qua natus sum. ¶ Rõ. Ubi moreris illa demuꝫ uerior patria tua est: Illa te diuti⁹ possidebit nec uagari sinet ⁊ proprium perpetuum mqꝫ incolam sinu amplexa cõstringet: Disce hanc terram pati que te ortum alibi trãsformabit in se. ¶ Dolor. Procul a patria mors me manet ⁊ sepulchrum. ¶ Ratio. Et celestes illi diuiniqꝫ homines quos vna etas ⁊ eadeꝫ media mũdi parte genuerat: toto orbe dispersi sunt mortib⁹ ac sepulchris. Illum Ephesus: illum Syria: illum Persis: illum habet Armenia: illum Ethiopes: illum Indi: illum Achaia: illos Roma: illuꝫ ultima seruat Hispania: quosdam tamen ex his loco mortis ablatos esse: nũc in italie urbibus fama est qua terreui erant pars quidẽ etherea prudem haud dubie celum tenet. ¶ Dolor. Extra pãtiam mori oportet. ¶ Ratio. Quid secũdi ordinis viros loquar? Illum Stridoni Bethleem prius ⁊ post Roma: Illum Gallia Pannonie: atqꝫ illum Athenis abstulit Parisius: hunc Grecie atqꝫ hũc hispanie rapuit Roma: hunc Mediolanum Rome viuum: hunc defunctuꝫ Africe Sardinia: mox Sardinie Ticinum occidentis duo lucida sydera equa meritis iuncta animis: vicina coꝛporibus: qui sunt de quibus loquor intelligis: atqꝫ ideo multa festinãs transeo. Sed ne tertij ordinis exemplum desit. Illum Palestine Cyprus tulit: illum Hursie Campania: hos hispanie italia. Illum quidẽ Bononia: hunc Patauium. ¶ Dolor. Intelligo plane singula: sed adhuc iuuitus procul a patria morior. ¶ Ratio. Et ego plane causam rei huius intelligo: q̃ scilicet sanctissimis spiritibus celoqꝫ semper herenti bus nulla iam terrene patrie cura esset que nõduꝫ tibi depositа: sed mihi crede: si celo inhias deponẽda est: Attingam tamen dehinc alios virtutis amicos: celi memores: nondum tamen celi studio terre oblitos. Samij ossa Pythagore Metapontus texit. Ciceronem Arpini ortum: Rome altum: Laiete sinus exanimem vidit. Plinium quem infantem lauit Athesis: grandeuum Ueseui cinis extinxit. Uirgilium mundo dedit Mantua: Brunduſium: siue ut alij perhibent Tarentum rapuit: nunc Neapolis tenet. Quidiuꝫ Sulmo compegit: põticum soluit exilium. Terentium Comicum ut fama est: Carthago genuit: Roma docuit: Archadia sepeliuit. Flaccũ Horatiũ Apulia: Enniũ Calabria: Statium prouincia Narbonensis: Ausonium Uasconia: tres Anneos: siue ut alij uolũt: quatuor: duos Senecas videlicet Halionem ⁊ Lucanum misit Corduba: ⁊ hos oẽs: ⁊ Plautum Arpinatem: ⁊ Lucillum Aruncum: ⁊ Pacuuiũ Brunduſinũ: ⁊ Juuenalem aquinatem: ⁊ Propertium Umbrũ: ⁊ Ualeriũ Anciatẽ: ⁊ Catullum Ueronẽsem: ⁊ Uarrũ cremonẽsez: ⁊ Hallũ forliuiẽsem: ⁊ Actium pisaurensem: ⁊ Lassiũ parmẽsem: ⁊ Claudianum florẽtinum: ⁊ Persium Volaterranũ: ⁊ mille alios Roma retinuit: ac magna ex parte humo condidit: Titoliuio Patauino vir serum uelut ad sepulturã pie restituto: Sic ex diuerso multos Roma eadem genuit alibi morituros. Orbis

ut compendiosior fieri mors inuidiosa sibi esse po
tuerit: utq; augur or fuerit Roman⁹ princeps Ha-
drianus morbi tedio uictus: impatientiaq; doloris
ferro abrumpere si licuisset optauit. Magnū quen
dam virum hac etate vermes toto scatentes cor-
pore: mures alium exedisse narrantur: Inter tam
multa ludibria humani corporis: si electio tribua
tur: quis imbecillis adeo ut non ferrum ambiat?
D ¶Do. Ignib⁹ pereo. ¶Rō. Quidam aie vim na-
turamq; igneam extimātes: id facillimum mortis
genus opinati sunt. ¶Dolor. Flammis absumor.
¶Ratio. Uermibus ereptum corpusculum non
putresceret. ¶Dolor. Fluctibus obruor. ¶Ratio.
Piscibus conuiuium: bustum tibi amplum nobi-
le nitidum. Et quid refert corpus terreum: terre
reddas an pelago? ¶Do. In freto morior. ¶Rō.
Non ubi sed qualiter moriaris ad rem ptinet ubiq;
bene mori licet ubiq; male: Non in loco sed in
aio est qō felicem mortem facit aut miserā. ¶Do.
In mari pereo. ¶Rō. Persuasum multis scio in
mari miserum mori: q; ethereus atq; ardens spūs
suo contrario videatur oppimi: Sed ut dixi nihil
locus ad miseriam: aius totū. Itaq; de hac re nau
te nescio cuius respōsionem pbo: quem cum qdaq;
interrogasset: ubi nam pater eius obijsset? In ma-
ri inquit. Cūq; idem ille de auo et proauo atq; at-
tauo noiatim ex ordine quesiuisset: responsūq; idē
de singulis accepisset: Intulit: et nunqd tu inquit
mare ingredi non times? Respōdit nauta dissimu
lans: et ubi nā tuus obijt pater? Suo ait in lectulo:
ubi auus ingt: et is ait et proauus et maiores mei
oēs suis in lectulis obire. Tum nauta: Num tu in
quit tuum non times in lectulum ascēdere? Elegā-
ter quidem aliquātoq; plus q; nautice. De morte
igit natura viderit que mortales fecit: at de gene-
re mortis: de loco: de tpe viderit fortuna. ¶Do. Ue
neno morior. ¶Rō. Comites tibi illustres prides
dū de hoc vno agere expsui. Regia quidē mors
est gladius: sed uenenum magis. Et ad sūmaq; Ri
diculum ualde est ubi de morte decreueris: de in-
strumentis esse anxium.

A ¶De morte ignominiosa. Dia.CXXII. ¶Do.
Ed ignominiosa mors est. ¶Rō. Mortē
f ignominiosam facit non genus aut quali-
tas sed causa supplicij. ¶Do. Ignominio-
se morior. ¶Rō. Nemo bonus male moritur: ne
mo malus bene. Honestam mortē non funeralia:
non ministri: non purpuree faciunt exuuie: non in-
uersi clypei atq; enses: et flens dom familia: et vul
gi clamor ac lamēta: et merore uxor insignis et pie
tate filij: et deiecta ceruice ante feretrum nigro idu
tus: ac lachrymis grādibus humēs et homo: non
postremo funereus laudator: et imagines auree di
uitis sepulchri: defunctiq; titulus victur⁹ in mar-
more donec sua quoq; lz sera lapidibus mors sit.
sed virtus et clarum meritis viri nomen: nō vulga
ris egens aure: sed suapte eminēs maiestate: quod
non pceps et cecus fauor hoium: sed rerum series
et innocēs vita pepererit: atq; usq; ad mortē ueri-
tatis et iustitie suscepta defensio: Interq; medias
mortis minas imperterritus atq; infract⁹ animus
ac generosa fiducia. Cōtra his decoribus honestā
mortem: quis ignominie queso locus est: aut quō
turpiter mori pōt qui sic moritur: Seruilez in mo
dum virgas adhibe et tortores et laqueos et secu-

res: fige cruces et rotarum radios attolle et qua-
drigas in diuersuz age lacera huc et illuc membra
rapturas: Adde ignes et craticulas prunis imposi
tas atq; oleo uasa feruētia: et ferarum dētes fame
armatos: Adde uncos et gemonias ac tracta per
vicos laniata cadauera: et quicquid iniurie atq; ob
probrij: seu viuum: seu exanime corpusculum pati
pōt: Dura mors fortasse videbit: ignominiosa cer-
te nō fuerit: Immo vo nōnunq; eo clarior quo du-
rior. Itaq; apparat⁹ hic exterior et tumultus: et tu
be: et carnificum truces vultus et irata uor tyrāni:
nihil prorsus ad rem: intra teipsum te reflecte: ibi
te quere atq; excita: omnibusq; que supersunt ani
mi viribus ad extremos casus accingere: aures ab
inuiso strepitu: a supplicij pōpa oculos auerte: ta-
citusq; totam aiam recollige atq; hortare: resq; ip
sas examina non vmbras rerum: tu si mortē ipsam
rectis oculis spectare audes: nec ferrum puto: nec
restim: nec liuētes calices: nec stillantes carnifices
horrebis. Uanum est enim ipsum hostem cum cō-
tempseris eius faleras aut signa metuere. ¶Do.
Ignominiosa morte damnatus sum. ¶Ratio. Se B
pe actor seu delator infamis et obscenus testes et ob
scurus iudex: reus aūt ipse clarissim⁹: Sepe igno-
bilis vulgo mors nobilis vo gloriosusq; qui mori-
tur. Jam ut sileā reliquos: q; et nimis multi et mul-
to impares sunt: que usq; ignominiosior mors q;
crucis? in qua pependit eximium illud et prenitī-
dum celi decus ac terre: ne tale aliquid ignominio
sum sibi censeat illa sors hominis. Et quoniā sum-
mo nihil est altius: in hoc desino: Omne gen⁹ mor
tis honestare potest virtus: virtutem nulla mors
inquinat.

¶De morte repentina. Dia.CXXIII. ¶Do.
Repente nimis morior. ¶Ratio. Pau- A
a lo ante si recolo senuisse te dicebas: miror
quomodo repētina mors seni est: qui nisi
non dicam: delirat: sed insanit: Semper ante ocu
los mortem habet: Namq; cuz omni etati salubri
ter sit consultum ut omnem diem sibi ultimum cre
dat: hoc amplius rite consulitur senectuti: ut om
nem horam sibi putet extremam: Neq; illud mo
do non audiat quod est apud Tullium: Nemo tam
senex qui se annuz nō putet viuere: Sed ne id qui
dez quod Seneca ait: diem. ¶Dolor. Subito mo B
rior. ¶Ratio. Quid hic dicam: nisi ut repetam
quod ille olim summus hominum nec minor inge
nio q; fortuna: vno ne integro quidem ante suum
obitum die quasi iam ueruz experientie vicinitate
presagiens: dum de hoc ageret: repentinā atq; im-
prouisam mortem commodissimam iudicauit: qō
iudiciuz ab ea videbitur religione dissentiens que
ab hac morte liberari flexis genubus deum orat:
Neq; ego hanc sententiam ubi sit libertas ample-
ctor: aliud tibi nempe cogitandum est: neq; vo hāc
optabilem: sed ubi sit tolerabilem mortez dico. Si
quidem sapienti quiq; eminus cuncta preuiderit:
inopinum nihil accidere posse non ambigitur. Un
de fit: ut improuisa mors non sit cuius prouida vi
ta fuit: Nam quo pacto rerum maxima negligat:
qui parua: qui minima etiam librare sit solit⁹? Hu-
manis autez in rebus quid mihi maius morte mō
straueris: quid par morti? ¶Dolor. Uelocissime
morior. ¶Ratio. Improemeditata modo non sit
mors: quo uelocior eo facilior: Et supplicīū enim si

ne:ut eant semper nunq̄ redeant: In vna tñ omissum hora in altera forsan restaurari datum sit: At extreme hore negligētia ꝓrsus irreparabilis est. Itaq̄ quod in arcanis anime disputationibus inuentum ferunt: vite huius errores quasi leues quidam lapsus in plano sunt vnde facile possis assurgere: At peccatuz mortis graui z ex alto ꝓrupto q̄ simillimum est ruine: vnde facultas nulla sit resurgendi: Huic tanto discrimini cui posthac nunq̄ succurrere ualeas: nunc occurre dum uales: z memento non modo quid uestri dicant: sed quid Cicero qui de morientibꝰ in diuinatione sua disputans Tu uel maxime inquit laudi stude eosq̄ qui secus q̄ decuit vixerunt peccatorum suoruz maxime penitet. Quid a quoq̄ queso religiosius: quid utilꝰ dici potest: Fiat modo quod dicit̄ peniteatq̄ uel sero? Anceps fateor ac piculosa dilatio: z que plurimos fallit qui purgationez anime que festina nimis esse non potest: scientes uolentesq̄ procrastinant z in finem trahunt: quo tempore circumuenti z artati viciniaq̄ mortis attoniti: nihil de cōceptis expediunt. De quo quoniam multa dicuntur a uestris: haud ipertinens est audire quid hic quoq̄ Virgilius z ipse testis externus dicat: quibus uerbis hanc desidiam neglectamq̄ confessionem notet: ex illius ore mirabile: ubi apud inferos iudicem illum facit iustitia z equitate notissimum: qui ut ipse ait: Castigatq̄ auditq̄ dolos subigitq̄ fateri: Que quis apud superos furto letatus inani Distulit in seram commissa piacula mortem. Sed q̄uis hoc periculosuz adeo sit: nihil tñ desperatione periculosius: nihil peius uestre saluꝯ hostis inuenit. Cetera enim suis cuncta remedijs leniūtur hoc malorum maximum atq̄ ultimum abeuntem ubi animam oppresserit: nullus iaz remedio locus est. Huic ergo cū semper: tum in fine uehementius obsistendum est: quod z tunc urgere acrius solet: z nihil iam est reliqui quo salutis consilia cunctando reijcias. Neq̄ uero te hinc metus arceat: nec te pudor dolorq̄ dilationis impediant: peius est nunq̄ q̄ ad uesperam expergisci: z omnino quicquid male differtur: peius omittitur. ¶ Do. Morior absq̄ ulla spe. ¶ Ratio. Male ais: immo uero spem ꝓiectam recipe: z admotam pectori totis aie ulnis amplectere: stringe: conserua. ¶ Dolor. Magnum est peccatum meum ualde. ¶ Ratio. Nullum tam magnum peccatum hominis eē potest: qn multo maior misericordia dei sit. ¶ Dolor. Quis poterit tot peccata dimittere? ¶ Ratio Et quis putas nisi ille de quo sui hostes admirantes litigabat z querebant: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? ¶ Dolor. Quis tantorum ueniam merebitur peccatorum? ¶ Ratio. Nullus fortasse merebitur aut meritus fuit: multis tamen data est gratis: z dabitur modo: sit qui illam fideliter ac reuerenter imploret: Nullam quidem esse remissionem criminum ingentium psuadere aliqui: ut perhibent Constantino principi uoluerunt: Ad id falsum esse: nō modo apud uestros constat apud quos remissio peccatoruz per baptismū z per penitentiam nota est: sed apud Paganos etiam fama fuit: falsa licet quorum morbis ideo inefficax erat medicina: q eis nonduz medicus celestis aduenerat: proinde nisi mūdari a pctō aius z deleri posset iniquitas frustra id totiēs peccator ille primum maximus: postmodū vir sanctissimus precaretur. ¶ Dolor. Peccati cōscientia spem precidet. ¶ Ratio. Peccati memoria penitentiam ac dolorem animo afferre debet: non utiq̄ spem auferre: Sed uos omni ex parte fallimini in peccato feruidi: post peccatum gelidi: Peccando quidem exultatis: memorando autem desperatis. Multi passim peccant spe uenie: Contra uero multi cum peccauerint ueniam desperant: z utriq̄ errāt: Nā z illis ab initio spez damnosam pellere: z his in finem salutiferam spem tenere consiliuz erat. ¶ Dolor. Hzauem culpis morz precipitat quid agam? ¶ Ratio. Quid nisi quod egisse iam pridē decuit ut infaustam sarcinam festinanter abijcias: qua leuatꝰ ibis plane nō ꝑcipitabere: Ibisq̄ nō curuꝰ nō titubās: sed erectꝰ certo ac stabili uestigio z spe bona. Alge ergo ne differas neu diffidas: est qui exoratus ab humeris illam tuis trāsferat qui grauiora iam transtulit: cui nil graue: nil difficile est. Et q̄uis pigra dilatio excusatione careat: laude non caret emendatio sera licet: Satius est eniz sero q̄ nunq̄ resipiscere: Confortare: respira: multos a limine tartari pauce pie lachrymule reuocarunt. Stat dexter ad lectuli tui caput: qui non solum infecto illi se mundare uellē respōdit: sed quatriduano iam fetenti ut surgeret imperauit: teq̄ etiā nūc expectat ut mundari uelis ac surgere: non minus ipse hodie q̄ tunc pius: nec solito minus potens: adhuc quo in statu mori uelis in te est: adhuc sine peccatis mori potes: non q̄ peccata non fuerint sed non erunt. Et si enim in preteritis nullum ius nisi oblīuionis habere deum: Plinꝰ secundus existimet: habet tamē quod ille vir curiosissimus nō vidit: ius etiaz abolitionis: Itaq̄ facta licet ifecta esse non possint: ex facto tamen oriens peccatū sic deleri potest: ut iam amplius nō sit: ita ut sicut scriptum est: Queratur peccatum z non inueniatur: non q̄ se peccati vinculis absoluere potētie sit humane: sed q̄ pie hominum uoluntati cōtritoq̄ cordi diuinum nunq̄ desit auxilium.

¶ De moriente sollicito quid de patrimonio ac liberis futurum sit. Dia.CXXVII. ¶ Me. Quid de patrimonio sperem: quid de liberis? ¶ Ratio. Et patrimoniū dños inueniet z liberis sua sors erit. ¶ Metus. Quid de tantis diuitijs fiet? ¶ Rō. Ne dubita ne heredi nimie videātur: nunq̄ tante erūt quin aliqd de sit: de his tamen illa viderit que res uestras hasq̄ tam dilectas opes huc illuc iaculatura ꝓtorquet. ¶ Metus. Quid faciēt filij? ¶ Ratio. A terreno patre desertos: in suā curaz celestis pater accipiet non relicturus ut tu neq̄ orphanos facturus: Ille eos nutriet z docebit a iuuentute eoruz: modo dociles se prebeant: z usq̄ in senectam z seniuz: usq̄ ad mortem z sepulchrum non destituet. Spes nascentis hominis deus est: non genitor q̄uis dives: q̄uis rex ille sit. Non est edificandum in arena sed in petra: Omnis spes de homine breuis z caduca est. Filij igitur tua spe delusi ponēt in deo spem suam z cantabunt cum Dauid: Pater meus z mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me. Multorum indolem filiorum z virtutum semen mentibus insitum parentum blandi tie extinxerunt: Sicut ex diuerso mollicie sepe discussit orbitas ac paupertas. ¶ Metus. Quo de

terre quasi domus angusta est: ⁊ ipse quadrāgularis: cuius ab extremo ad extremum trāsitus: ⁊ hic viuere: illic mori. Non pluris est fortib⁹ animis q̄z p̄ro uario usu balneum triclinio seu brumali estiuū thalamum mutare. Trita est oibus maximeq̄z illustribus alternatio hec originis ⁊ sepulchri. ¶Do. Scio sic esse: extra p̄riam tū mestus morior. ¶Rō Nihil oletior in ea ipsa quā tuam dicis p̄riam moreris: sed indulgetis fletib⁹ dolēdiq̄z cās aucupamini: tanq̄z sua illis insit delectatio: q̄ si aium vulgi erroribꝰ circūuentū sancte docteq̄z simul ac discrete pauptatis exēpla nō adiuuant: fortunatioribus agam: si q̄ doles regib⁹ ac Cesarib⁹ accidisse mōstrauero: ducumq̄z clarissimis maximoꝝ ne hominū fortunā sis recusaturꝰ videro. ¶Do. Quid dictura quos ue in mediū platura sis sentio: Sed gd opus est v̄bis: doleo extra p̄riam mori: mortisq̄z molestiā locus grauat. ¶Rō. Medicā manū horres: video: p̄gam tū: q̄z feliciter tu videto: mihi uerum dixisse ac fideliter monuisse: sat fuerit. Alexādrum Pella genuit: Babylon p̄emit: Alexandria conditoris sui nomē ac cinerez custodiuit. Alterū Alexandrum Epiri regia pauerat: Lucanus amnis obruit. Cyrum Persis regez tulerat: Scythia truncum tulit. Marcum Crassuz magnūq̄z pōpeium Roma ⁊ romanū iperiū omne suspexerat: que uiuoꝝ magnitudinem tolerasset: utiq̄z mortuoꝝ si sors sineret suffectura cineribus: sed alterū trans Euphraten tellus p̄cessit Assyria: alterū Egyptia ci gurgitis vnda cōtorsit. Catoni huic ultimo Roma p̄ncipium ac nomen: finem cognomenq̄z dedit Utica Cornelios Scipiones Roma progenuit nobilissima ⁊ reipublice saluberrima germina: q̄bus seruāda sepe esset ⁊ ornāda: hos sic sua sors distribuit ut duo hi qui dicunt magni Hispana tellure obruti. Supior Africanus Literni: Hasica Pergami: Lētulus itra Siciliā: seiūctis habitēt sepulchris: Soli ex hoc numero Asiaticus atq̄z Africanus minor Rome iaceāt: melius quolibet in exilio iacturi. Ille carcē multatus: hic morte. Sic p̄sepe ubiq̄z melius viuas: meliuſ moriare q̄z in p̄ria: nuſ q̄z duriꝰ iaceas q̄z domi. Tres Decij: ⁊ si duoſ tm̄ fama celebret: extra p̄riaz animosissime ceciderūt: cū latinis pugnās pater: cū Hetruscis filius: addidit Licero ⁊ cū Pyrrho nepos: Quid nūc ex ordine occurrentes eximios duces sequar: oēs Rome genitos sed extinctos alibi: Attiliū regulū p̄ro seruāda p̄ria simul atq̄z hosti fide: quo crudelius: eo gloriosius moriētem vidit Africa ⁊ sequēti bello Caiuz Flaminiū Cortona: Emiliū Paulū Lume: Claudium Marcellū Venusia: Tiberiū Gracchū Lucania p̄cūbentem vidit: Nulli hoꝝ Rome mori cōtigit. Due spes ingētes imperij romani in ipo etatis flore succise: Drusus ⁊ Marcellinus: Et si ambo in p̄riam reuersi: ambo tū procul a p̄ria: Ille in Hermania obijt: hic Baione. Quid nunc: tu ne Targno superbior: tu ne potētior Sylla es? Atqui ille Lumis exul: hic dominus Puteolis expirauit. Quid minores loquar? Augustꝰ Cesar pater p̄ie extra p̄riam obijt apud Cāpanie Nolam. Tiberius dispar moribꝰ impio par: apud Cāpanie Misenū. Uespasianus ac Titus optimi p̄ncipes ut patrem ⁊ filiū decebat: vna ⁊ eadē villa: q̄bus ppe extra urbē tū obiere. At Traianus in occidēte natus: in oriente defunctꝰ est. Septimus Seuerꝰ in Africa humilē habuit originē: Rome supbū iperium: Eboraci aūt in britānia sepulturā. Theodosium in hispanijs ortū: defūctūq̄z Mediolani: Constātinopolis accepit que iam p̄us aliūde editū sui nois possidebat auctorē. Quid de alijs dicā? Lycurgum Sparta p̄fugū: Creta suscepit: Eadē Creta Saturnū regem pulsum a filio abeuntem vidit: Italis finibꝰ abditū humatūq̄z audiuit. Africe lumen Hānibalem tegit urna Bithinica. Theseum: Themistoclem ac Solonē: tres Atheniēsiuz coronas sic fortuna dispersit: ut p̄mum Syrus: secūdū Persis: tertiū Cyprus sepeliret: Imparia tātis cadauerib⁹ sepulchra: Dies me deficiet singulis imorantē: neq̄z te historijs obruere p̄posui: sed monē. ¶Do. Teneo: sed hos oēs ⁊ quoscūq̄z enumerare alios potes: extra p̄riam defunctos fateor: sed uolentes nego: dolēteſq̄z arbitror. ¶Rō. Unde hoc tibi nisi q̄ stulti omnes: p̄m se alios estimant: neq̄z q̄ sibi difficile est cuiq̄z possibile suspicari possūt: Et fortasse illi ueteri potiꝰ p̄uerbio p̄buisti aurez: Bonū est pegre viuere: mori malū: cum utrūq̄z potius bonū sit: modo bene fiat: lōganimiter atq̄z honeste: Maluz utrūq̄z: si male: si flebiliter atq̄z ignaue: Dicam q̄ mireris: quodq̄z p̄uerbio penitꝰ sit aduersum: si qua locoꝝ querimonia iusta est: hanc ego facilius viuenti p̄miseriz cuius utcūq̄z forsan interfit: q̄z morienti cui omnis loci cura supuacua est iam locis oibus abituro. ¶Do. Tāgis animū: adhuc tū in patria mori mallem. ¶Rō. Uolūtas humana nisi virtus ac sapiētia illam frenet per seipsam idomita ⁊ effrenis est. Q⁹ si altius attēdas: totum hoc ad te nihil p̄tinere fatebere: q̄ neq̄z hic amplius esse potes: neq̄z ossib⁹ tuis superesse sensus aligs quo discernāt ubi durius aut mollius cubēt: neq̄z quo tendis aliūde facilius p̄uenisses aut breui⁹. Elegāter Anaxagoras pegre moriēs: an in patriam referri uellet amicis interrogātibꝰ: nihil ne cesse est ingt: Et adiecit causam: Undiq̄z eniz ad inferos tantundem vie est: q̄ responsuz non minus cōuenit ad celuz ascensuris q̄z casuris ad inferos: ¶Do. Utinā domi morerer. ¶Rō. Si illic esses: forsan alibi esse optares: sic eniz habe: ⁊ q̄ viuēs debueraſ: disce uel moriēs: perdifficile est uobis o mortales morem gerere delicati ⁊ queruli: quibꝰ quod habetis omne vilissimum est semper: ⁊ solū id optimum quo caretis. ¶Do. O si domi morerer. ¶Rō. Multa ibi forsitan videres que mortē tibi efficerent grauiorem: vnde ideo te semotū crede ut reiectis curis omnibus deuz solum atq̄z animam cogitares.

¶De moriēte in peccatis. Dia.CXXVI. ¶Do. Morior in peccatis. ¶Rō. Nec iam nec natura nec fortune: sed tua p̄pria culpa est. ¶Do. In peccatis morior. ¶Ratio. P̄rimū peccare quis te compulit? Deinde quis uetuit commissa diluere? Postremo quis nunc etiam seram licet penitentiam impedit? Usq̄z ad extremuz spūm liber est animꝰ. ¶Do. Peccata mea moriēs mecum fero. ¶Rō. Caue ne id facias: uenenosuz mortiferumq̄z viaticum depone dum uacat: dūq̄z est qui illud tollat ac deleat: ut scriptū est: P̄roijciatq̄z post tergum suum in profundum maris: Et quantū distat ortus ab occidente longe faciat abste: Hanc tu horaz ne neglexeris: que semel elapsa non redibit: Quod licet horis omnibus sit cōmu

ceris videto: Tertia enim patria nulla est sed diuersorium aut transitus. ¶Metus. Quid de patria mea erit. ¶Ratio. Patria illa quā petis vno semper in statu est: Ista quā deseris (quod sepe iā diximus) nō patria sed exilium tuum fuit. ¶Me. Quid patria post me aget. ¶Ratio. Regia cogitatio esse solet: quid post se regnis atq; urbib⁹ euenturum sit: qualem fuisse legis aut magno illi regi Assyrie: aut Romano illi principum maximo priuatam fortunam hec cura supereminet. Quando vo ad ultimum sic affectus es: ut illam miserie officinā atq; illud hospitium doloris ubi rapidum vite tempus multis in laboribus: ne dicaz gemitib⁹ exegisti: patriam nunc etiam tuam uoces: Et vis scire quid actura sit: dicam: Faciet nempe quod fecit z quod faciunt alie: At quid inquies? Tumultuabitur: dissidebit: nouarum rerum sectabitur z partium simultates: mutabit dominos: innouabit leges: utrūq; sepe in peius: in melius raro: Calcabit preterea egregios ciues: attollet indignos: pellet immeritos: predones erarij colet: blandos diliget: ueridicos oderit: bonos spernet: uenerabitur potētes: libertatis hostes adorabit: defensores rei publice persequetur: flebit ac ridebit inaniter: auz gemmasq; mirabitur: virtutes abijciet: amplexabitur uoluptates: hi sunt mores urbium. Nemo tibi non certus horum uates fuerit: nisi qui semper rure vixerit uel obtusis auribus ac oculis urbes intrauerit. ¶Met⁹. Quid post me patrie accidet? ¶Ratio. Quid sollicitus: quid ue anxius es qcquid patrie acciderit: tua iam domus ab incēdijs a furibus: a ruinis tuta erit. Nihil ad te pestilens annus: nihil annus exuberans: nihil estus: nihil sitis: nihil imbres ac grandines niuesq; z glacies z nimium gelu: nihil fere uel uolucres: nihil bruchus aut locusta: nihil deniq; terremotus ac fremitus procellaruz: nihil annone caritas: nihil hostiū incursus aut bella ciuilia. ¶Metus. O quis pīe status erit: seu quis demum finis? ¶Rō. Quis putas nisi qui maximarum urbium fuit: quicq; omnium erit puluis: cinis: sparsi lapides: nudum nomē? Possem id inumeris argumētis oñdē: sed rē tenes. Ad summā nil ab homine fit eternuz nil humanuz preter animam immortale. Cepta desinēt fata deficient: structa ruent: quid plus equo angeris: quid estuas? si in celo eris z hocipsum z mortalia cuncta despicies: Nam qui ad inferos descendūt: charitate amissa: deū atq; homines deiq; opera simul atq; hominum odisse credibile est.

¶De studio fame anxio i morte. Dia.CXXX. ¶Do.

A Quid de me post fata dicent hoies? ¶Ratio. Intempestiua sollicitudo: hoc a iuuentute prouisum esse debuit: Qualis fere vita hominum talis est fama. ¶Do. Quid de me loquentur? ¶Ratio. Quid respondeaz nisi illud doctissimi atq; otium eloquētissimi Ciceronis: Quid de te alij loquantur ipsi viderint: sed loquentur tamen: Sermo autem omnis ille angustijs cingitur his regionum quas vides: nec vnq; de ullo perennis fuit: sed obruitur hominum interitu z obliuione posteritatis extinguitur. ¶Do. Quid de me dicent homines qui post me nascentur? ¶Ratio. Dicerem aliter ista q̄ Cicero: si melius dici posse crederem. Quid autem: inquit interest ab his qui postea nascentur sermonem fore de te: cuz ab his nullus fuerit qui ante te sunt nati? Unum addidit: qō tūc forsan dubitabile: forsan falsuz: nūc certissimū z absq; ulla prorsus hesitatione uerissimum est. Qui nec pauciores inquit z certe meliores fuerūt viri: Nam quis est oro iaz qui dubitet nunq̄ quales fuerint futuros homines: ita in peius inclinata sunt omnia ruineq; proxima. Cura ergo mirabilis ignotorum atq; imparium dicta metuere: cum excellentium ac uotoruz opiniones ac uerba contempseris. ¶Do. Que mihi fama erit extincto? ¶Ratio. Facile melior q̄ viuenti cum fuerit liuor. Raro enim vite hominum superstes inuidia est: Ut autem virtus radix est glorie: sic deceptrix inuidia: utq; liuidus pollex presens impedit sic amotus uere laudis restituit incremētū: Itaq; multis busti limen inuidie in accessum magne glorie uestibulum fuit. ¶Do. Quantum me lōga manet fama? ¶Ratio. Longa forsitan ut uos lōgum dicitis: uere autem apud uos nihil est longum: ut Vo nō modo longa sint omnia sed eterna: sola virtus efficere potens est precipueq; iustitia de qua scriptum est: In memoria eterna erit iustus: quod ut potuit poeta uester expressit: ubi ait: Sed famā extendere factis: hoc virtutis opus est. ¶Dolor. Quali post obitum fama ero? ¶Ratio. Quid refert quale sit quod mox uel nescies uel contēnes? Quid ad te hominum flatus dum tu flatu carituras sis? Spirantē uesci delectariq; auris non miror: at defunctum stupeo. ¶Do. Quid de me post obitum dicetur? ¶Ratio. Et quid putas nisi qō mereberis bonum: malū: multum: parum: nihil: in quibusdam mēdax: sed in pluribus uerax fama est alioquin lōga utiq; nō est: diuturnitatis fundamētum ueritas: ruinosum atq; imbecille mendaciuz. ¶Do. Qualis mihi post exitum fama erit? ¶Ratio. Qualis ante exitū fuit vita: nec minus in exitu. De hoc ergo tempus omne preteritū: sed in primis presens hora viderit. Sic enim habeto quali quisq; dignus sit fama post mortez nulla re melio⁹ q̄ morte censeri: quippe cum multos per omnem vitam inglorios z obscuros: sola (dictu mirabile) mors illustrat.

B

¶De moriēte sine filijs. Dia.CXXXI. ¶Do.

A Sine filijs morior. ¶Rō. Eo alacrior mori debes atq; expeditior pficisci: nil post tergum linquens quod te uellicet. Ille ingēs morientium dolor cessat ex cōmiseratione oriens deserēde prolis immature presertiz z paterno presidio indigentis perq; etatem inopiamq; consilij z iniurijs z casibus multis exposite. ¶Dolor. Nati quos optabam sperabamq; superstites precesserunt. ¶Ratio. Habes ad quos ire cupias non a quibus doleas abire non exiguuz solamen. ¶Do. Mors acerba filiorum orbus ut moriar cogit. ¶Ratio. Hoc si miserum censes: quid est qō uel orbum mori cogat uel vixisse coegerit: cum vnde tibi filios eligas ingenuorum iuuenum tāta sit copia: eo fortassis obsequentiores z tui amantiores habiturus q̄s quos tuo de sanguine genuisses: q̄ illos casu quodam: hos certo iudicio quesiuisti Filij illi anteq̄ noti: hi autem noti z dilecti z ele-

uenient opes? ℂ Ratio. Unde uenerunt reuertentur: hoc est ad fortune manus: Inde rursus ad alios atq; alios abiture: apud neminem diu mansure. Uage sunt enim: stare nesciunt. Neq; sine mysterio: Rotundaq; nummi formaq; opinati sunt: sed uolubilitatis indicium esse dixerunt quidam facete non inficior: sed nõ minus triangularis: aut quadra uolubilis haberetur: quod attinet ad diuitiaꝝ fluxum: quarũ natura est labi assidue ac uolui odisse unius seras arcule: crebris ac uarijs possessoribus delectari: siue ut rubiginem motu uitent: siue ut fallant circuitione q̃plurimos: siue ut cum dominis suis de instabilitate contendant: Hãc tu igitur moriens: uel uiuenti superuacuam curam pone: quin si locuples moreris: agnosce fortune fidez raram ꝛ usq; ad exitum euita diuitiasq; iã tibi nõ necessarias alijs linque. At si pauper: expedit? proficiscere seu ingentes seu exigue seu nulle opes tibi fuerint: modicũ ad te olim posthac uero nil ad te pertinet nisi q̃ inopem uixisse securius quando laboriosa hec uite uel presidia uel tormenta mortẽ
L quoq; sollicitant. ℂ Metus. Quid erit de filijs? ℂ Ratio. Erit ubi uiuat tuum nomen si sint boni: si qua ea consolatio mortis est: non totus interijsse uideberis: in illorum uultibus inq; actibus te sibi redditum amici credent ꝛ gaudebunt: At si mali: est cur cupide deseras quos corrigere nequiuisti ꝛ corrigendos ac domandos mundo tradas ac fortune: ne ue illos moriens suspires qui te mori segni? suspirant: ꝛ fors ocius mortuũ suspirabunt. ℂ Metus. Quid de opibus? ℂ Ratio. Times ne a te dimisse non sint dominos reperture? Expectãtur: exoptantur: estimantur: neq; tam de cõtẽptu q̃ de certamine metuendum: Proinde iaz nũc he diuitie tue esse desinent: cuius autem sint future: quid filios aspicis? Sciri autem non potest q̃dez nec oportet: sat est scire tuas fuisse si fuerunt tue: ꝛ non potius illius rerum domine transeuntiũ atq; mortaliuz que fortuna dicitur: Sed sic tuas dico: hoc est tibi ad breue tempus obsecutas: iam uero tempus est abeundi cedendiq; alijs: sine illis parumper obsequantur ꝛ uicissitudinẽ suam seruent
D nisi ambitiose mori (ꝛ quod stulti quidam fecere) tua tecum tumulo uis inferri: quãdoq; sepulchrorum effossoribus profutura: Deniq; iam terre metallicq; curam proijce: celum tandem teq; ipsum cogita. ℂ Met?. Opes mee fugiunt a me. ℂ Ratio. Putabas ne mansuras cum fugeret uita: cuz tuip se continue rapereris. ℂ Metus. Quid de opib? meis erit postq̃ mee esse desierint? ℂ Rõ. Quid de eis erat anteq̃ tue esse inciperent? ℂ Metus. Opes tantas linquo nudus abiens. ℂ Rõ. Nudus intrasti: nudus egredere: non est quod queraris: sed est unde gratias agas. Alieni usus medio tempore tuus fuit: nil tuum tibi peripitur: sed expleto usu reposcitur alienum: E vicinia migrãtes aduene ultro siquis est pudor cõmodata uasa restituunt. ℂ Metus. Heu nil tantis ex opibus mecum fero. ℂ Ratio. Aufer quantum attulisti: uel si mauis: quantum reges auferunt. ℂ Met?. Quid impuberes nati agent? ℂ Ratio. Adolescent si uixerint ac senescent: ꝛ ipsi suas agẽt uias fortunãq; suam: ꝛ labores uite obibunt: interim sub tutela dei erunt: ꝛ tu forsan sine patre impubes uixisti.

ℂ De moriente anxio quid uxor eo mortuo sit actura. Dia.CXXVIII.

ℂ Me. Uid dilecta uxor post me faciet? ℂ Rõ. A
q Nubet forsitã: quid ad te? ℂ Me. Quid faciet chara uxor? ℂ Ratio. Tuo iugo absoluta: uel subibit aliud: uel libera ceruice uagabitur: uel iam fessa subsistet ꝛ quietem sola meditabitur. ℂ Metus. Quid aget uxor amantissima? ℂ Ratio. Quid cum te euaserit actura sit cogitaz cum tibi subiecta qd egerit nescias? Magna pars mortalium: quid domi sue fiat nescia: quid in celo agatur: quid ue in terris sit agendum querit. Sane quid deinceps agat uxor ipsa eadem uel maritus alter viderit: ad te amplius cura ista non pertinet. ℂ Metus. Uereor ne post meum obitum nubat coniunx. ℂ Ratio. Quedam uiuentibus uiris nubũt. Fecit hoc: apud Hebreos Herodias: apõ Aphros Sophonisba: apud Romanos Martia ꝛ Liuia: q̃uis has duas uirorum consensus ac iussus excuset: Tue uni uiro licet mortuo nubere nõ licebit? Atqui pauce uiuis coniugibus fidem prestant: tu gelido etiam cineri fidem poscis? Si fida tibi usq; ad diem uite ultimũ uxor fuit: quid ni totum coniugalis fidei munus impleuerit? ℂ Metus. Ne secũdo uxor nubat metuo. ℂ Ratio. Ne primo nuberet: magis forsitan metuendum erat: Id ad te pertinuit hoc ad alterum pertinebit. Sic est autem: metuenda contemnitis: spernenda metuitis: nil in rebus iusto precio estimatis: Martialis thori duellum securus intrasti non cogitãs qd periculi adires: id intrare alium times? ℂ Met?. Nollem fateor uxorem alteri nubere. ℂ Rõ. Perfecte quidem pudicitie secunde nuptie quantum licet fateor uitande sunt: sed uitanda magis periculosa uiduitas. Est ubi nubere non tantuz permittitur sed oportet. Difficile est formosam solam caste uiuere. ℂ Metus. Dulcis alteri coniunx nubet. B
ℂ Ratio. Rare sunt earum etiam quas honestas dicum: quibus non super presentem coniugem: alter iam animo desponsatus sit. Mortalis mihi inquiunt vir est: quid si hic obeat: num ille mihi aut ille erit aptissimus: quem virtus: quem nobilitas: quem gratia: quem facundia: quem forma conciliet? ℂ Me. Uxor mea nubet alteri. ℂ Rõ. Tua quidem uxor minime: Ne tua enim sit amplius mors faciet: Nec mirabere si cõiuges separat que corpus atq; anime uincula dissoluit. ℂ Me. Nubet iterum uxor mea? ℂ Rõ. Et Romanorum duces cum nupsere iterum uxores: fer communem cum maioribus fortunam. ℂ Me. Nubet uxor alteri. ℂ Ratio. Et Romani duces ꝛ principes viduas duxere: Et sanctissimus rex Dauid viduas duas in coniugiuz duxit: que minorum fuerant uxores: ꝛ fortasse te maior aliquis tuam ducet: hanc tu illi: tum linque sollicitudinem qui eo pergis ubi non nubitur. ℂ Metus. Nubet alteri dulcis uxor. ℂ Ratio. Si meliori nupserit: gratulare p̃speritati eius quam amasti. Sin peiori: gaude salteꝛ q̃ tu illi iã notior charior q; futurus sis. Multe primos uiros nosse ac diligere secundo demuz matrimonio didicerũt.

ℂ De moriente sollicito quid post se patrie eueturũ sit. Dia.CXXIX.

ℂ Metus. Uid post me de patria mea erit. ℂ Ratio.
q Bonorum omnium patria una est: ꝛ malorum altera: harum cui te ascribi in ciuẽ fe A

bello quidem fortunatiorem fateor: busto negez: Sic hoc saxum illo pulchrius fateri oportet nõ felicius. Que enim ista felicitas non sentientis seu saxi seu saxo abditi? Aliogn si sepulchro felix sit nemo felicior Mausolo. ¶ Met⁹. Inhumatus ero. ¶ Ratio. Inhumati essent Paulus Emili⁹ z Claudius Marcellus tales viri: nisi hostis illos ifestissimus sepelisset admiratione virtutis: nisi fallor: z uerecũdia victus: nõ pietate ulla: que in illius viri precordijs nulla fuerat: Ut sepulturam ego illã pene inuisam futuram ipsis arbitrer sepultis: z si eis optio data esset: inhumatos se iacere maluisse. Insepultus quoqz Cyrus iacuit Persarum rex: neqz id sibi neqz uter Scythicus infamie fuit: sed cruenti mores: quibus acerrimam illam exprobrationez iniuriamqz promeruit. Quid vo nũc singula nuda cadauera colligo: z uel Romanos principes uel externos reges: nõ soluz sepulchri ultimo z optato quidẽ: sed inani honore spoliatos qn etiã laceratos discerptosqz z membratiz sparsos: ut in uidiosum diceres integro cadauere iacuisse: cum obuersentur animis inhumatarum strages gẽtiũ atqz: ut ita dixerim: insepultus orbis: Nẽpe cũ ipso quem dicebam Cyro: ducenta Persarũ milia z cum Crasso sexdecim florentissime legiones: z ad Cãnas Romanorum ciuiũ ac sociorũ octoginta quinqz z eo amplius milia: quinquaginta sex milia Penorũ: Hispanorum: Ligurum z Gallorum ad Metaurum amnem ipso cum duce hostium z ad aquas Sextias: idest loco nomen ducenta theutonum haud procul ab alpibus: utrobiqz duce Mario: cẽtum quinquaginta: ut quidam sunt auctores: z qui minus dicunt seraginta nõ amplius Cimbrorũ milia insepulta iacuerũt. Apõ Philippos vo regum gentiũqz omnium auxilia z Italici sanguinis flos vigorqz: sic placitũ superis hoc sepulchro carentes: campos Emonios feraslz z vultures impinguarunt. Quid ad Egates isulas deleta Carthaginensiũ classis? Quid Massilienssium ante portus sui hostia: inqz ipso fidelis pie pspectu? Quid (ne semper Italos labores loqr) classis Athenienssium ante urbẽ Syracusiam demersa quale habuit sepulchrum? Sileo Salamina z Marathonẽ trecentaqz milia illic fusa persarum: z si alij duplo ampli⁹ dicant. Transeo Mebreorum conflictationes: Scythariqz z Amazonidum: Arabumqz z Parthorum prelia: z Medorum. Pretereo Alexandri Macedonis in oriẽte victorias strageslz illas inermiuz populorum. Pestes taceo tales: sepe ut cadauer charum licet abstraxisse parumper pietas fuerit. Incursus quoqz serpentũ atqz immanium beluarum: quarũ impetũ Dicearchus docet: ut ait Cicero: quedaz hominũ genera esse consumpta. Tempestates pretera z quotidiana naufragia: Nã qui flammis pereunt non egentes busti dixeris: Omitto furores domesticos intestinamqz discordiam: de qua dictum est: Bellum ciuile sepulturam vix ducibus prestare potest: quod de externo uerius etiam est bello. Nec ruinas urbium sequor: Troie: Hieroslyme: Carthaginis: Corinthi: Numantie ac Saguntiz: aliarumqz multarum: ubi magna pars ciuium muris oppressa labentibus z sic patrie consepulta est. Mitto deniqz terremotus quibus multi sepe mortales obruti: pro sepulchro totum terre matris uterum habuerunt: quod cum olim nuperqz crebrũ malum fuerit diuersis in locis nusqz tamen qz in Asia insignius ubi duodeci urbes vno die horrificis terre hiatibus hauste memorantur: hec tam multa dixerim ut ridiculum tibi metum eripiã: qui morte magis damnũ metuis sepulchri atqz illud huic vni corpusculo deesse fers graviter quod tam multis hominum z bellatorum: z quod fuit indignius sanctorum insuper milibus defuisse compertum est. ¶ Me. Defuncto mihi terra negabitur predurum. ¶ Ratio. Non id durum: sed tu mollis qui nec sentiens ledi queas. ¶ Metus. Mortuo mihi terra negabitur indignum. ¶ Ratio. Quid ita: illa ne tibi igitur an tu illis debitus? Atq terra tibi fortasse negabit: nõ tu terre: poterit bustum tibi casus aliquis uel iniuria hostilis eripere: Tu e terra ueniens in terraz redeas oportet Id tibi domini tui ore predictum falsum esse non potest. ¶ Me. Nõ me gremio tellus teget. ¶ Ratio. At tu illam, teges nudo corpore: qd ad te plus hoc post mortez pertinebit qz nunc pertinet? Ubi olim vnguiũ aut criniũ excremẽta: ubi febris erutum sanguinem: ubi deniqz puerilis tunice seu fascie infantilis fragmẽta dimiseris? An oblitus es Theodori Cyrenei apud Tullium elegans rhẽtoz cui cum Lysimachus rex mortez crucis: ut auguror minaretur: Istis queso inqt ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidez nihil interest humi ne an sublime putrescat: Te nisi tellus sinu excipiat ac superficie sustinebit: hinc te grami na uestient: hinc ornabunt flores leti hospite: hinc te imbres madefacient: hinc sol uret: hinc glacies stringet: hinc mouebunt aure: z fortasse naturali⁹ fuerit ut compactum ex quatuor elemẽtis corpus in totidez resoluatur. ¶ Me. Inhumatus linquor horridũ auditu. ¶ Ratio. In opinione horror nõ in re: quandoquidem apud alios horridũ terra tegi: pulchrũ igne consumi: quod maioribus uestris visum scimus: Apud alios pulchrũ a feris aut canibus laniari: Innumeri de hac re sunt gentiuz ritus: quos curiosius a Crispo collectos strinxit Cicero: Tu nuda iacebis humo: Ast illũ pmit lapis horridus illum putres glebe obruent: illũ mersuz uoluent vnde: illũ uenti pendulum agitabunt: grãdo feriet: lacerabunt corui: demum preciosissime ẽditos ac uelatos purpura: uermes rodẽt: Quid nam vo habet amplius qui marmore tegitur atqz auro qz qui flens apud poetam ait: Nũc me fluctus habet uersantqz in littore uenti? Et si ille erroris publici morem sequens inijci sibi terraz horret: nisi forte nunc etiam fabulis acquiescis anilibus: centum annos errare animas insepultoruz hominum circa tartarei amnis ripã: quas sana utiqz ac religiosa mens respuit. ¶ Me. Bustũ mihi patriuz eripitur. ¶ Ratio. Patrius cespes si relinquitur bene est: habes quod tibi Phocion vir magnus inuideat: quem ciuem de se aliter meritũ ingrata Athenarum urbs defunctum quoqz suis finibus expulit: inaudita crudelitas. ¶ Met⁹. Insepultus abijciar. ¶ Rõ. Age res tuas: curam hãc relinque viuentibus.

¶ Frãcisci Petrarche poete Oratorisqz Clarissimi Liber secundus in quo de aduersa fortuna disputatur: Feliciter explicit.

cti anteq̄ filij. Itaq̄ totū illi hoc nature: hi beneficio tuo imputēt q̄ filij tui sint: vnde fit ut sepe hec fuerit fausta successio cui tuto non mediocre tātus patrimonium sed summum imperiū crederetur. Nosti ut Julius Cesar prole carens: sibi Augustū ille tyberium pene inuitus quidem: ut post Nerua Ulpium Traianum: ille Elium Adrianum: ut is rursus Antonium pium: ille Marcum Aurelium sibi filium fecit: feciss̄etq̄ ille alium quemcunq̄ felicius q̄ Commodum genuisset: nulli commodus cunctis incommodum vnicum tanti patris infortunium vnumq̄ ex paucis Romani Imperij probrum ingens atq̄ apertissimū argumētum: quanto adoptio fit felicior genitura: q̄ cum primi ex ordine diu ac feliciter imperassent: hic tantorum uestigijs ducum spretis iter deuium ingressus: breui & turpi non imperio sed tyrannide: cum rempublicam fedasset: misero quidem sed se digno fine procubuit: publicumq̄ ludibrium in se uertit. Jam in de preterea ante hos longe secundum illud fulmē belli punici: malleumq̄ Carthaginis Africani illius magni filius in decus gentis assumpserat: hoc scilicet fato: ut quam urbem Anus cōcusserat: hāc nepos eius euerteret: ut Florus ait historicus: ex Emilia in Corneliam familiam translatus: utriusq̄ decus ultimum fateor non minimus. Ex his vides q̄ nec tibi nec principi deesse filius pōt: quod q̄ est optimum: Bonis bona non desit electio: que si adsit: talem tibi fortasse filium dabit: qualeꝫ non dediss̄et uxor: & uotiuū matrimonij effectum coniugalibus expeditus vinculis inuenies: sic nature defectui lex prouidit. ¶Do. Quomodo nunc domui mee disponam: oribus morior? ¶Ratio. Magnam uero pietatis: magnam laudis oblataꝫ tibi ne respuas materiam: & quod filijs forsan ingratis ac uel male cumulaturis: uel quoniaꝫ uterq̄ mos est in usus pessimos uersuris breuiq̄ omnia profuturis conferre decreueras: confer honestius: cōfer utilius: confer stabilius: Pergami quidez rex Attalus: populum Romanum nec egentem certe: & asiaticis profecto diuitijs corrumpendū testamento sibi heredem fecit: Ego tibi alium populuꝫ: quē instituas ostendam: Hinc te amicorum: hinc egentium turba circumstant: ex utraq̄ tibi filios adoptare permitteris: quorum alij te quo pergis pia precuꝫ festinatione preueniant: ut que hic erogaueris: illic cētuplicata reperias: fenus uberrimum certissimumq̄ viaticum iter istud acturis. ¶Do. Morienti mihi nullus est filius. ¶Ratio. Quid si multi essent: an ex his tibi: seu custodē domus ac pecunie: que tua certe amplius nō erit eligeres: seu in prelio mortis athletam ipsum quoq̄ mortalem: seu deniq̄ comitē ad sepulchrum: ultra enim nec te tui quidem comitentur: nec Metelluꝫ fuit: Breuis a lectulo mortis ad sepulchruꝫ via est Quid refert an hic solus iaceas: an ibi? Friuole prorsus & inepte cause filios optādi: Naꝫ si in illis ut vulgo dicitur seruari ac perpetuari tuum nomē optabas: ipse quoq̄ vulgariter fallebaris. Siquidem filiorum obscuritas profecto creberrima nec illustrare ipsa utiq̄ nec seruare paternuꝫ potest nomen: At perrara filiorum claritas: ut ipos semper filios claros facit: sic parentes interdum vicinitate sua contegit obscuratq̄: quasi minora sol sydera quod nusq̄ euidentius q̄ in Julij Cesaris patre cognoscitur: quem pene ignotum filij splendor fecit. Et ad summā: quisq̄s in filio sui nominis spem reponit: rem pertenuem labilemq̄ in uase fictili locat ac ruinoso: quodq̄ est inconsultius non suo: rez maioris apud vulgus q̄ apud doctos precij: neutris tamen contemnendam: sed cum honestius: tū certius locandam in suis incorruptibilibus uasis ac solidis in virtute propria: in rebus gestis in literis. ¶Dolor. Sine natis morior. ¶Rō. Non sunt in quos tue sese spargant cure: in te uerse omnes quo instructior liberiorq̄ digrediere: te vnum respiciens: te metiens. Sis q̄ miser & q̄ felix moriare: nec incertus moreris: an uel miserie sit addē dum uel felicitati detrahendum tue: aliena seu turpitudine seu fortuna: Et si enim alijs aliter videatur: in quorum ego sententiam fum pronior: ut magnis tamen scimus visum esse philosophis: filiorꝫ euentibus imminuitur paterna felicitas. Imbecille bonum quod in crastinum prominet & pēdet ex altero: q̄ si opinionem hanc admittimus: qd hinc fit intelligis: dubitari enim nequit quin multi felicius obituri fuerint si sine filijs obijss̄ent.

¶De moriente qui metuit insepultus abijci.

Dia.CXXXII. ¶Me. Insepultus abijciar. ¶Ratio. Alitib⁹ inuides: an feris: an piscibus: Naꝫ si metuis tibi baculum seu custodem iuxta te poni iube: quo a cadauere depellātur. ¶Metus. Ludis in malis meis: nam profecto nil sentiaꝫ. ¶Ratio. Quid igitur times quod non sentias? Nam si sentias probes: sentientem enim sepelire necare est. ¶Metus. Inhumatus iacebo. ¶Ratio. Tu nisi te tellus preserit illam premes: te nisi terra conterit celum teget. Notum est illud: Celo tegit̄ qui non habet urnam. Illud quoq̄ notissimum: Facilis iactura sepulchri: Facilis inq̄ sic: ut nulla facilior. ¶Me. Inhumatus ero: graue dictu. ¶Ratio. Dictu nescio: re autem profecto leuissimū multoq̄ tolerabilius sepulchro exui q̄ domo q̄ lodice q̄ sagulo. ¶Metus. Inhumatus ero: fedū visu. ¶Ratio. Fedum fortasse alijs: tibi autem nihil minus. Omnem quidem sepulturam non nisi vinorum causa institutam esse: doctorum omniū auctoritas & res ipsa consentiunt. Idq̄ sic esse sepulchrorum species indicio est: que introrsus inculta & horrida rude incolis suis saxum obijcit: exteri⁹ multa impensa & artificum ingenio elaborata marmoreas spectantibus atq̄ aureas pretendit imagines. ¶Metus. Insepultus ero: turpe aspectu. ¶Ratio. Parum ne oro negocij tui habes: ni suscipias alienum? Prouideant quos res tāgit: hāc tu enim turpitudinem non videbis. ¶Met⁹. Insepultus linquar: miserum. ¶Ratio. Et Magnus Pompeius tantus vir isepult⁹ iacuit: Immo nec iacuit: sed iactatus est fluctibus obrutusq̄. Neq̄ adeo te deliruꝫ reor: ut opinione tua factus ille felicior sit sepulchro: sicut nec collega eius Marcus Crassus infelicior: q̄ qui eū sepeliri iuberet nemo affuit. In reliquis enim pene pares exitu fuere: nisi q̄ Crassi caput ut ditissimum auarissimūq̄ omnium decebat auro grauius fuit seruatum: tamen utrunq̄ ludibrio: Nisi forte tertius horum collega felicior: q̄ altissimi atq̄ pulcherrimi colossi sit⁹ in uertice ostenditur: celsa etiam templa despectāſ

¶ Frācisci Petrarche poete Oratorisq; Clarissimi: Libri quem Secretum suuz inscripsit: de Contēptu mūdi disputantis: Colloquium primi diei: Feliciter incipit.

Augustinus.

A Uid ais homūtio? quid sōnias? quid expectas? an nō te mortalez esse meministi?

¶ Fran. Memini equidez nec vnq; sine horrore quo q dam cogitatio illa subit animum. ¶ Augu. Utinā meminisses ut dicis z tibi cōsuluisses: Etenim z multū mihi negocij remisisses: cū sit profecto uerissimū ad cōtēnendas vite huius illecebras: componendiq; inter tot mūdi procellas animum: nihil efficacius reperiri: q̄ memoriā proprie miserie z meditationem mortis assiduaz modo non leuiter aut superficietenus serpat: sed in ossibus ipsis ac medullis insideat. At multū uereor ne hac in re (quod in multis animaduerti) teipsuz decipias. ¶ Fran. Qualiter queso? Nō enim clare intelligo que narras. ¶ Aug. Atqui omnib⁹ ex conditionibus uestris o mortales: nullam magis admiror: nullā magis exhorreo: q̄q; miserijs uris ex industria fauetis: z impēdes periculū dissimulatis agnoscere: consideratiōēq; illā si ingerat excludatis. ¶ Fran. Quo pacto? ¶ Augu. Putasne quēpiā adeo delirare: ut morbo ancipiti corrept⁹: non summe cupiat sanitatē? ¶ Fran. Neminē tam dementē arbitror. ¶ Augu. Quid ergo? Putasne quempiam fore tam pigri remissiq; animi: ut non quod tota mente desiderat: omni studio cōfectet? ¶ Fran. Ne istud quidem. ¶ Aug. Sed hec duo inter me teq; conueniunt: tertium quoq; conueniat necesse est. ¶ Frā. Quod est tertiū hoc? ¶ Au.

B Ut sicut qui se miserū alta z fixa meditatione cognouerit cupiat esse nō miser: z qui id optare ceperit sectetur sic ut quod sectatus fuerit possit etiam adipisci: Enimuero tertiū huiusmodi: sicut nō nisi ex secundi: sic secūdū non nisi ex primi defectu impediri posse: compertum est. Itaq; primum illud ceu radix humane salutis subsistat oportet: Uos autem insensati: tuq; adeo ingeniosus: in pernitiē propriam e pectoribus uestris salutiferam hāc radicem: omnib⁹ terrenarū blanditiarū laqueis (qō mirare me atq; horrere dicebam) extirpare nitimini. Jure igitur illius auulsione: z reliquorum euersione plectimini. ¶ Franciscus. Nec quidem ut auguror: longior est querela: egensq; uerboruz plurium: Ea ergo si libet in tempus aliud dilata: dum certior ad sequentia proficiscor: aliquātisper in precedentibus immoremur. ¶ Augustin⁹. Tarditati tue mos gerendus est: Ubicunq; igitur visum fuerit pedem fige. ¶ Fran. Consequentiā istā non video. ¶ Aug. Quid caliginis interuenit? qd ne nunc dubietatis oboritur? ¶ Fran. Quoniā innumerabilia sunt que ardenter optamus studioseq; petimus: ad que tñ nullus labor: nulla nos diligentia aut prouexit aut prouehet. ¶ Augu. In rebus ceteris id uerum esse non inficior: at in eo qō nunc agitur cōtra est. ¶ Franciscus. Quā ob causam? ¶ Aug. Quia qui miseriam suaz cupit exuere: modo id uere pleneq; cupiat: nequit a tali desiderio frustrari. ¶ Frā. Pape: quid ego audio: pauci admodū sunt qui non multa sibi deesse p̄ideāt quod q̄ uerum sit: quisquis ad seipsum conuersus fuerit intelligit. Atqui in eo sese miseros fateantur consequēs siquidem est ut bonorum cumulatissimus aceruus felices facit: z qcqd inde decesserit pro ea parte necesse est efficiat infelices. Hanc miserie sarcinam omnes quidem deponere uoluisse: rarissimi autem potuisse: notissimum est. Q̄ multi enim sunt quos uel corporis aduersa ualitudo uel charorū mors: uel carcer: uel exilium: uel pauptas perpetuis premit angoribus? Aliaq; huiusmodi generis que sicut enumerare lōgum est: sic tolerare difficile atq; miserrimum: que q̄uis sint patientibus permolesta tamē ut vides abiecisse nō licet. Dubitari igitur meo iudicio non potest: quin multi quidem inuiti nolenteq; sint miseri. ¶ Augu. Longius retro reuocandus es: z quod usu euenit uagis tardioribusq; inuentiūculis sepius a p̄mis elementis dicendorum series reterenda est. Prouectioris te quidez ingenij arbitrabar nec putabā adhuc tam puerilibus admonitionibus indigere: z profecto si illas philosophorum ueras saluberrimasq; sententias: quas mecum sepe relegisti: memorie commendasses: si z cum bona uenia logq sinas: tibi non alijs laborasses: z lectionem tot uoluminum: ad vite tue regulam: non ad uentosuz vulgi plausum z inanem iactantiam traduxisses tam insulsa z tam rudia ista non diceres. ¶ Francisc⁹. Quid pares ignoro: Jam nunc tamen frontē meā rubor inuasit: experiorq; quod pedagogis obiurgantibus pueri solent. Ut enim illi anteq; admissi criminis nomē audiant multa se deliquisse memorantes prima castigatoris uoce p̄funduntur: Sic ego ignorantie z errorum mihi conscius multorū z si nondum intelligo quorsum tua pergit oratio: quia tamē nihil mihi non obijci posse presentio: ante finem sermonis erubui. Fare autē apertius queso: quid hoc est quod in me satis mordaciter arguisti? ¶ Augu. Multa post hoc: nunc vnū illum illorū indignor: q̄ fieri quenq; uel esse miserū suspicaris inuitum. ¶ Frā. Erubescere desij: qd enim hoc uero uerius excogitari potest? aut quis tam ignarus rerum humanarū tanq; ab omni mortaliū cōmertio segregatus est: qui nō intelligat egestatem dolores: ignominiā: denicq; morbos ac mortē alia q̄ huius generis que putantur esse miserrima: iuitis accidere plerunq;: uolentibus autem nunq̄? Ex quo uerum sit miseriā propriā z nouisse z odisse facillimū: depulisse non: ita q̄ prima nostri duo arbitrij: tertium hoc sit in potestate fortune. ¶ Augu. Erroris ueniam uerecundia merebatur: impudentie autē irascor grauius q̄ errori: Quomodo enim omnes ille tibi philosophice sanctissimeq; uoces exciderunt: neminem his que pauloāte nominabas: miserum fieri posse? Nam si sola virtus animuz felicitat (quod z a Marco Tullio z a multis sepe ualidissimis rationibus demonstratum est) consequentissimum est: ut nihil quoq; nisi virtutis opposituz a felicitate dimoueat: quod quale sit: nisi prorsus obtorpuisti: me licet tacente recordaris.

¶ Fran. Recordor equidem: ad Stoicorum pre E cepta me reuocas populorum opinionibus aduer

Franciſci petrarche poete Oratoriſq; clariſſimi: in librum quem Secretū ſuum inſcripſit: quo de contemptu mūdi diſputatur: Colloquium in tertium diem pductum: continentem. Prefatio.

A Ttonito mihi quidem: & ſepiſſi
me cogitāti: qualiter in hanc vi-
tā intraſſem qliter ue forē egreſ
a ſurus: Contigit nuper: ut non ſi-
cut egros animos ſolet ſomnus
opprimere: ſed anxium atq; per
uigilem: mulier quedam inenar
rabilis claritatis & luminis for
maq; non ſatis ab hoibus intellecta (incertuz qui
bus vijs adijſſe videretur: virginem tamen & ha-
bitus nūcaibat: & facies) me ſtupentez inſuete lu-
cis aſpectu: & aduerſus radios quos oculoꝝ ſuoꝝ
ſol fundebat: nō audentē oculos attollere: ſic allo-
quitur: Noli trepidare: neu te ſpecies noua ptur-
bet: errores tuos miſerta: de longinquo tempeſti
uum tibi auxiliū latura deſcendi: Satis ſuperq;
ſatis hactenus terram caliginantibus oculis aſpe
xiſti quos ſi uſq; adeo mortalia iſta permulcēt: qd
futuruz ſperas ſi eos ad eterna ſuſtuleris? Dis er
go auditis: nec dum pauore depoſito: Maronem
illud tremulo vix ore reſpondi: O q̄ te memorem
virgo: nanq; haud tibi vultus Mortalis: nec uox
hominē ſonat. Illa ego ſum: inquit: quā tu in Afri
ca noſtra: curioſa quadā elegātia deſcripſiſti. Cui
non ſegnius: q̄ Amphion ille Dirceus in extremo
B quidem occidētis: ſummoq; Atlantis uertice: ha-
bitationem clariſſimā atq; pulcherrimā: mirabili
artificio ac poeticis: ut proprie dicam: manib⁹ ere-
xiſti. Age itaq; iam ſecurus auſculta: ne ue illi⁹ pre
ſentem faciem perhorreſcas: quā pridez tibi ſatis
familiariter cognitam arguta circūuolutione teſta
tus es. Vix dum uerba finierat: cū mihi cūcta uer
ſanti: nihil aliud occurrebat: q̄ Veritatem ipaz fo
re que loqueretur: Illius enim me palatiū Atlan
tis iugis deſcripſiſſe meminerā: At qua naz ex re
gione ueniſſet ignorabā: niſi celit⁹ tamē uenire ne
quiuiſſe certus eram. Itaq; videndi auidus reſpi-
cio: & ecce lumē ethereum: facies humana nō per
tulit. Rurſus igitur in terraz oculos deijcio. Q̄ō
illa cognoſcens: breuis ſpatij interueniente ſilētio
iterum & iterum in uerba prorūpens minutis in-
terrogatiūculis meq; ut ſecuz multa colloquerer
coegit. Duplex hinc mihi bonuz proueniſſe cogno
ui: Nam & aliquantulū doctior factus ſū: aliquan
toq; ex ipſa conuerſatione ſecurior. Spectare co-
ram poſſe cepi vultum illum: qui nimio primuz me
C ſplendore perterruerat: quem poſtq̄ ſine trepida
tione ſuſtinui: duz mira dulcedine captus inhereo
circumſpicienſq; an quiſq̄ ſecū afforet: an prorſuſ
incomitata mee ſolitudinis abdita penetraſſet: vi-
rum iuxta grandeuū: ac multa maieſtate ueneran
dum video: Nō fuit neceſſe nomē percūctari: Re-
ligioſus aſpectus: frons modeſta: graues oculi: ſo
brius inceſſus: habitus ſacer: ſed Romana facun-
dia: glorioſiſſimi patris Auguſtini quoddaz ſatis
apertum indicium preferebat. Accedebat dulcior
quidam maioriq; q̄ non niſi hominis affectus qui
me ſuſpicari aliud nō ſinebat. Nec tamen ideo ta-
citus manſiſſem: Jā interrogationis uerba dicta
ueram: Jamq; in extremū oris limen uox egreſſu-
ra proceſſerat: cum ſubito ex ore ueritatis: dulciſo
num illud mihi nomen auditum eſt. Ad eum ſiqui
dem conuerſa: ac meditationem ipſius profundiſ- D
ſimam interrumpens: ſic ait: Chare mihi ex mili-
bus Auguſtine: hunc tibi deuotū noſti: nec te latet
q̄ periculoſa & longa egritudine tentus ſit: qui eo
propinquior morti eſt: quo eger ipſe a proprij mor
bi cognitione remotior. Itaq; nūc vite hui⁹ ſemi-
animis conſulenduz eſt: quod pietatis opus meli⁹
q̄ tu nullus hominū preſtare poteſt: Nā & iſte ſem
per tui nominis amantiſſimus fuit. Habet autem
hoc omnis doctrina: ut multo facili⁹ in auditoris
animum ab amato preceptore trāſfunditur. Et ni
ſi te preſens forte felicitas miſeriarum tuarum fa
ciat immemorem: multum tu duz corporeo carce E
re claudebaris: huic ſimilia pertuliſti. Quod cuz
ita ſit: paſſionum expertarum curator optime tam
& ſi rerum omnium iucundiſſima ſit taciturna me
ditatio: ſilentium tamen iſtud ut ſacra & mihi ſin-
gulariter accepta uoce diſcutias: oro: tēpteſ ſi qua
ope languores tam graues emollire queas. Ad
hec ille: Tu mihi dux: tu conſultrix: tu mihi conſo
latrix: tu domina: tu magiſtra: quid igitur me loq
iubes te preſente? Illa autem: Aurez mortalis ho
minis humana uox feriat: hanc iſte feret equani-
mius: ut tamen quicquid ex te audiet: ex me dictū
putet: preſens adero. Parere inquit ille & languē
tis amor cogit & iubentis auctoritas ſimul me be
nigne intuens paternoq; refouens complexu: in
ſecretiorem loci partem ueritate preuia parūper
abduxit. Ibi tres pariter conſcendimus: Tum de
mum: illa de ſingulis in ſilentio iudicante: ſubmo
tis ꝓcul arbitris: ultro citroq; ſermo lōgior obor-
tus: atq; in diē tertium materia protrahente ꝓduF
ctus eſt: ubi multa licet aduerſus ſeculi noſtri mo
res: deq; communibus mortalium piaculis dicta
ſint: ut non tam mihi q̄ toto humano generi fieri
conuitiū videretur: ea tñ qb⁹ ipſe uocatus ſuz: me-
morie altius impreſſi. Hoc igitur tā familiare col-
loquium: ne forte dilaberetur: dū ſcriptis manda
re inſtituo menſuram libelli huius impleui: Non
quem annumerari alijs operibus meis uelim: aut
vnde gloriam petam maiora quedam mēs agitat
ſed ut dulcedinem quaz ſemel ex collocutione per
cepi: quotiens libuerit ex lectione percipiā. Tuq;
ideo libelle conuentus hominum fugiens: mecuz
manſiſſe contentus eris: nominis proprij nō ime-
mor: Secretū enim meum es & diceris: mihiq; in
altioribus occupato: ut vnumquodq; in abdito di
ctum meminiſti: in abdito memorabis. Ego enim
ne ut ait Tullius: inquam: & inquit ſepius interpo
nerētur: atq; ut corā reſ agi uelut a pūtib⁹ videren
tur: collocaturiſ egregijs meaſq; ſentētias nō alio
vboꝝ ambitu: ſed ſola proprioꝝ noiuz ꝑſcriptione
diſcreui: Dūc nēpe ſcribēdi morē a meo Ciceron
didici: hunc ipſe prius a Platone didicerat. Ac ne
longi⁹ uager: his ille me primū vbis aggreſſuſ eſt.

¶ Franciscus. Quotiens dixi: me ulterius nequi uisse. ¶ Augustin⁹. Quotiensq; respōdi: immo ue rius noluisse: nec tamen admiror te in his nūc am bagibus obuolutum: in quibus oliz ego ipse iacta tus: dum nouam vite viaz carpere meditarer: La pillum vulsi: frontē percussi: digitosq; contorsi: de nicz complosis genua manibus amplexus: amaris simis suspirijs celū auraſq; compleui: largisq; ge mitibus solum omne madefeci: z tamen hec inter idem ille qui fueram: mansi: donec alta tandez me ditatio omnem miseriam meam ante oculos ꝓgesſit. Jtaq; postq̄ plene uolui: ilico z potui: miraq; z felicissima celeritate transformatus sum in alte rum Augustinum: cuius historie seriez: ni fallor ex confessionibus meis nosti. ¶ Fran. Noui equidē illiusq; ficus salutifere: cuius hoc sub vmbra cōti git miraculum: immemor esse non possum. ¶ Au gustinus. Recte quidem: nec eniz myrtus ulla: nec hedera: deniq; nec dilecta: ut aiunt: phebo leurea: q̄uis ad hanc poetarum chorus omnis afficitur: tuq; ante alios qui solus etatis tue contextam ei⁹ frondibus coronaz gestare meruisti: gratior debet esse animo tuo: tandem aliquando in portum ex tā multis tempestatibus reuertenti: q̄ ficus illius re cordatio: per quam tibi correctio z uenie spes cer ta pretenditur. ¶ Franciscus. Nihil aduersor: sed inceptum perage. ¶ Augustinus. Hoc inceperam ad hoc prosequor: contigisse tibi hactenus: quod multis: quibus dici potest uersus Virgilij: Mens immota manet: lachrymе uoluuntur inanes. Nec ego z si multa congerere poterā: vnico tamen eoq; domestico exemplo contentus fui. ¶ Franciscus. Consulte: neq; enim aut pluribus res egebat: aut aliud quodlibet in pectus hoc profundius descen disset: eo presertim quia (licet pro maximis iterual lis) quanta inter naufragium z portus tuta tenen te: tanta interq; felicem z miserum esse solēt discri mina: aliquale tamē inter procellas meas: fluctua tionis tue uestigiū recognosco. Ex quo fit ut quo tiens confessionum tuarum libros lego: iter duos contrarios affectus: spem videlicet z metum (licet non sine lachrymis interdum) legere me arbitror: non alienaz sed proprie mee peregrinationis histo riā. Deinceps autem: quoniam omne studium cō tentionis abieci: ut libuerit perge: sequi enim: non obstare disposui. ¶ Augustinus. Haud hoc postu lo. Sicut enim ut doctissimus quidam ait: Nimiū altercando ueritas amittitur: sic ad ueruz multos sepe perducit modesta contētio. Neq; igitur (quo modo pigri z torpentis ingenij mos est) passiz om nibus acquieuisse conuenit: nec rursus aperte ue ritati studiosius obluctari: quod clarum litigiose mentis indiciuz est. ¶ Franciscus. Intelligo z lau do z consilio utar: perge modo. ¶ Augustin⁹. Re cognoscis ne igitur ueram illam fuisse sententiam graduumq; progressum: ut miseriarum suarū per fecta cognitio: perfectum desiderium pariat assur gendi: si desiderium potentie obsequatur. ¶ Fran ciscus. Jam animum induxi: nihil tibi non credere ¶ Augustinus. Sentio aliquid etiam nunc resta re quod uelis: licet: fare age quicqd id est. ¶ Frā. Nil aliud nisi q̄ ipe mecū obstupeo uoluisse hacte nꝰ: qō vnū semp noluisse credidera. ¶ Au. Adhuc hesitas atq; ut his iaz tandē sermonibus finis sit: fateor z ipse te uoluisse nonnunq;. ¶ Fran. Quid ergo dixisti? ¶ Augustinus. An non succurrit illō Ouidij: Uelle parū incipias ut re potiaris opor tet. ¶ Franciscus. Intelligo: sed z desiderasse pu tabam. ¶ Augustinus. Fallebaris. ¶ Franciscꝰ. Credo. ¶ Augustinus. Ut certus credas conscie tiam ipse tuam consule. Illa optima virtutis inter pres. Illa infallibilis z uerax est: operum cogita tionumq; pensatrix. Illa tibi dicet: nunq; te ad sa lutez: qua decuit: aspirasse: sed tepidius remissiusq; q̄ periculorum tantorum consideratio require bat. ¶ Franciscus. Lepi quam iubes conscientiaz excutere. ¶ Augustinꝰ. Quid illic inuenis? ¶ Frā ciscꝰ. Uera esse que dicis. ¶ Augustinus. Profe cimus aliquantulum si incipis expergisci: iam me lius tibi erit: si q̄ male oliz erat agnoueris. ¶ Frā ciscus. Si hoc uel nosse satis est: non tantum bene sed optime mihi propediem esse posse confido: ni hil enim vnq; clarius itellexi q̄ nunq; me satis ar denter optasse libertatem z miseriarum finem: nū quid autem post hoc optasse sufficiat? ¶ Augusti nus. Quid enim? ¶ Franciscus. Ut nihil ampli⁹ agam. ¶ Augustinus. Jmpossibilem proponis cō ditionem: ut qui quod cupit ardenter cupiat z ob dormiat. ¶ Franciscus. Quid igitur ipsum opta re profuit? ¶ Augustinus. Nepe per medias dif ficultates iter pandet: ad hoc ipsum per se virtutis desiderium: pars est magna virtutis. ¶ Frāciscꝰ. Magne mihi spei materiam prebuisti. ¶ Augusti nus. Jdcirco te alloquor ut z sperare doceam z ti mere. ¶ Franciscꝰ. Timere quo naz modo? ¶ Au gustinus. Immo vo qualiter sperare? ¶ Franci scus. Quia cum hactenus non mediocre studium gesserim ne pessimus forem: tu mihi viam aperis qua optimus fiam. ¶ Augustinus. At q̄ id iter la boriosum sit: fortasse non cogitas. ¶ Franciscus. Quid noui terroris ingeminas? ¶ Augustinus. Quia hoc ipsum optare: uerbum vnum est: secun dum quod innumerabilibus consistit ex rebus. ¶ Franciscus. Terrificas. ¶ Augustinus. Atqui ut ea fileam ex quibus desiderium istud constat: q̄ multa sunt ex quorum euersione cōficit. ¶ Frā ciscus. Quid dicere uelis non intelligo. ¶ Augu stinus. Nulli potest desideriū hoc absolute cōtin gere: nisi qui alijs omnibus desiderijs finez fecit. Jam intelligis q̄ multa z uaria sunt que optantur in vita: que prius tibi vilipendenda sunt: ut sic ad concupiscentiam summe felicitatis ascendas: quā profecto minus amat: qui secum aliquid amat qō non propter ipsum amat. ¶ Franciscus. Agnosco sententiā. ¶ Augustinus. Quotus ergo fuerit qui omnes cupiditates extinxerit: quas ne dicaz extin guere: sed uel enumerare longū sit: qui animo suo frenum rationis admouerit: qui dicere audeat: ni hil mihi iam cōmune cum corpore: que videntur iucunda cuncta sordescunt: ad feliciora suspiro? ¶ Franciscus. Rarissi mū genus hominuz: z nūc difficultatem quam cōminabaris intelligo. ¶ Au gustinus. His nempe cessantibus: desiderium il lud plenum expeditumq; erit: Necesse est enim ut q̄tum animus ad celum propria nobilitate subue bitur: tantum mole corporea z terrenis pregraue tur illecebris. Jta dū ascēdere: z in imis permane re cupitis: neutrum impletis: in alterna distracti. ¶ Franciscus. Quid igit censes esse faciendum: ut integer animus discussis terre compedibus: tollat

sa: ꝛ ueritati propinquiora q̄ usui. ¶Aug. O te omnium infelicem: si ad ueritatis inquisitionē per vulgi deliramenta contēdis: aut cecis ducibus ad lucem te peruenturum esse cōfidis: Calcatū publice callem fugias oportet: ꝛ altiora suspirans: paucissimorū signatū uestigijs iter arripias: ut poeticum illud audire merearis: Macte noua virtute puer: sic itur ad astra. ¶Fran. Utinam id mihi cōtigere posset anteq̄ moriar: Sed perge queso: ne q̄ enim prorsus depuduit: ꝛ Stoicorum sententias publicis erroribus preferendas esse non dubito: quid autem hic persuadere uelis expecto? ¶Augustinus. Et hoc inter nos conuenit: nisi vitio miserum non esse nec fieri: Jā quid uerbis op⁹ est? ¶Franciscus. Quia multos mihi vidisse videor: inter quos ꝛ meipsum: nihil molestius ferentes: q̄ q̄ vitiorum iugū nō liceret excutere: q̄uis ad id per omnem vitam summis viribus niterentur: q̄obrem stante licet Stoicorum sententia: tolerari potest: multos inuitos ac dolētes optāteq̄ contrarium esse miserrimos. ¶Augu. Aliquantulum euagati sumus: sed iam sensim ad primordia nostra reuertimur: nisi forte vnde deceſeram⁹ oblitus es. ¶Franciſc⁹. Obliuisci ceperā: sed incipio recordari. ¶Augustinus. Jd agere tecum istituram ut ostenderem ad euadendū huius vite mortalitatis angustias: attollendoq̄ se altius: primū ueluti gradum obtinere meditationem mortis humaneq̄ miserie: Secundum vo desiderium uehemens studiumq̄ surgēdi: quibus exactis: ad id quo nostra suspirat intentio: ascensum facilē polliceba: Nisi tibi forte nunc etiam contrarium videretur. ¶Franciscus. Contrarium equidem video: dicere non ausim: ea nanq̄ de te ab adolescētia mea mecū creuit opinio: ut si quid aliter visum fuerit q̄ tibi: aberrasse me nouerim. ¶Augustinus. Cesſent oro blanditie: at quoniam: non tam iudicio q̄ reuerentia assensum dictis meis prebuisse te video: loquendi tibi quicquid ex arbitrio tuo fuerit: libertas datur. ¶Fran. Trepidus quidez adhuc sed licentia tua uti uelim: atq̄ ut de reliquis hominibus fileam: testis est mihi hic qui cunctis actib⁹ meis semper interfuit: testis tu quoq̄ quotiēs ad conditionis mee miseriam mortēq̄ repserim: quātisq̄ cū lachrymis sordes meas diluē visus fū: uel id qđ sine lachrymis narrare nō possum: ut vides hactenus frustra fuit. Hoc igitur vnum est qđ me super ambigenda propositionis tue ueritate sollicitat: qua conaris astruere: neminem nisi sponte suam in miseriam corruisse: neminem miserum eē nisi qui uelit: cuius rei contrariuz in me tristis experior. ¶Augustinus. Uet⁹ est hec ꝛ nunq̄ finē habitura querimonia: atq̄ licet idem ne quicq̄ sepe temptauerim: adhuc inculcare non desinam: Nec fieri miserū nec esse qui nolit: Sed est: ut dicere ceperam: inanis hominum peruersa quedam ꝛ pestilens libido seipsos fallendi: quo nihil potest eē funestius in vita. Si enim familiarū dolos iure pertimescitis: propterea q ꝛ fallentium auctoritas remedium preripuerit cautele: ꝛ aures uestras assidue uox eorum blanda circumsonat: quoruz utrūq̄ in alijs cessare videatur: quantomagis propriaſ fraudes formidare deberetis: ubi ꝛ amor ꝛ auctoritas ꝛ familiaritas ingens est: q̄ se quisquis plus estimet q̄ ualet: plus diligat q̄ oportet: nunq̄ pterea deceptus a deceptore separetur? ¶Fran. Sepe his uerbis hodie usus es: At ego meipsum nunq̄: q̄ meminerim: fefelli: utinā nō me alij fefellissent. ¶Augustinus. Nunc te maxime fallis cū nunq̄ teipsum fefellisse gloriaris: nec tam tenuis tue indolis spes est mihi: quia si animum acriter attenderis: per teipsum videas: neminem in miseriam: nisi sponte corruere: Super hoc enim altera tio nostra fundata est. Dic enim oro te (sed cogita priusq̄ respondeas: atq̄ ad id animum indue: nō contentionis sed ueritatis auidum) dic mihi: quez hominū putas peccasse coactum? cuz uelint sapientes peccatum esse uoluntariam actionē: usq̄adeo ut si uoluntas desit: desinat esse peccatuz: sine peccato autem nemo fit miser: quod mihi iam superi⁹ concessisti. ¶Franciscus. Uideo me nuper paulatim de proposito excidere: ꝛ fateri cogor q̄ initiſi miserie mee ex ꝓprio processit arbitrio: hec in me sentio: in alijsq̄ conijcio: modo tu mihi quoq̄ uerē fatearis. ¶Augustin⁹. Quid me fateri postulas? ¶Fran. Ut sicut uerum est: neminem nisi sponte corruere: sic illud etiam uerum sit: innumerabiles sponte prolapsos: non sua tamen sponte iacere: qđ de meipso fidenter affirmem: Jdq̄ datuz mihi arbitror in penam: ut quia stare duz possem nolui: assurgere nequeam dum uelim. ¶Aug. O q̄ baud prorsus delirantis opinio ista sit: postq̄ te tamen in primo errasse cognoscis: idem in secundo fateari oportebit. ¶Fran. Ladere igitur ꝛ iacere vnū atq̄ idem esse diffinis? ¶Augustinus. Immo vo diuersa noluisse tamen ꝛ uelle: ꝛ si in tempore differunt: in re tamen ipsa: inq̄ animo nolentis vnuz sunt. ¶Fran. Sentio quibus me nexibus inuoluiſ nec tamē fortior luctator est qui arte sibi victoriaz quesiuit sed ꝓfecto uersutior. ¶Augustinus. Coraz ueritate loquimur: cui simplicitas omnis amica ē calliditas inimica: qđ ut clare videas cū quātalibet deinceps simplicitate procedam⁹. ¶Franciſcus. Nihil possem audire iucundius: dic ergo quomodo de meipso mentio fuerat: qua naz ratione mihi monstraueris hoc q̄ miser suz: id enim me esse non inficior: nunc etiam mee uoluntatis existere ut surgam: cum ego contra sentiam: nil me peti molestius: nil magis aduersum proprie uolūtati: sed ultra nō ualeo. ¶Augustinus. Modo cō uenta seruentur: ostendam alijs tibi uerbis utēdū fore. ¶Franciſcus. Que nam conuēta memoras quibus ue admones utendum uerbis? ¶Augu. Conuenta sunt ut fallaciarum laqueis reiectis: circa ueritatis studium: pura cum simplicitate uersemur: uerba vo quibus te uti uelim hec sunt: ut ubi te non posse dixisti: ultra te nolle fatearis. ¶Franciſcus. Nunq̄ erit finis: nunq̄ enim hoc fatebor: scio quidem ꝛ tu testis es mihi quotiens uolui nō potui: quot lachrymas fudi nec profuerūt? ¶Augustinus. Lachrymarū tibi testis sum multarum uoluntatis vo minime. ¶Franciſcus. Per superum fidem (hominem scire niminem puto) quid ego passus sim: q̄tumq̄ uoluerim si licuisset assurgere. ¶Augustinus. Sile: prius celū telluſq̄ miscebitur: prius astra cident a nerno: ꝛ amica nūc inuicem elemēta pugnabunt: q̄ hec que inter nos diiudicat Ueritas falli queat. ¶Fran. Quid ais igitur? ¶Augustinus. Lachrymas tibi sepe conscientiam extorsisse: sed propositum non mutasse.

medio grege philosophorum clarissimi testes accesserunt: mortem inter tremenda principium possidere: usqz adeo: ut iam: pridem nomen ipsuz mortis auditu tetrum atqz asperum videatur. Ne tamen uel similia hec summis auribus excepta: uel rei ipsius recordatio compendiosa sufficiat: immo rari diutius oportet atqz acerrima meditatione singula morientium membra percurrere: & extremis quidem iam algentibus media terreri: & in summo opportuno sudore defluere: ilia pulsari: vitalem spiritum mortis vicinitate lentescere: ad hec defossos natantesqz oculos: obtuitum lachrymosum: contractam frontem liuentemqz: labentes genas: lucidos dentes: rugentesqz atqz acutos nares: spumantia labia: torpentem squamosamqz linguam: aridum palatum: fatigatum caput: anhelus pectus: raucum murmur & mesta suspiria: odorez totius corporis molestum: precipueqz alienati vultus horrorē: que omnia facilius ac uelut in promptu & ad manum collocata succurrent: Si cui familiariter obseruari ceperit memorādum aliquod conspecte mortis exemplum: Tenacior enim esse solet visorum q̄z auditorum recordatio. Quaz ob causam non sine alto consilio: in quibusdaz religionibus atqz sanctissimis: usqz etiam ad hanc etatez que bonis moribꝰ inimica est: illa consuetudo perdurat: qꝫ ad cernenda corpora defunctorum: dum lauantur preparanturqz sepulture: eiusdem rigidi propositi professores intersint: ut scilicet triste miserandumqz spectaculum oculis subiectum: & memoriam semper admoneat: & animos superstituz ab omni spe mundi fugatis exterreat: ¶Hoc est igitur quod satis alte descendere dicebam: nondum forte consuetudinis causa mortem nominatis dū nil morte certius: nil hora mortis incertiꝰ: cetera qz huius generis usu quotidiani sermonis iteratiꝰ: preteruolant enim illa: non insident. ¶Franciscus. Assentior eo facilius: quia multa que mecuz tacitus agere soleo: nunc te loquente recognosco. Signum tamen aliquod memorie mee si videtur imprime: quo admonitus post hoc de me ipse mihi nō mentiar: nec erroribus meis interblandiar. Id enim est: ut video: qꝫ mentes hominum calle virtutis auertit: dum methaz apprehendisse rate: ulterius non aspirant. ¶Augustinus. Libens hec audio ex te: neqz enim ociosi & a casu pendentis: sed multa circumspicientis animi uerba sunt. Signum igitur quo nunq̄z fallaris accipe: Si quotiens de morte cogitabis: loco non moueberis: scito te uelut de rebus ceteris inutiliter cogitasse. At si in ipo cogitatu obrigueris: contremueris: expalueris: tibiqz iam huic laborare visus fueris medias inter mortis angustias: si cum hoc & illud occurrat: animam illiciet: ut ex his membriꝭ exierit: sistendam in eterno iudicio totius vite preterite: actuūqz & uerborum rationem exactissimam summam esse reddendam: nullam deniqz in forma corporis aut in mundi gloria: nullam ingenio eloquētiam: nullam in opibus aut potentia spem habendam: nec corrumpi posse: nec falli iudicem: nec placari mortem ipsam: laboruz non finem esse sed trāsitum: ¶Hec inter mille suppliciorum: mille torquorum genera & stridor & gemitus auerni & sulphurei amnes & tenebre & ultrices furie: postremo aduersa simul orci pallentis immanitas: que ue his omnibus preponderant malis: infelix sine fine perpetuas: terminandeqz calamitatis desperatio & in eternum mansura: nō iam amplius miserātis ira dei. Si hec omnia simul ante oculos uenerint: non ut ficta sed ut uera: non ut possibilia sed ut necessaria ineuitabiliterqz uentura & pene iam presentia: Inqz his curis non preteriēs nec desperans: sed spei plenus qꝫ dei dextera potens promptaqz sit ex tātis malis eruere: tu modo te curabilem prebeas surgendiqz auidus: & propositi tenax: assiduꝰ uersaberis: non frustra te meditatum esse confide. ¶Franciscus. Grauiter me fateor tantis ante oculos coaceruatꝫ miserijs terruisti. Sed sic mihi deus uenie largus sit: ut ego per dies singl'os in has cogitationes immergar: precipueqz noctibus cuz diurnis curis relaxatus animus se in ipsum recolligit: cum corpus hoc in morem morientium: compono: ipsam quoqz mortis horam: & quicquid circa eam mens horrenduz repperit: intentissime mihi ipse confingo: usqz adeo ut in agone moriendi positus: mihi videar interdum tartara: & que narras: omnia mala conspicere: eaqz tam grauiter visione cōturbor: ut exterritus tremensqz consurgā: & sepe usqz ad horrorem astantium: hec in uerba prorumpam: ¶Deu quid ago? quid patior? cui me exitio fortuna reseruat miserie? Jesu per opez: eripe me inuicte his malis: Da dextram misero & tecum me tolle per vndas: Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. Multa preter hec alia: phrenetici in morem quocunqz uagum animum pauentemqz tulit impetus: mecum loquor: multa quoqz cum amicis: quibus illachrymans ipse nō nunq̄z ceteros in lachrymas coegi: Iz utiqz post lachrymas reuertemur ad solita. Que cum ita sint: quid ergo me retinet? quid latentis obstaculi est: ut nunc usqz nil ista mihi cogitatio preter molestias terroresqz pepererit: ego autem idem sim adhuc qui fueram prius: qꝫ hi sunt quibus forte nunq̄z tale aliquod contigit in vita: eoqz miserior: quo illi (quisquis sit futurus exitus) presentibus saltem uoluptatibus delectantur: mihi ꝯo & finis incertus sit: & nulla uoluptas: nisi talibus amaritudinibus respersa proueniat. ¶Augustinus. Noli precor: ubi gaudendum est dolere: peccator enim quo maiorem uoluptatē & titillationem percipit ex sceleribus suis: eo miserior calamitosiorqz iudicandus est. ¶Franciscus. Forte ideo: quia nunq̄z ad virtutis semitam reflectitur: quem nusq̄z interrupta uoluptas sui raptat immemorem. Qui ꝯo inter carnis illecebras & blandimēta fortune: durum aliquid experitur: totiens conditionis sue meminit: quotiens illū delectatio preceps & inconsulta destituit. Q; si vnus esset amborum finis: non intelligo: cur non felicior dici possit qui nunc gaudet doliturus in posterum: q̄z qui nec sentit in presens gaudium nec expectat: nisi te forte moueat: qꝫ in fine risus sit luctus acerbior. ¶Augustinus. Illud magis: quoniam freno rationis abiecto (quod quidem prorsus in illa suprema uoluptate deserit) grauior casus est: q̄z eodem uel teniter retento ex pari precipitio corruentis. Ante omnia tamen illud a te prius dictum attendo: qꝫ de alterius sperandum: de alterius conuersatione desperandū est. ¶Frā. Istud quidem sic esse considero: sed tu interim: nūquid non prime questio-

M ad superna? ¶ Augustinus. Ad hunc terminū pro
fecto meditatio illa producit: quam primo loco no
minaueram: cum mortalitatiſ nostre recordatione
continua. ¶ Franciſcus. Niſi ⁊ hic fallor: nullus
hominuz crebriuſ in hac reuoluitur curas. ¶ Au.
Noua lis laboraq; ali⁹. ¶ Frā. Quid? Ergo ne ēt
hic mētior? ¶ Au. Urbani⁹ loq ueliz. ¶ Frā. Hāc
tamē sententiam. ¶ Augu. Certe non aliā. ¶ Frā
ciſc⁹. Ergo ego de morte non cogito? ¶ Auguſti-
nuſ. Perraro quidem idq; tam segniter: ut in cala
mitatis tue fundum cogitatio ipsa non penetret.
¶ Franciſcus. Contra credideram. ¶ Auguſtin⁹.
Non quidem credideras: sed quid credere debue
ras attende. ¶ Franciſc⁹. Nunq; post hoc me cre
diturum scito: si ⁊ hoc falso credidiſſe monstraue-
ris. ¶ Auguſtin⁹. Monstrabo perfacile: modo bo
nafide uerum confiteri in animuz inducas utar in
hac re teste etiam non longinquo. ¶ Franciſcus.
Quo nam queso? ¶ Auguſtinus. Conſciētia tua.
N ¶ Franciſcus. Illa contrarium dicit. ¶ Auguſti-
nus. Ubi confusa preit interrogatio: certū respō-
dentis testimonium esse vix potest. ¶ Franciſcus.
Quid ad rem? ¶ Auguſtinus. Multum sane qđ
ut clare peruideas aduerte: Nemo tam demens
est (niſi sit idem prorſus inſanus) cui non interduz
conditio propie fragilitatis occurrat: qui non ſi in
terrogetur: respondeat se esse mortalem: ⁊ caducū
habitare corpuſculum. Id enim ⁊ membrorum do
lor ⁊ febrium temptamenta testantur: a quib⁹ pror
ſus immunem vitam degere: que nam dei vnq; in
dulgentia prestabit? Adde q ⁊ ex funeribus ami-
corum: que aſſidue preter oculos ueſtros eunt: spe
ctantium animis terror incutitur: quia dum eque-
uum quiſq; comitatur ad ſepulchrum: neceſſe eſt
ipſe etiam ad alieni caſus precipitium cōtremiſcat
⁊ de se incipiat esse ſollicitus: Sicut ubi flagran-
tia vicinorum tecta conſpexeris: de tuis secur⁹ esse
non potes: quoniā ut ait ⁊ Flacc⁹: Ad te post pau
lum uentura pericula cernis. Eo autem uehemen-
tius mouebitur qui iuniorem: qui ualidiorem: fo
moſioremq; videat repentina morte ſubtractum:
ſeſe ante circumſpiciet ⁊ dicet: Securius hic habi
tare videbatur ⁊ tamen eiectus eſt: Nec etas pro
fuit: nec forma: nec robor mihi ſecuritatem qs spo
pondit deus ue: magus ue: mortalis ſuz profecto.
Q; ſi hoc idem imperatoribus regibuſq; terrarū:
ſi egregijs formidatiſq; perſonis euenerit: multo
etiam acrius concutientur aſtantes: quoniam qui
alios ſternere ſolitum norant ſubito inde aut pau-
carum fortaſſis horarum anxietate proſtrantur.
Unde enim niſi ex hoc fonte procedūt: illa que in
mortibus ſummorum hominum ſtupentes faciūt
populi: qualia multa (ut te tātiſper ad hiſtorias re
uocem) in funere Julij Ceſariſ meminiſti? Hoc eſt
illud commune ſpectaculum: quod mortaliuz ocu-
los ⁊ corda perſtringit: fatiq; ſui memoriam inge-
rit aliena cernentibus: Accedit beluarum furor at
q; hominum rabieſq; bellorum: Accedunt ⁊ ma-
gnarum edium ruine: quas bene quidam ait: tute
lam hominum fuiſſe: nunc eſſe periculuz: Accedūt
ſiniſtro ſydere motus aerei ⁊ celi peſtilentis affla
tus: ⁊ tot terre mariſq; diſcrimina: quibus vndiq;
circumſepti: non poteſtis oculos auertere ubi nō
eis occurrat propie mortalitatis effigies. ¶ Frā-
D ciſcus. Indulge queſo: amplius expectare nō poſ-
ſum: nihil enim ad confirmandum rationem meā
dici reor efficacius q; tu multa dixiſti: ego ipſe iter
audiendum mirabar: quid tua uellet oratio aut ibi
deſineret? ¶ Au. Nondū quippe deſierat: tu eam
precidiſti. Hec enim cōcluſio reſtabat: q; q; multa
uolitantia circunſtent: nil tamen ad interiora pene
trare durius: longa conſuetudine pectoribus miſe
rorum uetuſtoq; uelut calle ſalutiferis admonitio
nibus reſiſtente: paucos inuenies ſatis profunde
cogitātes: ſibi eſſe neceſſario moriendum. ¶ Fran
ciſcus. Paucis ergo diffinitio nota eſt: que tamen
omnibus in ſcholis tam crebro repetitur: ut nedū
auditorum aures fatigaſſe: ſed ipſas edificiorum
columnas iam pridez minuiſſe debuerit. Iſta qui-
dem dialecticorum garrulitas nullum finem habi
tura ⁊ diffinitionum huiuſcemodi compēdijs ſca
tet: ⁊ immortalium litigiorum materia: Plerunq;
autem quid ipſum uerum ſit quod loquuntur igno
rant. Itaq; ſi quem ex eo grege de diffinitione nō
tantum hominis ſed rei alterius interroges para
ta reſponſio eſt. Si ultra progrediare ſilentiū fiet
aut ſi aſſiduitas diſſerendi: uerborum copiam au-
daciamq; pepererit: mores tamen loquentis oſtē-
dent: ueram ſibi rei diffinite notitiam non adeſſe:
contra hoc tam faſtidioſe negligens tamq; ſuper-
uacuo curioſum genus hominum iuuat inuehi.
Quid ſemper fruſtra laboratis: ha miſeri: ⁊ inani
bus tendiculis exercetis ingenium? Quid obliti
rerū: inter uerba ſeneſcitis: atq; inter pueriles in-
eptias albicātib⁹ comis ⁊ rugoſa fronte verſami-
ni? Uobis utinam ſolis ueſtra noceret inſania ⁊ nō
nobiliſſima ſepe adoleſcentuz ingenia corrupiſſet.
¶ Auguſtinus. Contra id fateor ſtudiorum mon
ſtrum: nihil ſatis mordaciter dici poteſt: tu tamen
interea dicendi ſtudio euectus quod de diffinitio
ne hominis inceperas omiſiſti. ¶ Franciſc⁹. Abū
de dictum rebar: ſed agam expreſſius: hominē qui
dem eſſe animal: immo vo animalium principem
cunctorum: nemo tam durus paſtor inuenitur ut
neſciat: nemo rurſum puer ſi interrogeē: aut ratio
nale animal aut mortale negauerit. Itaq; omnib⁹
diffinitio nota eſt. ¶ Auguſtinus. Immo vo per
paucis. ¶ Franciſcus. Quid ergo? Si quez vide P
ris adeo ratione pollentem: ut ſecundum eam vitā
ſuam inſtituerit: ut ſibi ſoli ſubiecerit appetituſ: ut
illius freno mot⁹ animi coherceat: ut intelligat ſeſe
per illam tantum a brutorum animantiuz feritate
diſtingui: nec niſi quatenus ratione degit: nomen
hoc ipſum hominis mereri. ¶ Auguſtinus. Adeo
primo mortalitatis ſue conſcium: ut eam quotidie
ante oculos habeat: per eam ſeipſum temperet: ⁊
hec peritura deſpiciens ad illam vitaz ſuſpiret ubi
ratione ſuperauctus deſinet eſse mortalis: hanc tā
dem ueram de diffinitione hominis atq; utilē ſen
tentiam habere dicito: Huius ultimi: quoniaz de
eo nobis ſermo erat: dicebam paucos cognitionez
aut meditationem idoneaz ſortitos. ¶ Franciſc⁹.
Ego me hactenus ex paucis rebar. ¶ Auguſtin⁹.
Et ego quidem non ambigo tibi taz multa per om
nem vitā experientia magra: tā multa ex libroꝝ le
ctione repetēti: crebras cogitatiōes mortis occur
rere: iz que nec ſatis alte deſcēdāt nec ſatis tenaci
ter hereāt. ¶ Frā. Quid uocas alte deſcēdē? ⁊ ſi
met itelligē mihi videar: cupio ex te clari⁹ audire.
¶ Au. Dicaz: q; uis iaz vulgo pſuaſuz ſit: atq; ēt e Q

tem a sensibus ⁊ cogitationē a consuetudine:hec ille. Ego autem hoc uelut fundamentum nactus: desuper illud quot tibi placuisse dicis opus extruxi. ¶ Fran. Teneo locū: In Tusculano est: Te autem hic Ciceronis dicto ⁊ illic ⁊ alibi in operibus tuis delectari solitum animaduerti: Nec immerito:est enim ex eorum genere quibus cum ueritate permixtus lepos ac maiestas inest: Tuo tandez iam ut videtur ad propositum redi. ¶ Augu. Hec tibi pestis nocuit:hec te nisi prouideris:perditum ire festinat. Siquidem phantasmatibus suis obrutus multisq; ⁊ uarijs ac secum sine pace pugnātibus curis animus fragilis oppressus:cui p̄mum occurrat q̄ nutriat:q̄ perimat:q̄ repellat examinare non potest:vigorq; eius omnis ac tēpus:parca quod tribuit manus ad tam multa non sufficit. Quod igitur euenire solet in angusto multa serentibus:ut impediant se fata concursu: Idem tibi cōtingit:ut in animo nimis occupato:nihil utile radices agant nihilq; fructiferū coalescat: Tuq; inops consilij: modo huc:modo illuc mira fluctuatione uoluaris: nusq̄ integer: nusq̄ totus. Hinc est ut quotiens ad hanc cogitationez mortis aliasq; per quas iri posset ad vitam:generosus:si sinatur:animus accessit:inq; altum naturali descendit acumine stare ibi non ualens: turba curarum uariarum pellente resileat:Ex quo fit:ut tam salutare propositum nimia mobilitate fatiscat:oriturq; illa intestina discordia:de qua multa iam diximus: illaq; anime sibi irascentis anxietas:dum horret sordes suas ipa nec diluit:vias tortuosas agnoscit nec deserit:impendensq; periculuz metuit nec declinat. ¶ Fran. Heu mihi misero: nunc profunde manū in vulnus adegisti. Illic dolor meus habitat:istic mortem metuo. ¶ Augu. Bene habes:tempor abscessit. Sed quoniam iam satis hodiernum colloquium absq; intermissione protulimus: Reliquis si placet in diem proximum dilatis:nunc aliquantisper in silētio respiremus. ¶ Fran. Peropportuna quidem languori meo quies ⁊ silentium.

¶ Francisci Petrarche poete Oratoriscq; Clarissimi: Libri quem secretum suuz inscripsit: de contemptu mundi disputātis: Colloquiuz Secundi diei: Incipit.

¶ Augustinus.

A Tis ne feriati sumus? ¶ Frā. Ut libet quidē. ¶ Aug. Quid tibi nūc animi est:quantum ue fiducie? Prefuit enim nō leue salutis indiciū spes lāguētis. ¶ Frā. Quid de me sperem non habeo:spes mea deus est. ¶ Aug. Sapienter nūc ad rem redeo: multa te obsident:multa circumstrepūt: Tuq; ipse quot ad huc aut q̄ ualidis hostibus circūsideris ignoras. Quod igitur euenire solet condensam procul aciē cernenti:ut contemptus paucitatis hostiuz fallat: quo vo propius accesserit:quoq; districtius subiecte oculis cohortes affluxerint:prestringente oculos fulgore:metus crescat: ⁊ minus debito timuisse peniteat. Idem tibi eueniturū reor:ubi ante oculos tuos hinc atq; illinc prementia teq; circumfallantia mala coniecero: pudebit te minus doluisse minus ue metuisse q̄ decuit:partiusq; miraberis animum tam multis obsessum:per medios hostium cuneos erumpere nequiuisse. Uidebis profecto: Cogitatio illa salubris ad quam te nitor attollere:quot aduersantibus cogitationibus victa sit. ¶ Frau. Perhor:resco grauiter:quoniam si periculum meum magnum semper agnoui:tuq; illud tātum super estimationez meam esse ais:ut respectu eiꝰ qđ timere debui nihil pene timuerim:qd iam spei reliquum est? ¶ Augu. Ultimum malor omnium desperatio est:ad quam nemo vnq̄ nisi ante tempus accessit: Ideoq; hoc in p̄mis scias uelim: nihil esse desperandum. ¶ Frā. Sciebam:sed memoriam terror abstulerat. ¶ Augu. Nunc ad me oculos animumq; conuerte: ⁊ ut familiarissimi tibi uatis uerbo utar: Aspice qui coeant populi quemenia clausis Ferrum acuant portis:in te excidiumq; tuorum. Uide quos tibi mundus laqueos tendit:quot inanes species circumuolant:quot superuacue premunt cure. Primum quidem ut inde initium faciam:vnde ab initio creaturaruz omniū illi nobilissimi spiritus corruerunt: tibiq; ne post illos corruas:summopere prouidendum est. Q̄ multa sunt que animum tuum funestis alis extollunt: ⁊ sub insite nobilitatis obtentu:totiēs ex parte fragilitatis immemorem fatigant:occupant:circumuoluunt:aliud cogitare non sinunt:superbientem fidentemq; suis viribus ⁊ usq; ad creatoris odium: placentem sibi:q̄q̄ grandia equalia tibi fingis esse:non in superbiam tamen:sed in humilitatem inducere debuissent memorantez:nullis tuis meritis illa tibi singularia cōtigisse. Quid enim dicam eterno:sed temporali domino obsequentiores fecerit subiectorum animos: q̄ in illo spectata liberalitas:nullis suorum meritis excitata? Student enim benefactis subsequi:quaz preuenire debuerant. Nunc vo facillime licebit q̄ pusilla sunt quibus superbis intelligere. Fidis ingenio: ⁊ librorum lectione multorum gloriaris eloquio: ⁊ forma morituri corporis delectaris. Enimuero sentis igeniū in q̄ multis te sepe destituat. Quot sunt artium spēs in quibus vilissimor acumē hominum equare non poteris? Minus dixi:animalia ignobilia ⁊ pusilla reperies:quorū opera nullo studio queas imitari. I nunc ⁊ ingenio gloriare. Lectio autē ista quid profuit? Ex multis enim que legisti:q̄tum est quod inheserit animo? quod radices egerit:quod fructum proferat tempestiuum? Excute pectus tuum acriter:inuenies cuncta que nosti:si ad ignorata referantur:eam pportionē obtinē:quā collatus oceano riuulus estiuis siccādus ardoribus. Q̄ q̄ uel multa nosse qd releuat? Si cum celi terreq; ambitum:si cum maris spatium ⁊ astrorum cursus herbarumq; virtutes ac lapidum ⁊ nature secreta didiceritis:uobis estis incogniti:si cum rectam virtutis ardue semitam scripturis ducibus agnoueritis:obliquo calle transuersos agit furor:si cum omnis eui claroruz hominū gesta memineritis:quid uos quotidie agi

nis oblitus es? ¶ Aug. Luius? ¶ Frā. Quid est quod me retinet? Dic enim quesieram: cur mihi vni cogitatio mortis intensa nō profuit quā miris
U modis fructuosam dicis? ¶ Augu. Primus quippe: quia de longinquo forsitan illa consideras: que tamen propter breuissime vite cursum: tum ꝓpter incertos ⁊ varios casus: longinqua esse non possunt. Omnes enim ferme in hoc fallimur: ut ait Licero: ꝙ mortem prospicimus: quem textum correctores quidam: at uerius coruptores: immutare voluerunt: negationes uerbo preponentes: ⁊ mortem non prospicimus: dicendus esse firmātes. Ceterum qui mortē omnino non aspiciat: sani capitis nullus inuenitur: re autem uera prospicere procul aspicere est: quod vnū super cogitanda morte multos illusit: dū illā viuēdi methā sibi quisq; propo suit: ad quam si peruenire possit per naturas: tamē paucissimi peruenerunt. Fere enim nullus moritur cui non conueniat poeticum illud: Caniciemq; sibi ⁊ longos promiserat annos. Hoc nocere tibi potuit: Nam ⁊ etas ⁊ complexionis vigor ⁊ vite modestioris obseruantia: hanc tibi spem fortasse prebuerunt. ¶ Franciscus. Noli queso de me talia suspicari: auertat deus hāc insaniam: me ne huic confidere monstro: quod apud Virgilius famosissimus ille magister maris ait: Et ego in mari magno seuoq; ac turbido iactatus: tremulam cymbā fatiscentemq; ⁊ rimosam: uentis obluctantibus: per tumidos flatus ago: hanc diu durare non posse: certe scio: Nullam spem salutis superesse mihi video: nisi miserator omnipotens prebeat: ut gubernaculum summa vi flectens anteq; peream: littus apprehendam qui in pelago vixerim: moriturus in portu. Huic opinioni debear: ꝙ opum magneq; potentie desiderio: quo multos non modo coetaneos meos: sed longeuos homines: ⁊ communem viuendi modum supergressos exestuare vidimus: nunq; arsisse me recolo. Quis enim furor est: omnem etatem in laboribus ⁊ in pauperta te traducere: ut inter tot curis coaceruandas diuitias statim moriar? Sic itaq; de his formidolosis rebus cogito non ut longe distantibus sed mox af futuris iamiamq; presentibus. Necdum de memoria mea excessit uersiculus quidam: quem adhuc admodum iuuenis: inter multa que ad amicū scripsi: hec in fine subiungens: Loquimur dum talia: forsan Innumeris ꝓperata vijs: in limine mors est. Quid si tunc dicere potui: quid modo dicam ⁊ experimento rerum ⁊ etate prouectior? Quicquid video: quicquid audio: quicquid sentio: quicquid cogito ad hoc vnum refero: ꝙ si in hac cogitatione nō fallor: ad hec questio illa superest: quid
X ergo me retinet? ¶ Augustin⁹. Humiles deo gratias age qui te tam salubribus habenis frenare: sti mulisq; tam pungentib⁹ sollicitare dignatur. Uix eniz possibile fuit: ut quez cogitatio mortis habet tam quotidiana tam presens: hūc mors eterna cō tingat. Sed quoniaz deesse aliquid tibi sentis: nec immerito: quid illud sit aperire temptabo: ut eo (si deus fauerit) amoto: in cogitationes tuas tot⁹ assurgens: quo adhuc premeris uetustum seruitutis iugum possis excutere. ¶ Franciscus. Utinaz id tibi contingat efficere: ⁊ ego tanti muneris capax inueniar. ¶ Augustinus. Inuenire si uoles: neq; enim res impossibilis est: Sed in actibus humanis duo uersantur: quorum si deest alterum: prepedire constat effectuz: uoluntas igitur presto sit: eaq; tam uehemens ut merito desiderij uocabulum sortiatur. ¶ Franciscus. Ita fiet. ¶ Augustinus. Scis quid cogitationi tui officiat? ¶ Franciscus Hoc est quod peto: hoc est quod tāto tempore desidero. ¶ Augustinus. Audi ergo: animam quidē tuam sic celitus bene institutam esse: non negauerim: sic ex contagione corporis huius: ubi circumsepta est multum a primeua nobilitate sua degenerasse non dubites. Nec degenerasse dumtaxat: sed longo iam tractu temporis obtorpuisse: factam uelut proprie originis ac superni conditoris immemorez. Nempe passiones ex corporea commixtione suboztas: obliuionemq; nature nobilioris diuinitus videtur attigisse Virgilius ubi ait: Igneus est illis vigor ⁊ celestis origo Seminibus quantum non noxia corpora tardant: Terreniq; hebetant artus moribundaq; membra. Hinc metuūt cupiuntq; dolent gaudentq; nec auras Respiciūt clause tenebris ⁊ carcere ceco. Discernis ne in uerbis poeticis quadriceps illud monstrū nature hominū tam aduersum? ¶ Franciscus. Discerno clarissime quadripartitam animi passionem: que primum quidem ex presentis futuriq; temporis respectu in duas scinditur partes: rursus quelibet in duas alias: ex boni maliq; opinione subdistinguitur. Ita quatuor uelut flatibus aduersis: humanarum mentium tranquillitas perit. ¶ Augustinus. Rite discernis atq; uerificatum est in nobis illud Apostolicuz: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Conglobantur siquidē species innumere ⁊ imagines rerum visibiliū: que corporeis introgresse sensibus: postq; singulariter admisse sunt: cateruatim in anime penetrabilibus densantur: eamq; nec ad ingenitam: nec tam multorum diformium capacem pregrauant atq; confundunt. Hinc pestis illa phantasmatum uestros discerpens laceransq; cogitatus: meditationibus clarificis quibus ad vnum solum summumq; limen ascenditur iter obstruens uarietate mortifera. ¶ Franciscus. Huius quidem pestis sepe al's cum in libro de uera religione (cui nihil cōstat esse repugnātius) preclarissime meministi: In quē librum nuper incidi: a philosophorum ⁊ poetarū lectione digrediens: Itaq; cupidissime perlegi: haud aliter q; qui videndi studio peregrinatur a pria: ubi ignotum famose cuiuspiā urbis limē ingredi: noua captus dulcedine locoruz: passimq; subsistēs: obuia queq; circūspicit. ¶ Augu. Atqui (licet aliter sonātibus vbis: sicut catholice vitatis preceptorem decuit) repies libri illius magna ex parte philosophicā p̄cipueq; Platonicam ac Socraticam fuisse doctrinā. Et ne qd tibi subtraham: scito me ut opus illō iciperē: vnū maxime. Licero nis tui vbum induxisse: Affuit deus incepto: ut ex paucis seminibus messis optima ꝓsurgeret: Sed ad ꝓpositum reuertamur. ¶ Frā. Ut libet pī optime: Ante tū vnum oro: ne mihi abscondas uerbū id quod tam preclaro operi: ut ais: prebuit materiam. ¶ Augustinus. Licero siquidem in quodam loco: iam tunc errores temporum perosus sic ait: Nihil animo videre poterant: ad oculos omnia referebāt: Magni autem est ingenij reuocare men-

Deus meliora. Fuit hec puero fateor cura pectendi capitis: vultus ornandi: uerum hoc cum primis annis simul euanuit: reqꝫ ipsa nunc experior illud Domitiani principis: qui in epistola ad amicam de seipso scribens querensqꝫ corporee pulchritudinis prerapidam fugam: Scias inquit nil gratius decore: nil breuius. ¶ Augu. Copiose possem aduersus ista disserere: malo tamen tibi conscientia tua qꝫ sermo meus incutiat pudorem: non agam pertinaciter neqꝫ tormentis uerbum extorquebo: quod generosi solent ultores: simplici negociatione contentus precabor ut posse ac omni studio declines: quod hactenus te non admisisse cõtendis. Si quando autez vultus tui species temptare animum forte ceperit: occurrat qualia mox eadem futura sint membra que nunc placent: qꝫ feda: qꝫ tristia: qꝫ tibiipsi si reuidere posses horrenda: tecum qꝫ hoc inter philosophicũ illud frequenter ingemina: Ad maiora sum genitus qꝫ ut sim mancipium corporis mei. Profecto eniz summa insania est hominum sese negligentium: corpori autem ꝛ in quibus habitant membra gementium. Siquis in carcerem tenebrosum atqꝫ humentem olentemqꝫ pestifere ad breue tempus intrusus sit: nonne si non desipiat: intactum se quantum possibile fuerit ab omni parietum ꝛ soli contagione seruabit: ꝛ iam iam egressurus: intentis auribus liberatoris sui expectabit aduentum? Qꝫ si his curis abiectis: cenoqꝫ ꝛ horrore carceris delibutus exire metuat: ac pingendis ornandisqꝫ circa se menibus omnez curam studiosus impendat: loci stillantis naturã frustra superare meditans: nunqnid non merito insanus videatur ꝛ miser? Nempe uos carcerem uestrum ꝛ nostis ꝛ amatis: Ha miseri ꝛ mox uel educendi certe uel extrahendi heretis: in eo exornando solliciti quem odisse decuerat: Sicut tu ipse in Africa tua Scipionis illius magni patrem loquẽtem induxisti: Odimus laqueos ꝛ vincula nota timemus: Libertatis onus quod nunc sumus illud amamus. Preclare quidem modo quod alios dicere facis: ipse tibi diceres. Unum uerbum quod ex omni sermone tuo tibi fortassis humillimũ: mihi autem arrogantissimuz videtur: dissimulare nõ ualeo. ¶ Fran. Doleo si superbe aliquid dixi: at si factorum dictorum ue moderator est animus: nihil me arroganter dixisse ipse mihi testiꝭ est. ¶ Augu. Multo quidem importunius superbie genus est alios deprimere: qꝫ seipsuz debito magis attollere: longeqꝫ maluissem: ceteros magnificares: te quoqꝫ ceteris anteferres: qꝫ calcatis omnibus ex alieno contemptu superbissime tibi clypeuz humilitatis assumeres. ¶ Fran. Ut uoles accipe: ego nec mihi nec alijs multum tribuo: piget referre qd de maiore parte hominum sentiam expert⁹. ¶ Augu. Seipsum spernere tutissimum est: alios ꝟo periculosissimum atqꝫ uanissimum. Sed progrediamur ad reliqua: Scis qd te aliud auertit? ¶ Frã. Quicquid libuerit dicito: modo ne accuses inuidie. ¶ Augu. Utinam non tibi magis superbia qꝫ inuidia nocuisset: hoc enim crimine: me iudice: liber es: sed alia quedam dicturus suz. ¶ Frã. Nulla me deinceps accusatione turbaueris: dic ingenue: quid est quod me transuersum agat? ¶ Aug. Rerum temporalium appetitus. ¶ Fran. Apage obsecro: nihil vnqꝫ absurdius audiui. ¶ Aug. Repente turbatus ꝛ proprie promissionis oblitus es: Jam inuidie mentio nulla est. ¶ Fran. Ast auaritie: a quo crimine nescio an remotior quisqꝫ sit. ¶ Augu. Multum te iustificas: sed mihi crede: nõ es ab hac peste: ut tibi videris alienus. ¶ Fran. Ego ne ab auaritie labe immunis sum? ¶ Augu. Ne ab ambitione quidem. ¶ Frã. Age iam urge: ingemina: accusatoris officiuz imple: quid iam noui vulneris infligere uelis expecto? ¶ Augu. Pro prie quidem ueritatis testimonium accusationem ꝛ vulnus appellasti: uerum est enim illud Satyricum: Accusator erit qui uerum dixerit. Nec minꝰ ꝛ Comicũ id: Obsequium amicos: ueritas odium parit. Sed dic oro quorsuz he sollicitudines ꝛ edẽtes animum cure? quid necesse erat in tam breuibus vite spatijs tam longas spes ordiri? Uite summa breuis spem nos uetat inchoare longam: Legis semper ista sed negligis. Respondebis: ut arbitror: amicorum te charitate compelli: ꝛ pulchrũ errori nomen inuenies. Atqui demẽtia quanta est ut alteri sis amicus: tibiipsi bellum ꝛ inimicitias indicere? ¶ Fran. ¶ Non sum tam illiberalis ꝛ inhumanus ut non me contingat amicorum cura: eorum presertim quos virtus mihi uel merituz cõciliat: Sũt eni quos suspiciã: quos ueneror: quos amem: quosue miserear amicos. Ex aduerso autez nec adeo liberalis sum ut propter amicos me perditum eam. At quoad vixerim: pro victu quotidiano preparare aliquid mens optat: atqꝫ hoc in studio (ut quoniam Horatij iaculis me petis: horatianus clypeus me tegat) Sit bona librorum ꝛ prouise frugis in annum Copia: neu fluitem dubie spe pendulus hore. Et quia propositum est mihi: ut ait idem: nec turpem senectam degere: nec cithara carentem. Et quia multum uereor vite prolixioris insidias: lõge in utrunqꝫ mihi ipse prouideo: ꝛ musarum studijs: reifamiliaris curas interfero: uerũ id ago tam segniter: ut euidenter appareat me coactum ad ista descendere. ¶ Augu. Intelligo qꝫ alte in cor tuum ista penetrarint: quibus excusatio quereretur amentie. Cur autem non eque Satyricũ illud precordijs inhesit: Sed quo diuitias hic per tormenta coactas: Cum furor haud dubius: cum sit manifesta phrenesis: Ut locuples moriaris egẽti viuere fato? Credo quia preclarius estimas purpureis stratis obsitum mori: sepulchro iacere marmoreo: linquere successoribus de opulenta hereditate certamen: illaqꝫ ideo quibus ista parantur diuitias concupiscis: Superuacuus labor: ꝛ si mihi credis: insanus. Jam si ad communẽ hominum respicis naturam: nosti eam paucis esse cõtentam: Sin ad propriam cogitando reflecteris: vix natus est cui pauciora sufficerent: nisi publicꝰ error obstreperet. Ad populares mores: uel ad ipsius forte qui loquebatur animum respexit poeta dum diceret: Uictum infelicem tellus lapidosaqꝫ corna Dant rami: ꝛ vulsis pascunt radicibus herbe. Tibi cõtra fatearis oportet: nihil tali victu dulcius nihilqꝫ suauius: si tuis ꝛ non insanientis vulgi legibus viuas. Quid ergo te crucias si ad naturam tuam te meteris? Jam pridez diues eras: sed ad populi plausum diues esse nunqꝫ poteris: semper aliquid restabit: quod sequens per cupiditatũ abrupta rapiaris. Meminisli quanta cuz uoluptate reposito quõdã rure uagabaris: ꝛ nũc herbosis

tis:non curatis? De eloquio quid dicam:nisi q̄ tu ipse fateberis: sepe te quidem eius fiducia fuisse delusum? Quid autē attinet:audientes forsan approbasse que diceres: si te iudice damnabantur? Q̄uis enim audientium plausus non spernendus eloquentie fructus esse videatur: si tamen ipsius oratoris plausus interior desit: quantulum uoluptatis prestare potest strepit⁹ ille vulgaris? Quomodo autem alios loquendo mulcebis:nisi te primum ipse permulseris? Idcirco sane nōnunq̄ sperata eloquētie gloria frustratus es:ut facili cognosceres argumento:q̄ uentosa ineptia superbires. Quid enim queso puerilius:immo vo quid insanius:q̄ in tanta rerum omnium incuria tantaq̄ segnitie uerborum studio tempus impendere: & lippis oculis nunq̄ sua probra cernentem:tantaz uoluptatem ex sermone percipere: quarundam auicularum philomenarum in morem:quas aiunt usq̄ in pernitiem proprij cantus dulcedine delectari? Et hoc quidem tibi sepe contingit in rebus quotidianis & vulgaribus:quo magis erubescerē:q̄s tu inferiores arbitrabaris eloquio:eas te uerbis equare nequiuisse. Q̄ multa sunt autem in rerum natura:quib⁹ nominādis proprie uoces desūt? Q̄ multa p̄terea que quanq̄ suis uocabulis discernātur:tamen ad eorum dignitatem uerbis amplectēdam:ante ullam experientiam sentis eloquentiam non peruenire mortaliuz? Quotiens ergo te querentem audiui:quotiens tacitum indignantemq̄ p̄speri:q̄ que clarissima cognituq̄ facillima eēnt: animo cogitanti:ea nec lingua nec calamus sufficienter exprimeret? Que est igitur ista eloquentia tam angusta:tam fragilis:que nec cuncta complectitur: & que si fuerit complexa non stringit? Greci uobis:uos vicissim grecis uerborum penuriam soletis obijcere. Seneca quidez illos uerbis ditiores estimat: At Marcus Tullius in primo:dio operis quod de bonorum & malorum finibus edidit:Ego inquit mirari non queo:vnde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium: non est omnino hic dicendi locus:sed ita sentio & sepe diserui:latinam linguam non modo inopem:ut vulgo putarent:sed locupletiorez etiam esse q̄ grecā. Et idem cum sepe alias:tum in Tusculano suo:disputās exclamauit:O uerboz inops quibus abūdare te semper putas grecia. Dixit hec vir ille fidētissime:ut qui se latine eloquentie principez sciret: audiretq̄ de huius rei gloria iam tunc belluz grecie mouere:iuxta id quod ab eodem Seneca:greci sermonis minatorie in declamationibus scriptū est: Quicquid inquit habet Romana facundia: quod insolenti grecie aut opponat aut preferat:circa Ciceronem effloruit magna laus: sed sine ulla dubitatiōe uerissima. Est ergo ut vides de eloquētie principatu:non tm̄ inter uos & grecos:sed iter nostrorum etiam doctissimos magna contentio: Inq̄ his castris est qui illis faueat:sicut in illis forsitan qui nobis:quod de Plutarcho illustri philosopho quidam referunt. Deniq̄ Seneca noster & si Ciceroni deferat ut dixi:coactus maiestate tam predulcis eloquij: In reliquis tamen grecie palmam defert:Ciceroni contrarium videtur. Si vo meum his de rebus iudicium expectas: utrunq̄ ueridicum pronuncio: & qui Greciam & qui Italiam uerborum dixit inopem. Q̄ si de his duabus tam famosis regionibus recte dicit:quid possunt sperare alie? Q̄ tuz tibi preterea in hac re fidendū viribus tuis sit:ubi toti ꝓuincie:cuius perexigua portiuncula es: hanc sermonis vides esse penuriam:tecum ipse considera:pudebit tantum temporis consumpsisse in eam rem: quam & assequi impossibile: & assecutum esse uanissimum sit. Ut vo iam hinc ad alia pertractanda transgrediar: Corporis huius bonis extolleris? nec que te circumstent deinde pericula cernis? Quid autez tuo tibi placet in corpore:robur ne an ualitudo ꝓsperior? At nihil imbecillius: fatigatio ex leuibus causis obrepens: & insultus morborum uarij: & uermiculorum morsus seu leuissimus afflatus:atq̄ huius generis multa confirmant. An forme forsan fulgore deciperis: & proprij vultus colorez seu liniamēta conspiciēs:habes cui inhies:quod mireris: qō mulceat:quod delectet? Neq̄ te Narcissi terruit fabula:nec quid esses introrsus vilis consideratio coporee feditatis admonuit:exterioris cutis cōtēctus aspectu:oculosq̄ mentis ultra nō porrigis. Atqui huius quoq̄ caducum fore precipitemq̄ flosculum: & si alia que innumerabilia sunt argumenta cessarent:ipse tibi etatis inquietus cursus: per singulos aliquid decerpens dies:luce clarius ostendere debuisset: Et si forte:quod dicere nō audebis:aduersus etatem & morbos:ceteraq̄ formā corporis alterantia:tibiipse videreris indomitus: at illius saltem cuncta subruentis extremi non decuit obliuisci: firumq̄ alta sub mente geri debuit illud Satyricū: Mors sola fatetur q̄tula sint hominum corpuscula: Hec ni fallor sunt que te superbis flatibus elatum:humilitatem conditionis tue considerare prohibent mortisq̄ reminisci. Sunt & alia que iam hinc exequi fert animꝰ. ¶ Frā. Sub fiste paululum queso:ne tanta mole rerum obrutus:nequeam responsurus surgere. ¶ Augu. Dic age:subsistā libens. ¶ Fran. In admirationez me non modicam coegisti: multa mihi obijciens que nunq̄ in animum meum descendisse sum conscius Me ne confisum ais ingenio? At profecto nullum ingenioli mei signum est:nisi hoc vnum:nullaz me in eo posuisse fiduciam:ego ne liborum ex electione superbior fiam:que mihi sicut scientie modicuz inuerit:sic curarum materiam multarum. An lingue gloriam sectatus dicor:qui ut tu ipse memorasti:nihil magis indigner:q̄ conceptibus illam meis non posse sufficere:nisi temptandi ꝓpositum tibi sit:scis me paruitatis mee mihi conscium semper fuisse: & si quid forte mihi visus sum:potuit hoc interdum aliene ruditatis consideratione cōtingere. Eo enim (quod sepe dicere soleo) peruentū est:ut iuxta vulgatum Ciceronis dictū potius aliorum imbecillitate q̄ nostra virtute ualeamꝰ. Quid aūt & si abunde cōtigissent ista que narras? Quid mihi tam magnificum contulissent:ut hinc superbiendum foret? Non sum tam meiipsius imemor:neq̄ tam leuis:ut his meam aurem agitandā p̄beā. Quātulū enim uel ingeniū uel scientia uel eloquētia profuerit:nullū lacerantibus aiuz morbis affe rens remediū? quā rem in epistola quadam me diligentius questum fuisse commemini. Jam qō de coporeis bonis quasi serio dixisti:pene in risuz excitauit: Me ne in hoc mortali & caduco corpusculo spez posuisse:quotidianas eiꝰ ruinas sentientē?

menta corporis ceteris animantibus in aperto posita: multo labore conquirenda sunt: quem somnus inflat: cibus distendit: potus precipitat: vigilie extenuant: fames contrahit: sitis arefacit: auidum timidumq; fastidientem: possessa perdita deplorantem: & presentibus simul & preteritis & futuris anxium: superbientem inter miserias suas: & fragilitatis sibi conscium: vilissimis uermibus imparem: vite breuis: etatis ambigue: fati ieuitabilis ac mille generibus mortis expositum. ¶ Fran. Coacernasti miserias infinitas & egestates: ut pene iã me hominem natum peniteat. ¶ Augu. In hac tanta hominum imbecillitate tantaq; penuria: tu tibi copiam auspicaris ac potentiam: que nullis Cesaribus nullisq; vnq̃ regibus perfecta contigerit.

¶ Fran. Quis nam his uocabulis usus est? quis seu copiam seu potentiam nominauit? ¶ Aug. At que maior copia q̃ non egere? que maior potentia q̃ non subesse? Profecto enim reges dominiq; terrarum quos opulentissimos reor: innumerabilib⁹ rebus egent. Ipsi quoq; duces exercituum quib⁹ preesse videntur: subsunt: & ab armatis legionib⁹ obsessi: per quas metuuntur: vicissim metuãt oportet. Desine iam impossibilia sperare: & humana sorte contentus abundare & egere: preesse & subesse condiscas: non his moribus degens: fortune iugũ quo colla regum premuntur excutias: quod tamẽ demum excidisse tibi noueris: cum calcatis passionibus humanis: totus sub virtutis imperium accesseris: liber illic futurus: nulla egens re: nulli subiectus hominum: deniq; rex & uere potens absoluteq; felix. ¶ Frã. Jam piget incepti cupioq; nihil cupere: sed consuetudine rapior peruersa: sentioq; inexpletum quoddam in precordijs meis semper.

¶ Augu. Hoc est ut ad propositum spectet oratio: hoc est quod te a cognitione mortis auertit: dum terrenis sollicitudinibus implicitus: oculos ad altiora non erigis: quas quidem uelut pestiferas animorum sarcinas: si quid mihi credis abijcies: nec abiecisse labor magnus fuerit: dummodo te ad naturam tuam composueris: eiq; potius q̃ vulgi furijs te uehendum regendumq; cõmiseris. ¶ Frã. Fiet id quidem me uolẽte: sed quod de ambitione loqui ceperas: iam pridem audire desidero. ¶ Augu. Quid a me expetis quod tibiipse prestare potes? Pectus tuum examina: reperies inter pestes ceteras non minimum ambitionũ locum. ¶ Frã. Nihil ergo mihi profuit urbes fugisse: dum licuit populosq; & actus publicos despexisse: siluarum recessus & silentia rura secutum: odium uentosis honoribus indixisse: adhuc ambitionis insimulor.

¶ Augu. Multa linquitis mortales: non quia contemnitis sed quia desperatis posse consequi: excitant enim se alternis stimulis: spes & desiderium: usq; adeo: ut altero frigescente: tepescat alterum & recalente referueat. ¶ Fran. Quid oro me sperare prohibeat: adeo ne cuncte bone artes deerant? ¶ Aug. De bonis artibus sileo: at ille deerant profecto: quibus hodie pſertim ad altos gradus ascẽditur: ambiendi scilicet magnorum limina blandiendi: fallendi: promittendi: mentiendi: simulandi: dissimulandiq; grauia & indigna quelibet patiendi: harum & similium egenus artium: nec naturaz vinci posse ratus: ad alia studia transiuisti: caute quidem & prudenter: quid est enim aliud: ut ait Cicero: gigantium more pugnare cum dijs: nisi naturae repugnare? ¶ Fran. Ualeant magni honores: si his artibus acquiruntur. ¶ Augu. Bene ais: nõ tamen prorsus in auribus meis tuam innocentiaz comprobasti: neq; enim honores te non optasse cõcludis: tametsi querendi molestiam perhorrescas: sicut nec Romam vidisse contempsit quisquis viarum labore perterritus: pedem retulit ab incepto: adde q̃ nec pedem retulisti: ut tibiipse persuades mihiq; persuadere niteris: neu te: ut aiunt: digito contexeris: quicquid cogitas: quicquid agis ante oculos meos est: & q̃ fuga urbium siluarumq; cupidine gloriaris: non excusationem sed culpe imitationem arguit. Multis nanq; vijs ad vnum terminum peruenitur: & tu mihi crede: iz calcatã vulgo deseruieris viam: tamen ad eandem quam spreuisse te dicis ambitionem: obliquo calle contẽdis: ad quaz ocium: solitudo: incuriositas tantarum rerum humanarũ: atq; ista tua te perducunt studia: quorum usq; nunc finis est gloria. ¶ Fran. Ad angulum urges me: vnde possem licet subterfugere: quia tamen tempus breue est: & in multa dispartiẽdum: si libet progrediamur ad reliqua. ¶ Augu. Sequere igitur ad precedentem: gule nulla sit mẽtio: cuius studio nullatenus teneris: nisi uoluptati fauens nonnunq̃ amicorum blandior conuictus obreperet: Ueruntamen nihil hinc metuo: quotiens enim urbibus ereptum: rus suum recuperauit incolam: omnes repente diffugiunt insidie talium uoluptatum: quibus amotis: ita te viuentem fatear animaduerti: ut & proprios & communes amicos supergressa sobrietate ac modestia delectarer. Jraz quoq; preterueho: qua & si sepe iusto magis exardeas: cõfestim tamen nature bonitate mitigabilis compescere motus animi soles: memor horatiani consilij: Jra furor breuis est: animum rege: qui nisi paret Jmperat: hunc vinculis: hũc tu compesce catena. ¶ Fran. Aliquantulum mihi: fateor: & poeticus hoc: & plurima huius generis philosophorum consilia profuerunt: atq; in primis eui breuis recordatio. Que enim rabies est: pauculos dies quos inter homines agimus in hominum odium pernitiemq; consumere? Aderit ecce dies ultima: que has flammas in pectoribus humanis extinguat: & finem positura odijs & si inimico nihil morte grauius optamus: iniquissimi uoti compotes factura: Jtaq; quid se: quid alios precipitare iuuat? quid opportunas partes breuissimi temporis amittere? & uel presentibus honestis gaudijs uel future vite consilijs deputatos dies: vix sufferturos ad singula summa: licet cum parsimonia dispensatis auferre necessarijs ac pprijs usibus: inq; alienam pariter & nostrã tristitiam mortẽq; cõuertere: Uerum hec mihi meditatio eousq; profuit: ut impulsus non totus ruerẽ: & si corruissem mox erurgerem: ne ullis aũt iracũdie flatib⁹ agitarer: nullũ mihi hactenus studiũ pstare quiuit. ¶ Aug. At quia nullum ex huius te flatibus aut tibi aut alteri uereor naufragium: facile patiar: ut si Stoicorum promissa non attingis: qui morbos animoruz radicitus se vulsuros spondent: sis in hac re Peripateticorum mitigatione contentus: his igitur in presens omissis: ad periculosiora & tibi multo diligentius prouidenda festino. ¶ Fran. Deus bone: quid adhuc periculosius restat? ¶ Augu. Quãtis

pratorum choris accubans: murmur aque luctantis hauriebas: nunc apertis collibus residens subiectam planitiem libero metiebaris intuitu: nunc in aprice uallis umbraculo dulci sopore correptus optato silentio fruebaris: nunq̃ ociosus mente aliquid altum semper agitans: & solis musis comitatibus nusq̃ solus: deniq̃ Virgiliani senis exẽplo: Qui regum equabat opes animo seraq̃ reuertes Nocte domum: dapibus mensas onerabat' inemptis: sub occasum solis angustam domuz repetes: & tuis contentus bonis: nunquid non tibi omniuz mortalium longe ditissimus & plane felicissim⁹ videbaris? ¶ Fran. Heu mihi nunc credo atq̃ illius temporis commemoratione suspiro. ¶ Augu. Quid suspiras: aut quis tibi demẽs tẽpoꝛ malo-
ꝝ pbuit materiaz? Nempe animus ipse tuus quem puduit tam diu nature sue legibus parere: quiq̃ frenuz non fregisse credidit seruitutis: is modo te raptat violentus: & nisi habenas contrabas precipitaturus ad mortem: ex quo primuz cepisti ramorum tuorum baccas fastidire: amictusq̃ simplicior: & agrestium hominum sorduit conuictus: In medios urbium tumultus urgente cupiditate relapsus es: ubi q̃ late quanq̃ tranquille degas: frõtis tue habitus & uerba testantur. Quid enim ibi miseriarum non vidisti: pertinacissimus aduersus infeliciter experta: & adhuc hesitas? Peccatorum forsan illigatus nexibus: ac patientie deo: ut ubi sub aliena ferula pueritiam exegisti: ibidem tui iuris effectus miserabilem conteras senectutẽ? Certe ego presens aderam: cum adhuc adolescentuluz te nulla cupiditas: nulla prorsus tãgebat ambitio: cum cuiusdam magni futuri viri specimen prefere bas: Nunc mutatis moribus: infelix: quo magis ad terminum appropinquas: eo viatici reliquum conquiris & attentius. Quid superest igitur nisi ut in die mortis (que forte iam iuxta est: & profecto procul esse non potest) aurum sitiens: calendario semiuiuus incumbans? Siquidem quod per dies singulos crescit: suprema die necesse est ad sũmum & augeri: & ad uetitum prouenire incremen
ℑ tum. ¶ Fran. Senectutis pauperiem ante prospiciens: si fatigate etati adiumenta conquiro: gd hic tam reprehẽsibile est? ¶ Aug. O ridiculas curas insanamq̃ negligentiaz: id anxie cogitare quo uel nunq̃ forte peruenturus certe: uel ubi breuissimo tempore permansurus sis: Illius autem obliuisci quo & peruenire necessarium sit & irremeabile peruenisse. Sed ille mos uester execrandus: Transitoria curatis: eterna negligitis. In eo quidem quod de senili paupertate clypeum queris: errori inhesit: credo tibi Virgilianum illud: Atq̃ inopis metuens formica senecte: Itaq̃ illam tibi vite magistram delegisti: excusabilioꝛ: dicente Satyrico: Friguscq̃ famemq̃ Formica tandem quidaz expauere magistra. Ac si non tutus in formice magisterium abijsti: reperies nihil miserius: nihil amentius q̃ semper pauperiem pati: nequando patiaris. ¶ Fran. Quid ergo? Pauperiem ne suades? Optarem quidem minime: tolerare summopere: si sic res humanas miscens fortuna coegerit. ¶ Augu. Mediocritatem sane in omni statu expetendũ cẽseo. Non igitur ad illorum statuta te reuoco: qui aiunt: Satis est vite hominum panis & aqua: nemo adhuc pauper est: intra que quisq̃ desiderium suum clausit: cuz ipso Ioue de felicitate cõtendet: nec medium vite hominum fluuium cereremq̃ cõstituo. Sunt enim ut magnifice: sic auribus hominum importune pridem odiose sententie: Itaq̃ infirmitati tue more ingeram: exinanire naturam nõ doceo sed frenare. Sufficiebant tua quidem usib⁹ necessarijs si tu ipse tibi sufficisses: nunc autem ipse quam pateris indigentiaz peperisti. Cumulationem enim opum: necessitatem ac sollicitudinez cumulare: iam totiens disputatum est: ut ampliorib⁹ iam non egeat argumentis: mirus error & miserãda cecitas: preclarissime nature ac celestis originis humanum animum: celestibus neglectis: metallis inhiare terrestrib⁹. Cogita queso acriter atq̃ oculos mentis intende: nec eos circumradiantis auri fulgor impediat: quotiens vncis auaritie tractus: ab altissimis curis ad hec inferiora diuerteris: nõ ne de celo in terras precipitem corruisse remotisq̃ syderibus in profundissimam uoraginem demersum te esse cognoscis? ¶ Fran. Cognosco equidez & dici non posset q̃ grauiter precipitatus allidor. ¶ Augu. Quid ergo totiens expertus non metuis: & cum fueris erectus ad superna non tenacius pedem figis? ¶ Fran. Nitor quippe: sed quoniam humane cõditionis concutitur necessitas: inuitus auellor: Nec enim sine causa ueteres poetas: geminum Parnasi collem: duobus diis dedicasse suspicor: sed ut ab Apolline (quem deuz ingenij uocãt) internum animi presidium: a Baccho autem rerũ externarum sufficientiam implorarent. In quam sententiam me non modo rerum experientia magistra: sed crebra etiam doctissimorum hominum inclinauit auctoritas: quos tibi quidez inculcare nõ attinet. Ita q̃is turba deorum ridiculosa sit: hec tamen uatum opinio haud prorsus insensata est: quam ego si ad vnum retulerim deum: a quo omnis opportuna subuentio est: non me delirare quidem arbitror: nisi tibi aliter videatur. ¶ Aug. Ego ita esse non nego: sed quia tempus tam inique partiaris indignor. ¶ Uniuersam enim etatem tuam honestis olim curis destinaueras: si quid in alijs coactus expenderes: id tempus perditum iudicabas: nunc vo tantum honestati tribuis: q̃tum tibi reliquum fecit auaritie studium. Quis non ad etatem prouectiorem peruenisse cupiat: que sic consilia hominum alternat? Sed quis erit finis: aut quis modus? Prefige tibi metham: ad quam duz peruenieris subsistas & aliquando respires. Scis illo humano ore platũ oraculi vim habere: Semper auarus eget: Certũ uoto pete finẽ: q̃s autez cupiditatib⁹ tuis erit finis? ¶ Fran. Nec egere: nec abũdare: nec pẽsse: nec subesse alijs: finis est me⁹. ¶ Aug⁹. Humanitatẽ exuas oportet & deus fias: ut tibi non egere contingat. An ignoras ex cunctis aialibus: egentissimum esse hoiem? ¶ Frã. Audiere sepissime: sed integrare memoriã uelim. ¶ Augu. Aspice nudum & informẽ inter uagitus & lachrymas nascentem: exiguo lacte solandum: tremuluz atq̃ reptantem: opis indigum: aliene: quem muta pascunt animantia & uestiunt: caduci animi: inquieti: morbis obsessum uarijs: subiectuz passionibus innumeris: cõsilij inopẽ: alterna letitia & tristitia fluctuantem: impotentemq̃ arbitrij appetitus cohibere: nescium quid quantum ue sibi expediat: quis cibo potuiq̃ modus ignorantem: Cui ali-

vnq̄:ut de eo non inuitus altercarer:q; inter amicos licet orta contentio:asperum quidem ⁊ hostile ⁊ amicitiarum moribus aduersus habet:sed perge ad hec quibus me statim assensurum putas.
¶Augu. Habet te funesta quedam pestis animi: quaz accidiam moderni:ueteres egritudinem dixerunt. ¶Fran. Ipsum morbi nomen horreo.
¶Augu. Nimirum: q; diu per hunc grauiter uexatus es. ¶Fran. Fateor ⁊ illud accidit quod omnibus ferme quib⁹ angor:aliquid falsi licet dulcoris immixtum est. In hac autem tristitia ⁊ aspera ⁊ misera ⁊ horrenda omnia:aptaq; semper ad desperationem via: ⁊ quicquid infelices animas urget in interitum. Ad hoc ⁊ reliquarum passionum ut crebras:sic breues ⁊ momentaneos experior insultus. Nec autem pestis tam tenaciter me arripit interdum:ut integros dies nocteſq; illigarum torqueat:quod mihi tēpus non lucis aut vite:sed tartaree noctis ⁊ acerbissime mortis instar est: ⁊ (qui supremus miseriarum cumulus dici potest) sic laboribus ⁊ doloribus pasco:r atra quadam cuz uoluptate ut inuitus auellar. ¶Aug⁹. Morbum tuū nosti optime:modo causam noſces:Dic ergo quid est quod te adeo contristat? Temporalium ne discursus: aut corporis dolor:an aliqua fortune durioris iniuria? ¶Fran. Non vnum horum aliq̄: si singulari certamine temptarer:starem utiq;:nūc autez toto subruor exercitu. ¶Augu. Distinctius quid te urgeat eloquere? ¶Fran. Quotiens vnuz aliquod fortune vulnus infligitur persisto interritus:memorans sepe me ab ea grauiter perculsuz: abijsse victorem. Si mox illa vulnus ingeminet:titubare parumper incipio:quod si duobus tertiuz quartum ue succesſerit: tum coactus non quidem fuga precipiti:sed pede sensim relato:in arcem rationis euado. Illic si toto rerum agmine incubuerit fortuna:meq; ad expugnandum cōditionis humane miserias ⁊ laborum preteritorum memoriam:futurorumq; formidinem congesſerit:tum demum pulsatus vndiq;:⁊ tantam malorum congeriem perhorresces ingemisco:hinc dolor ille grauis oritur:ueluti siquis ab innumeris hostib⁹ circumclusus:cui nullus pateat egressus:nulla sit misericordie spes:nullumq; solatium:sed infesta omnia:erecte machine:defossi super terram cuniculi: tremuntq; iam turres: stant scale propugnaculis admote:herēt menibus vnci: ⁊ ignis tabulata percurrit:vndiq; fulgentes gladios minantesq; vultus hostium:cernensq; vicinum:cogitans exciditū: quid ni paueat ⁊ lugeat:quando bis licet cessantibus:ipsa libertatis amissio viris fortibus mestissima est? ¶Augu. Quanq̄ confusius ista percurreris:intelligo tamen opinionem tibi peruersam:causam esse malorum omniū:que innumerabiles olim strauit sternetq;:male tibi arbitraris. ¶Fran. Imo ỹo pessime. ¶Augu. Quam ob cām? ¶Frā. Non vna quidem sed innumeras. ¶Augu. Idem tibi accidit ex his qui ob leuissimaz quālibet offensam in memoriam redeunt ueterum simultatum.
¶Fran. Nullum in me adeo uetustum vulnus: ut obliuione deletum sit:recentia sunt cuncta que cruciant: ⁊ si quod tempore potuisset aboleri:tam crebro locum repetijt fortuna:ut hians vulnus nulla vnq̄ cicatrix astrinxerit. Accedit ⁊ humane conditionis odium atq; contemptus: quibus omnibus oppressus:non mestissimus esse non ualeo:hanc sibi egritudinem siue accidiam: siue quid aliud esse diffinis: haud magnifacio: ipsa de re conuenit.
¶Augu. Quoniam ut video altis radicibus morbus innititur: superficietenus hunc sustulisse non sufficiet:repullulabit etenim celeriter:radicit⁹ euellendus est. Unde autem incipiam incertus sum:tā multa me terrent:Sed ut facilio: sit distincti operis effectus:discurram per singula. Dic ergo quid in primis tibi molestum putas? ¶Fran. Quicqd primum video:quicquid audio:quicquid sentio.
¶Augu. Pene nil ne placet tibi ex oibus? ¶Frā. Aut nihil:aut perpauca quidem. ¶Augu. Utinaz saltem salubriora delectent:sed quid apprime displicet responde mihi queso? ¶Fran. Jam respondi. ¶Augu. Totum est hoc eius quam dixi accidie:tua omnia tibi displicent. ¶Fran. Aliena non minus. ¶Augu. Et hoc ex eodem fonte procedit: ut ỹo aliquis dicendorū ordo sit:adeo ne tibi tua displicent ut ais? ¶Fran. Desine questiunculis: quater plus etiam q̄ dici posset. ¶Augu. Ergo illa tibi sordescunt:que multis alijs inuidiosum faciunt. ¶Fran. Qui misero inuidet: necesse est ut sit ipse miserrimus. ¶Augu. Quid autem magis displicet ex omnibus? ¶Fran. Nescio. ¶Augu. Quid si ego dinumerem: fateberis ne? ¶Fran. Fatebor ingenue. ¶Aug. Fortune tue iratus es. ¶Fran. Quid ni oderim superbaz:violentam:cecam: ⁊ mortalia hec sine discretione uoluentem?
¶Augu. De communibus publica est querela: nunc proprias prosequamur iniurias. Quid si iniuste cōquereris:uelles ne in gr̄az reuerti. ¶Frā. Difficillima quidē persuasio:si tamen id mihi mōstraueris conquiescam. ¶Augu. Parcius tecum agere estimas fortunam. ¶Fran. Immo amarissime:immo iniquissime:immo superbissime: immo crudelissime. ¶Augu. Non vnus est apud Lomicum poetaz querulus:inumerabiles sunt: Tu quoq; adhuc vnus ex multis es:mallez ex paucis. Leteruz quia adeo trita materia est:ut vix noui quicq̄ possit afferri: Poterisne morbo ueteri uetus remediū adhiberi? ¶Fran. Ut libet. ¶Augu. Age ergo:famem ne an sitim:frigusue perpeti compulit paupertas? ¶Fran. Nonduz couiq; fortuna seuit mea. ¶Augu. At q̄ multis ista quotidiana sūt. ¶Fran. Aliud adhibe remediuz si potes:me quoniam ista nil adiuuant. Non enim ex illis suz quos in malis suis:calamitosorum ⁊ circumlugentium delectat exercitus:nec minus interdum alienis q̄ propijs miserijs ingemisco. ¶Augu. Nec ego ut delectet: sed ut soletur expecto: doceatq; alienas cernentem fortunas:suis esse potentum: Neq; enim omnes primum tenere locum possunt: Alioquin quomodo primus erit nisi quem secundus sequitur? Bene uobiscum agitur mortales si non in extrema reiecti:de tā multis fortune ludibrijs:tantū mediocria ptulistis:q̄q̄ ⁊ extrema perpessis:suis quibusdā acrioribus remedijs succurrēdum est:quibus tu pīs eger es minime mediocri lesus aspitate fortune. Sed hoc est qō uos in has p̄cipitat erūnas: proprie quilibet sortis oblitus:supremum mēte locum agitat:quem:quoniam ut dixi:nequeunt oēs apprehendere:elusis conatibus subit indignatio. Q; si summi status miserias agnoscerēt homines: quem exoptant perhorrescerent. Idq; illoruz pro

luxurie flammis incenderis? ¶Fran. Tātis equidem interdum ut grauiter doleam q̄ nō insensibilis natus sum: Immobile saxum aliquod esse maluerim: q̄ tam multis corporis mei motibus turbari. ¶Augu. Habes igitur quod te uel maxime ab omni diuinoꝝ cogitatione dimoueat: Quid enim aliud celestis doctrina Platonis admonet: nisi animum a libidinibus corporis arcendum ꝛ eradendā phantasmata: ut ad prouidenda diuinitatis arcana: cui ꝓprie mortalitatis annexa cogitatio est: purus expeditusq̄ consurgat? Scis quid loquor ꝛ hec ex Platonis libris tibi familiariter nota sūt: quib⁹ auidissime nuper incubuisse diceris. ¶Frā. Incubueraꝝ fateor alacri spe magnoq̄ desiderio: sed peregrine lingue nouitas ꝛ festinata preceptoris absentia: preciderunt propositum meum: Cetera ista quam memoras disciplina ꝛ ex scripturis tuis ꝛ ex aliorum Platonicorum relatione notissima est. ¶Augu. Haud refert quo uerum mōstrā te didiceris: q̄uis multum sepe possit auctoritas. ¶Frā. Apud me ꝓsertim hominis illius de quo alte mihi quidem insedit illud Ciceronis in Tuscu lano: Plato inquit: Et si rationem nullam afferret (vide quid homini tribuo) ipsa auctoritate me frā geret: mihi autem sepe diuinum illud ingenium cogitanti: iniurioſum videretur: si cum ducem suum Analogistam facit Pythagoreum vulgus: redden de rationi foret obnoxius Plato: Sed ne a propo sito longius eam: Platonis hanc sententiam mihi ꝓsidem adeo ꝛ auctoritas ꝛ ratio ꝛ experientia commendauit: ut nil uerius nilq̄ sanctius dici pos se non dubitem. Ita enim interduꝝ deo manū porrigente surrexi: ut incredibile quadam ꝛ immensa cum dulcedine: quid mihi tunc prodesset: quid ue antea nocuisset agnoscerem: ꝛ nunc meo pondere in antiquas miserias relapsus: quid me iteruꝝ perdiderit: cum amarissimo gustu mentis experior: Q̄ō idcirco retuli: ne forte miraris huius me Platonici dogmatis experientiam profiteri. ¶Augu. Non miror equidem: laboribus enīꝝ tuis interfui ꝛ cadentem ꝛ resurgentem vidi: ꝛ nunc prostratum misertus opem ferre disposui. ¶Fran. Horatias ago tam misericordis affectus: quid autem opis supereſt humane? ¶Augu. Nihil: at diuine plurimum: continens equidem nisi cui deus dedit esse nō potest. Ab eo igitur munus hoc ꝛ in primis humiliter ꝛ sepe cum lachrymis postulandum est: solet ille que rite poscuntur non negare. ¶Fran. Feci tam sepe ut pene iam sibi molestus esse uereor.

¶Augu. At nō satis humiliter: nō satis sobrie: semper aliquid loci uenturis cupiditatibus reseruasti: semper in longum preces extendisti: Expertus loquor hic ꝛ mihi contigit: Dicebam da mihi castitatem: sed noli modo: differ paululum: statim ueniet tempus: virentior adhuc etas: suis eat semitis: suis utatur legibus: turpius ad iuuenilia ista redirentur: Tunc igitur abeundum erit cum ꝛ minus ad hoc habilis decursu temporis factus, fuero: ꝛ satietas uoluptatum metum regressionis abstulerit: hec dicens aliud te uelle precari: aliud non intelligis. ¶Fran. Quo nam modo? ¶Aug. Quia qui in diem poscit: in presens negligit. ¶Fran. Ego in presens sepe cū lachrymis poposci: sperans simul ꝛ illud euenturum: ut effractis cupiditatum laqueis ꝛ calcatis vite miserijs saluus euaderem: ꝛ uelut in aliquem salutarem portum ex tam multis curarum inutiliuꝝ tempestatibus enatarem. At quotiens postea inter eosdem scopulos naufragiū passus sum: quotiensq̄ si destitutor passurus intelligis ¶Augu. Crede mihi: aliquid semper defuit oranti: alioquin uel annuisset largitor ille supremus: uel quod Paulo fecit apostolo ad perfectionem virtutis ꝛ infirmitatis experientiā denegasset. ¶Frā. Credo ita esse: precabor tamen assidue nec fatigabor: nec erubescam: nec desperabo: si forte miseratus omnipotens labores meos: aurez precib⁹ quotidianis accōmodet: ꝛ quibus si iuste fuissent gratiam non negasset: idem ipse iustificet. ¶Aug. Cōsulte tamen tu enitere: ꝛ (quod prostrati solent) incubitum erectus: ingruentia mala circumspice: ne ad repentinum cuiuslibet molis incursum: iacentia membra dissileant: nec segnius interim opez at tollere ualentis implora: Aderit ille tunc forsitan cum abesse credideris: vnum semper ante oculos habeto: Platonis superiorem illam haud spernendam sententiam: Ab agnitione deitatis nil magis q̄ appetitus carnalis ꝛ inflammatam obstare libidinem. Hanc igitur doctrinam assidue tecuꝝ uersa: hec nostri consilij summa est. ¶Fran. Ut intelligas me hanc adamasse sententiam: non modo in atrijs suis sedentem: sed peregrinis etiam nemoribus latitantem: auidissime complexus sum. At locum animo mutaui ubi illa oculis meis occurrat. ¶Aug. Quid dicere uelis expecto. ¶Frā. Scis Virgilium virum fortem: per quot pericula: in illa suprema ꝛ horrenda Troiani excidij nocte circumduxit? ¶Augu. Scio: quid enim scholis omnibus vulgatius: ipsum quoq̄ casus suos enarrantem facit? Quid cladem illius noctis: quis funera fando Explicet? aut possit lachrymis eq̄re labores? Urbs antiqua ruit multos dominata per annos: Plurima perq̄ vias sternuntur inertia passim Corpora: perq̄ domos ꝛ religiosa domorum Lumina: nec soli penas dant sanguine teucri. Quondam etiam victis redit in precordia virtus: Victoresq̄ cadūt Danai crudelis ubiq̄ Luctus: ubiq̄ pauor ꝛ plurima mortis imago. ¶Fran. At qui q̄diu Venere comitāte: inter hostes ꝛ incendiuꝝ errauit: aptis lꝫ oculis: offensorum iram numinum videre nō potuit: eaq̄ illum eloquentem: nil nisi terrenum intelexit: At postq̄ illa discessit qd euenerit nosti. Si quidem mox iratas deorum facies eū vidisse subsequitur: ꝛ omne circunstans periculuꝝ agnouisse. Apparēt dire facies inimicaq̄ Troie Numina magna deū: ex qbus hoc excerpsi: usum Veneris conspectū diuinitatis eripe. ¶Augu. Preclare lucem sub nubib⁹ iueniſti. Sic nēpe poeticis iterest ueritas figmētis: tenuissimis riuulis adeūda. Sed qm̄ rursus ad ista redeūdū est: que restāt ad ultimum reseruem⁹. ¶Frā. Ne ignotis me tramitib⁹ agas: que nā te redditurū polliceris? ¶Aug. Maxima tue mentis vulnera nondum attigi: ꝛ consulto dilata res est: ut nouissime posita hereant memorie. In illorum altero appetituum carnalium de quibus aliqua diximus cumulatior aderit materia. ¶Fran. Progredere iam ut libet. ¶Augu. Nisi impudenti pertinacia sis: nulla deinceps supereſt contentio. ¶Fran. Nihil gratius videre possez q̄ omnē contentionez causam oblatam ex orbe terrarum; Nihil deniq̄ tam clare mihi cognitum fuit

lum tuum cum tot regijs edibus ꝓflagrasse:proce
de modo:hec enim parti⁹ dicta:spatiosius tibi ru
minanda seruabis. ¶Fran. Quis vite mee tedia
ꝛ quotidianū fastidiū sufficiēter exprimat:mestis-
simam turbulentissimamqꝫ orbem terrarū omniū
angustissimam atqꝫ ultimam sentinam: ꝛ toti⁹ or-
bis sordibus exundantē? Quis uerbis equet que
passim nauseā ꝓcitāt grauez:olētes semitas pmix
tas rabidis canib⁹:obscenas sues: ꝛ rotaꝫ muros
quatientium stridorem: aut transuersas obliquis
itineribus quadrigas:tam diuersas hominuꝫ spe-
cies: tot horrenda mendicantiū spectacula:tot di
uituꝫ furores illos mestitia deuictos:hos gaudio
lasciuiaqꝫ fluitantes:tam deniqꝫ discordātes ani-
mos arteſqꝫ tā uarias:tantum confusis uocib⁹ cla
morem: ꝛ populi inter se anxietatis incursum:que
omnia ꝛ sensus melioribus assuetos conficiunt ꝛ
generosis animis eripiunt quietem ꝛ studia bo-
narum artium interpellāt? Itaqꝫ me deus ex hoc
naufragio:puppe liberat illesa:ut ego sepe circū
spiciens:in infernum viuens descendisse mihi vi-
deor. I nunc ꝛ honestis cogitationibus incumbe.
I nunc ꝛ uersus tecum compone canoros. ¶Au.
DD Hic me Flacci uersiculus quid potissimum lamē-
teris admonuit:doles ꝙ importunum studijs tu-
is locum nactus es:quoniam ut ait idez: Scripto
rum chorus omnis amat nemus ꝛ fugit urbes:
Tuqꝫ ipse in epistola quadam eandez sententiam
uerbis alijs exp̄essisti: Silua placet musis: urbs
est inimica poetis. Quod si vnq̄ intestinus tumul-
tus tue mentis conquiesceret fragor iste circumto
nans(mihi crede)sensus quidē pulsaret sed aium
non moueret. At ne nota p̄idem auribus tuis in-
geram:habes Senece de hac re non inutilem epi
stolam:habes ꝛ librum eiusdem de tranquillitate
animi:habes ꝛ de tota hac mentis egritudine tol
lenda:librum. M. Ciceronis egregium quem he-
sterne diei disputationibus in Tusculano suo ha-
bitis ad Brutum scripsit. ¶Franci. Singula hic
haud negligenter legisse me noueris. ¶Augusti.
Quid ergo:nihil ne p̄ofuerūt? ¶Frā. Immo ue
ro inter legendum plurimum:libro autem e mani
bus elapso:assensio simul omnis intercidit. ¶Au
gustinus. Communis legentium mos est: ex quo
monstrum illud execrabile litteratorum passiꝫ fla
gitiosissimos errare greges: ꝛ de arte viuēdi mul
ta licet in scholis disputent:in acta paucum cōuer
ti: Tu vo si suis locis notas certas imp̄esseris ꝛ
EE fructum ex lectione percipies. ¶Fran. Quas no
tas? ¶Augu. Quotiens legenti salutares sese of
ferunt sententie quibus uel excitari sentis animuꝫ
uel frenari: noli viribus ingenij fidere:sed illas in
memorie penetrabilibus abscōde:multoqꝫ studio
tibi familiares effice:ut quod experti solent medi-
ci:quocunqꝫ loco uel tempore dilationis impatiēs
morbus inuaserit:habeas uelut in animo conscri-
pta remedia. Sunt enim quedam sicut in corpori-
bus humanis sic in animis passiones:in quib⁹taꝫ
mortifera mora est:ut qui distulerit medelaꝫ:spez
salutis abstulerit. Quis enim ignorat(exēpli gra
tia esse quosdam motus tam p̄cipites:ut nisi eos
in ipsis exordijs ratio frenauerit animuꝫ corpusqꝫ
ꝛ totum hominem perdant: ꝛ serum sit quicquid
post tempus apponitur. In quibus p̄imum obti-
nere locum reor iram: Cui non frustra rationis se-
dem superpositam esse diffiniūt:hi qui in tres par
tes animam diuiserunt: Rationem in capite uelut
in arce:iraꝫ in pectore:concupiscentiaꝫ subter p̄e
cordia collocātes:ut scilicet p̄esto sit que subiecta
rum pestiuꝫ violentos impetus repēte coherceat:
ꝛ ex alto uelut receptui canat: quod frenum quia
ire magis necessariū erat:illi vicinior sita ē. ¶Frā
ciscus. Consulte equidē:qđ ut me nō tantū ex phi
sicis sed ex poeticis etiam scripturis elicuisse p̄o-
ideas per illorum uentorū rabiē: quā Maro de
scribit: Speluncis abditis latitantē: superiectosqꝫ
montes ꝛ regem in arce sedentez:atqꝫ illos iperio
mitigantem. Iraꝫ atqꝫ impetus animi posse deno
tari mecum sepe cogitaui. In p̄ofundo scilicet pe
toris deferuētes:qui nisi coherceanē rationis fre
no(ut ibidem legitur) Maria ac terras celūqꝫ p̄o
fundum: Quippe ferant rapidi secū uerrantqꝫ per
auras. Per terras enim quid nisi terream corpo-
ris materiam? Per maria qđ nisi humorē quo vi-
uitur? Per celum vō p̄ofundum:quid nisi interio
re loco habitantem animā itelligit? Cuius(ut alio
loco ait idez)igneus est vigor ꝛ celestis origo:qua
si diceret:corpus atqꝫ animā: ꝛ breuiter totuꝫ ho
minem cui dominabunē:in p̄cipitium agent. Ex
aduerso aūt montes regemqꝫ p̄sidentē:quid nisi
capitis arcem ꝛ rationem esse que illic inhabitat?
Sic enim ait: Hinc uasto rex Eolus antro: Lu-
ctantes uentos tēpestateſqꝫ sonoras Imperio p̄e
mit ꝛ vinclis ac carcere frenat. Illi indignātes ma
gno cuꝫ murmure montis. Circū clauſtra fremūt
summa sedet Eolus arce Sceptra tenēs. Hec ille.
Ego autē singula uerba discutiēs:audiui indigna
tionem:audiui luctamē: audiui tempestates sono
ras:audiui murmur ac fremitum:hec ad irā refer
ri possūt. Audiui rursuſ regē in arce sedētē:audiui
sceptra tenētē: audiui iperio tremētē: ꝛ viculis ac
carcē frenātē que ad rōnē q̄qꝫ referri posse qs du
bitet? Attū ut de aio atqꝫ ira aiuꝫ turbāte:dici oia
p̄staret vide qđ addidit: Mollitqꝫ aios ꝛ temperat
iras. ¶Au. Laudo hec qb⁹abūdare te video poe FF
tice narrationis arcana: Siue enim id Virgilius
ipse sensit dum scriberet: siue ab omni tali conside
ratione remotissimus maritimā his vsibus: ꝛ nil
aliud rescribere uoluit tempestatē hoc tū de irarū
impetu ꝛ rationis iperio dixisti facete satis: ꝛ pro
prie dictum puto. Sed ut vnde discesseram reuer
tar: ꝛ aduersus iram ꝛ aduersus reliquos motus
p̄cipueqꝫ aduersus hanc de qua multa iam diu
loquimur pestē:aliquid semper excogita:quod cū
intenta tibi ex lectione contigerit: Imprime sentē
tijs utilibus(ut incipiens dixeram)certas notas:
quibus uelut vncis memoria uolentes abire cōti
neas. Hoc equidem p̄sidio consistes immobilis
tum aduersus cetera:tum contra animi tristitiam
que vmbra uelut pestilentissima virtutum semina
ꝛ omnes ingeniorū fructus enecat. In qua postre
mo(ut eleganter ait Tullius)fons est ꝛ caput mi
seriarum omnium. Profecto autez si alios teqꝫ di
ligenter simul excusseris:omissoqꝫ ꝙ nullus homi
nuꝫ est cui nō multe sint lugēde cause: Omisso pre
terea ꝙ delictorum tuoruꝫ recordatio:iure mestū
ꝛ sollicitū facit: ꝙ vnum mestitie genus salutare
est:modo desperatio non surrepat:multa tibi diui
nitus cōcessa fateberis:quē inter turbas querulo
rum atqꝫ gementium consolandi gaudendiqꝫ ma-

batur testimonio: quos ad summa rerum fastigia multis laboribus euectos vidimus: & uotoꝝ mor suorum nimis facilem exitum execrantes: Quod & si omnibus notum esse debeat: tibi tamen precipue: longa cui experientia persuasum est omnem status altissimi laboriosam atqꝫ sollicitam & prorsus miserabilez esse fortunam: ita fit ut nullus querimonie gradus uacet: dum & optata consecuti & repulsi: iustam lamentandi causam pre se ferūt. Ili se deceptos: hi se neglectos estimant. Sequere igitur Senece consilium: cuꝫ aspexerit quot te antecedunt: cogita quot te sequantur. Si vis gratus esse aduersus deum & aduersus vitam tuam: cogita q̄ꝫ multos antecesseris. Et ut eodem loco ait idem: & finem constitue: quem transire ne possis quidem si uelis. ¶ Fran. Constitui pridem desiderijs meis finem certum: & nisi fallor modestissimum: At inter procaces impudentesqꝫ seculi mei mores: qui modestie locus est: seco:diam atqꝫ segnitiē uocant. ¶ Augu. Potensne igitur est animi tui statuꝫ vulgaris aura conuellere: que nunq̄ꝫ rectum iudicat: nunq̄ꝫ res suis nominibus uocat: at illam si rite recolo spernere solebas. ¶ Frā. Nū q̄ꝫ mihi crede magis spreui: non pluris facio quid de me vulgus estimet: q̄ꝫ qui brutoruꝫ greges animantiuꝫ. ¶ Augu. Quid ergo? ¶ Fran. Moleste fero q̄ cum nullus ex coetaneis meis quez ego noverim modestiora cōcupiuerit: nemo difficiliuꝫ ad concupita profectus est. Summum nempe nunq̄ꝫ me locum exoptasse: testis hec nostra simul & omnium spectatrix: que cogitationes meas semper introspiciens nouit: quotiens humani more ingenij: per omnes statuū gradus mente discurrerez: nunq̄ꝫ tranquillitatem illam ac serenitatem animi quā rebus omnibus preferendaꝫ arbitror: in supremo fortune culmine positam agnouisse. Ideoq̄ꝫ & curarum & sollicitudinum refertam vitam: exhorrentē mediocria: sobrie se semper iudicio pretulisse: nec uerbo solum: sed mente etiam Horatianum illud approbasse: Auream quisquis mediocritatem diligit tutus caret: absoleti sordibus tecti: caret inuidaq̄ꝫ sobrius aula: nec minus mihi ratio placuit: q̄ꝫ dictuꝫ. Sepius uentis agitatur ingens Pinus: excelse grauiore casu Decidunt turres: feriuntq̄ꝫ summos fulgura montes: hāc profecto mediocritatem nunq̄ꝫ mihi contigisse doleo. ¶ Au. Quid si que putaſ mediocria supra te sunt? quid si uera mediocritas iam pridem contigit? quid si abunde cō tigit? quid si illam longe post tergum reliquisti: & multo pluribus inuidie q̄ꝫ contemptus materiam prebes? ¶ Fran. Et si ita esset: mihi tamen contrarium videtur. ¶ Augu. Peruersam opinionez malorum omniuꝫ: sed huius precipue causam esse nō ambigitur. Ab hac igitur charybdi: omnium: ut ait Tullius: remorum ac uelorum auxilio fugiendum est. ¶ Fran. Unde me fugere: quo ue proraꝫ tendere: quid deniq̄ꝫ opinari iubes nisi q̄ videoꝫ ¶ Augu. Uides ubi oculos intendisti: ac si retro respicias: videbis innumerabilem turbam sequi: teq̄ꝫ primo agmine: aliquanto proximiorem eē q̄ꝫ ultimo: sed timor animi rigorq̄ꝫ propositi: non permittunt oculos in tergum flectere. ¶ Fran. Deflexi cum interdum multoſq̄ꝫ post me uenire perpendi: neq̄ꝫ sortis mee pudet: sed curarum piget ac penitet tantarum. Q; ut eiusdez Horatij uerbo utar: Fluitem dubie spe pendulus hore. Si hec anxietas tollatur: quantum habeo abunde sufficiat: dicamq̄ꝫ equanimiter quod eodem loco ait idem: Quid credis amice precari: Sit mihi: quod nunc est etiam minus ut mihi viuā: quid supereſt eui? Si quid supereſſe uolunt dij: Ego semper dubius futuri: semper animo suspensus: nullaꝫ ex fortune muneribus dulcedinem capio: adhuc ut vides hactenus alijs viuo: quod miserrimum ex omnibuſ est: Atq̄ꝫ utinam uel senectutis mihi reliquie cō tingant: ut qui procellosos inter fluctus vixerim: moriar in portu. ¶ Augu. Tu ne igitur in tanto rerum humanarum turbine: tanta uarietate successuum: tantaq̄ caligine futurorum (& ut breuiter dicam) sub imperio positus fortune: solus ex cunctis hominum milibus curarum uacuā etatem ages? Uide quid cupias mortalis: vide quid postules. Q; ? Ro non tibi te vixisse conquereris: nō inopie sed seruitutis est: quam licet (ut tu idez asseris) miseriam esse confitear: tamen si circumspicis: paucissimos hoies sibi vixisse reperies: Nam & bi qui putantur felicissimi: & quibus innumerabiles viuunt: seipsos simul alijs viuere: vigiliarum & laborum assiduitate testantur. Quid enim (ut supre mo te commoneri faciam exemplo) Julius Cesar: cuius illud uerum: licet arrogans dictum est: Humanum paucis genus viuit: nunquid post q̄ꝫ eo genus redegerat humanum ut sibi vni viueret: ipse interim alijs viuebat? Interrogabis fortasse quibus? Nis nimirum a quibus occisus est. De Bruto uel Limbro ceterisq̄ꝫ perfide coniurationis auctoribus quorum cupiditates explere non ualuit tanti munificētia largitoris. ¶ Fran. Monisti animum fateor: ut iam nec seruum me nec inopem indigner. ¶ Augu. Indignare potius te non esse sapientem: quod vnum & libertatem & ueras diuitias prestare potuisset. Ceterum quisquis causarum absentiam equo ferens animo: effectus non adesse conqueritur: nec causarum certam tenet illa rationem nec effectuum. Exequere autem nunc quid te premit preter hec que dicta sunt: corporis ne fragilitas: an latens molestia? ¶ Fran. Nempe corpus hoc onerosum mihi semper fuit: quotiens meipsuꝫ contemplatus fui: at cum alienorum grauedinem corporum respexi: satis obediens me mancipium habere fateor: possem idem utinā: & de animo gloriari: sed ille imperat. ¶ Augu. Utinā rationis ipse subditus imperio: Sed ad corp⁹ redeo quid in eo molestum experiris? ¶ Fran. Nihil equidem nisi communia quedam: q̄ mortale est: q̄ suis me doloribus implicat: mole pregravat: somnum suadet spiritu vigilante alijsq̄ necessitatibus subigit humanis: quas enumerare & longum & inamenū est. ¶ Augu. Compone animuꝫ precor: teq̄ homi nem esse recordare: licet anxietas ista ceſſauerit: si quid preter hoc angerit exquire. ¶ Fran. Illa ne tibi inaudita est fortune nouercantis imanitas: cuꝫ vno die me spesq̄ & opes meas omnes & genus & domū impulsu strauit impio. ¶ Augu. Uideo oculorum tuoꝝ scatebras: ideoq̄ pretereo: neq̄ enim nunc docendus sed admonendus es. Unuꝫ igitur hic admonuisse sufficiet: Si enim non priuatarum modo familiarum: sed notissimas tibi regnoruꝫ ex omnibus seculis recoles ruinas: nō nihil tibi Tragediarum lectio profuerit: ut non pudeat tugurio-

AA

BB

LL

falsis persuasio funesta succrescit: ita fieri oportere? ¶Fran. Haud quaq; excidit: sed a ꝓposito remota snia est. Cur eni nō ita fieri oportē arbitrer? Atqui nihil vnq; rectius arbitrat⁹ sum q̄ esse hos nobilissimos quos mihi obijcis affectus. ¶Aug. Segregem⁹ hic tantisper dū remedijs cōquirēdis inhio: ne dū huc illuc distrahor: fragiliore impetu ferar ad singula. Dic ergo qm̄ prius amoris mentio facta est: Hone hāc oium extremā ducis insaniā? ¶Fran. Nequid ueritati subtrahā: pro diuersitate subiecti: amore uel deterrimam animi passionē uel nobilissimā actionē dici posse censeo. ¶Au. Ne res egeat exēplo aliqd in mediū pfer. ¶Frā. L Si infamē turpēq; mulierem ardeo: insanissimus ardor est. Si reruz aliquod specimen virtutis alliciat: inq; illud amandū uenerādumq; molitus sum quid putas: nullum ne tā diuersis in rebus statuis discrimen: adeo ne pudor omnis euanuit? Ego vo ut ex me aliquid loquar: sicut primum graue t infaustum animi pōdus estimo: sic secundo vir quic q̄ reor esse felicius: qō si tibi cōtrarium fortasse videtur: suam quisq; sententiam sequatur. Est enim ut nosti opinionum ingens ueritas libertasq; iudicandi. ¶Aug. In rebus cōtrarijs opinio diuersa: ueritas autem vna atq; eadem semper est. ¶Frāciscus. Istud quidez ita esse fateor: Sed hoc est q transuersos agit: opinionibus antiquis inherem⁹ pertinaciter nec facile diuellimur. ¶Aug. Utinā tā recte de tota amoris q̄stione sentires: ut de hoc sentis articulo. ¶Franciscus. Quid multa? taz recte sentire mihi videor: ut contrasentientes insanire non dubitem. ¶Augustinus. Inueteratum mēdacium pro ueritate ducere: nouiterq; compertaz ueritatem estimare mendacium: ut omnis rerū auctoritas in tempore sita sit: dementia summa est.

¶Franciscus. Perdis operam: nulli crediturus sum: succurritq; illud Tuliianum: Si in hoc erro libenter erro: neq; hunc errorem auferri mihi uolo dum viuo. ¶Augustinus. Ille quidem de anime immortalitate loquēs: opinionē pulcherrimā omniuz ac uolens q̄ nihil in ea dubitaret: q̄q; cōtrarium audire nollet: huiuscemodi uerbis usus est: Tu in opinione fedissima atq; falsissima hisdē uerbis abuteris: Profecto enim t si mortalis eēt anima: immortalem tamen estimare melius foret: Erroq; ille salutaris videri posset: virtutis incutiens amorem: quē q̄uis etiam spe premij sublata per seipsam expetenda sit: desiderium tamen eius proculdubio proposita anime mortalitate lentesceret: Contraq; licet mendax future vite ꝓmissio ad excitandum animos mortalium non inefficax videretur: tibi vo quid allaturus error iste tuus sit vides: nempe in omnes animuz precipitaturus insanias: ubi pudor t metus t que frenare solet impetus rationis ac cognitio ueritatis exciderint.

¶Franciscus. Dixi iam q operaz perderes. Ego D enim nihil vnq; turpe: immo vo nihil nisi pulcherrimum amasse me recolo. ¶Augustinus. Etiam pulchra turpiter amari posse certum est. ¶Franciscus. Nec in nominibus certe: nec in aduerbijs peccaui: desine iam amplius insectari. ¶Augustinus. Quid ergo: vis ne ut phrenetici quidez solēt: inter iocos t risus expirare? An animo miserabiliter egrotanti adhuc aliquid remedij adhibere mauis? ¶Franciscus. Non respuo: remedium qdem accidit si me egere monstraueris: bene ualentibus autem remediorum inculcatio sepe funesta est. ¶Augustinus. Conualescendo tu quidem quod multis accidit te grauiter egrotasse fateberis. ¶Franciscus. Ad postremum sprouisse nequeo: cuius t sepe alias t his presertim proximis diebus sana consilia sum expertus: Perge igit. ¶Augustinus. Primū ergo vnā hāc mihi ueniaz tribui uelim si cogēte materia aduersus delitias tuas aliquid fortassis infectus fuero. Jam enim hoc preui deo q̄ grauiter in aurib⁹ tuis sonitura sit ueritas. ¶Franciscus. Anteq; incipias: audi paululū: sciis ne de quo loquendum tibi sit? ¶Augustinus. Diligenter mihi preuisa sunt omnia: de muliere mortali sermo nobis instituitur: in qua admiranda colendaq; te magnam etatis partez consumpsisse doleo: t in tali ingenio tantam t tam longeuam insaniam uehementer admiror. ¶Franciscus. Parce conuitijs precor: mulier mortalis erat t Thais t Liuia: Ceterum scis ne de ea muliere mentionem tibi exortam: cuius mens terrenarum nescia curarum: celestibus desiderijs ardet. In cuius aspectu si quid vsq; ueri est: diuini specimen decoris effulget. Cuius mores consumate honestatis exēplar sunt: cuius nec uor nec oculorum vigor mortale aliquid: nec incessus hominez representat: hic quesо iterum ac iterum cogita: credo quib⁹ uerbis utē dum sit intelliges. ¶Augustinus. Ha demens ita E ne flammas animi in sextum decimum annum falsis blanditijs aluisti: Profecto non diutius Italie famosissimus oliz Hannibal incubuit: nec crebrio res illa tunc amatorum impetus passa est nec ualidioribus arsit incēdijs: q̄ tu his temporibus violentissime passionis flammas atq; impetus pertulisti. Inuentus tamen est qui illum tandē abire cōpelleret Hannibalem tuum quis ab his vnq; ceruicibus auertet? Si tu eum t exire uetas: t ut tecum maneat sponte iam serius iuitas: malo pro pio delectaris infelix: atq; oculos illos usq; tibi in pernitiem placentes suprema clauserit dies: cū effigiem morte uariatam t pallētia membra conspexeris: pudebit animū mortalē caduco applicuisse corpusculo: t que nunc tam pertinaciter astruis cuz rubore recordaberis. ¶Franciscus. Auertat deus omen: ego ista non videbo. ¶Augustinus. Equidem necessario euentura sunt. ¶Frāciscus. Scio: sed non tam inimica mihi sunt sidera: ut nature ordinem in hac morte perturbent: prius intra ui prius ingrediar. ¶Augustinus. Meministi credo, temporis illius quo contrariuz timuisti: t qua si iam moriture amice funereum carmen dictante tristitia ceciniisti. ¶Franciscus. Memini certe sed dolui: t adhuc recolens cōtremisco: Indignabar q̄ me nobiliori uelut anime mee parte truncatum illi esse superstitez: que dulcem mihi vitaz sola sui presentia faciebat: Hoc enim carmen illud deflet: quod tunc multo lachrymarum imbre respersum excidit mihi: sententiam memini si uerba tenerez. ¶Augustinus. Non hoc queritur quantuz tibi lachrymarum moz illius formidata: q̄tuz ue doloris inuexerit: sed hoc agitur ut itelligas que semel concussit posse formidinez reuerti: eoq; facilius q̄ t omnis dies ad mortem propius accedit: t corpus illud egregium morbis ac crebris ꝓturbationibus exhaustum: multum pristini vigoris amisit.

teriam prestare queant. Nam in eo q tibi nondū virisse quereris: q ue tumultus urbiū: stomachorum: ꝛ maximorum hominum similis querela ꝛ illa cogitatio: q tua sponte in hoc incideris anfractus tuaq sponte: si omnino uelle ceperis: possis emergere: non parum tibi conferrent solamen ubi ꝛ consuetudo longior profuerit: Si strepitū populorum uelut cadentis aque sonitū aures tuas edomueris: cum delectatione percipere. Id autem: ut diri facillime consequeris: si tue primum mentis compescueris tumultus: Pectus enim serenum ꝛ tranquillus frustra uel peregrine circūeunt nubes uel circumtonat externus fragor: Itaq uelut insistens sicco littore tutus: aliorum naufragium spectabis: ꝛ miserabiles fluitantium uoces tacitus excipies: quantum ue turbidum spectaculum cōpassiones attulerit: tantū gaudij afferet proprie sortis alienis periculis collata securitas: Ex quibus omnem animi tristitiam te iamiam depositurum esse cōfido. ¶ Franciſcus. Quanq multa me uellicēt atq illud in primis q urbes relinquere: quasi rez facilē mei censes arbitrij: tamen quia in multis me ratione superasti: uolo ꝛ hic priusq discjciar: arma deponere. ¶ Auguſtinus. Potes ergo iam tristitia relegata: cum fortuna tua in gratiam redire? ¶ Franciſcus. Possum utiq si modo aliquid est fortuna: nam ut vides: inter Hzaium ꝛ nostrū poetas: hac de re tanta dissensio est: ut cuz ille fortunā in operibus suis nusq nominare dignat⁹ sit: quasi nil eam esse crederet: hic noster ꝛ sepe eam nominet: ꝛ quodam in loco omnipotentem eam etiā uocet. Cui sententie ꝛ historicus ille nobilis fauet: ꝛ orator egregius: Nam ꝛ Crispus Salustius dominari profecto ait in re qualibet fortunā: ꝛ Marcus Tullius humanarum rerum dominam asseuerare non timuit: Ego autem quid sentiā: aliud forte tempus ac locus aliter fuit dicendi. Quod uero ad inceptum attinet: eousq mihi profuit admonitio tua: ut meipsum cum maiore parte hominuz conferenti: non tam miser (ut solebat) status meus appareat. ¶ Auguſtinus. Gaudeo si quid tibi profui cupioq prodesse cumulatius. Sed quoniaz satis hodiernum colloquiū processit: poteris ne que restant in diem tertium differri atq ibi finem statui. ¶ Franciſcus. Ego vo numerum ipsum ternarium tota mente complector: Non tam quia tres eo gratie continētur: q quia diuinitati amicissimū esse constat: q non tibi soluz alijsq uere religionis professoribus persuasum: quibus est omnis in trinitate fiducia: sed ipsis etiam gentiuz philosophis a quibus traditur uti nos hoc numero in consecrationibus deorum. Quod nec Virgilius me⁹ ignorasse videtur: ubi ait: Numero deus impare gaudet. De ternario enim loqui eum precedentia manifestāt. Tertiā igit deinceps de manibus tuis partē huius tripartiti muneris expecto.

¶ Franciſci Petrarche poete Oratoriſq Clariſſimi: Libri quem Secretum ſuū inſcripſit: de Contemptu mūdi diſputātis: Colloquium Tertiū dici: Feliciter incipit.

Auguſtinus.

Jqd bacten⁹ primo tibi meus contulit: oro obtestor q ut te facilē hauriendis que supsunt prebeas: cōtentio sumq reluctantez aiuz deponas. ¶ Fran. Factū puto: Sentio enī me tuis monitis magna sollicitudinuz mearum parte liberatum: eoq paratior ad reliq audienda transgredior. ¶ Augu. Nondum intractabilia ꝛ infixa viscēribus vulnera tua contigi ꝛ contingere metuo: recolens quātū altercationis ꝛque relarum leuior contactus exprefferit. Spero autē ex aduerso collectis viribus: animum fortiorē asperiora deiceps equanimius laturū. ¶ Frā. Nil metuas. Jam assueui ꝛ morborū meorū nomē audire ꝛ medici manus auxilium pati. ¶ Auguſti. Duab⁹ adhuc adamantinis dextera leuaq premeris catenis: que neq de morte neq de vita sinunt cogitare: has semper extimui: ne te in interitū agerent: necdum quidem securus sum nec prius ero: q te solutum ac liberum illis effractis abiectisq videro. Neq enī reor impossibile: sed pfecto difficile: alioquin frustra circa impossibilia uersarer. Est autez ut in adamāte frangendo hircinū dicūt sic in huiuscemodi duricie curarum molliēda: sanguis ille miruz imodū efficax: qui cū cor asperum ptigerit: frangit ac penetrat: Tamen id metuo quoniam in hac re: tuo simul opus est ascensu: quē ne prestare possis: siue (ut dicā uerius) ne uelis multum uereor: ne ipse cathenarum circumradians at q oculos mulcens fulgor impediat: ne forte ptingat quod euenturum suspicor: si auarus quispiam aureis catenis vinctus in carcere teneretur solui etiam uellet sed catenas nollet amittere: Tibi autem ea carceris indicta lex est: ut nisi catenas abiceris: solutus esse non possis. ¶ Franciſcus. Heu mihi: miserior eram q putabam: due ne nunc etiā illaqueant animum catene quas ego nō agnosco? ¶ Auguſtinus. Jmmo vo clariſſime: sed earū pulchritudine delectatus: nō catenas sed diuitias arbitraris: euenitq tibi (ut similitudine uersar in eadem) nō aliter q siquis aureis manicis atq compedibus tentus: aurum letus aspiceret: sed laqueos nō videret: Tu quoq nunc apertis oculis que te vincunt vides: sed o cecitas: ipsis ad mortez trahentibus vinculis delectaris: quodq est omnium miserrimuz gloriaris. ¶ Fran. Que nā sunt quas memoras catene? ¶ Aug. Amor ꝛ gloria. ¶ Frā. Prob superi quid audio: has tu ne catenas uocas? has quoq si patiar excuties. ¶ Aug. Hoc molior sed incertus de euentu: Relique enim omnes quibus tenebaris ꝛ fragiliores erant ꝛ inameniores: Jdeoq dum confringerem fauisti: he autē nocendo placent ac fallunt quadaz spe decoris. Jdeoq plus negocij subest: reluctaberis enīz ceu summis te bonis spoliare te uelim: aggrediar tñ. ¶ Franic. Quādo ego de te alia merui ut speciosissimas mihi curas uelles eripere ꝛ tenebris dānare perpetuis serenissimam animi mei partē? ¶ Aug. Ha miser: an tibi phisica illa uox excidit: tum cōsumatum fore miseriarum cumulum: cum opinionibus

potius q̄ occidisse dicēdū est. Ita quoq; quā tuā predicas ducem: a multis te obscenis abstrahens in splendidū impulit baratrū. Quo vo alta spectare docuit: q segregauit a populo: quid aliud fuit q̄ presidentē sibi ꝛ vnius captū dulcedine cōtemptorem rerum omnium studiosoq; negligentez reddidisse? Quo nihil in conuictu hominum scias esse molestius. Jam q innumeris illam te laboribꝰ implicuisse commemoras: hoc vnum uere predicas. Quid autez hic tam magni muneris inuenias cogita: cum multiformes enim sint labores quos declinare non licet: quanta dementia est nouos sponte sectari? At q fame clarioris auidum: per illā te factum gloriaris cōpatior errori tuo: siquidem ex animi tui sarcinis nullā tibi funestiorem esse monstrabo: sed nondum eo peruenit oratio. ¶ Franci
k scus. Promptissimus dimicator comminat ꝛ vulnerat: ego autem ꝛ vulnere ꝛ comminatione promoueor: ꝛ titubare iam graviter incipio. ¶ Augustinus. Quanto grauius titubabis cum grauissimuz vulnus inflixero? Jsta nempe quaz predicas cui omnia te debere asseris: ista te peremit. ¶ Frā ciscus. Deus bone: quibus hoc mihi persuadebitur modis? ¶ Augustinus. Ab amore celestiū elōgauit animum ꝛ a creatore ad creaturam desiderium inclinauit: que vna quidem ad mortem proxior fuit via. ¶ Franciscus. Noli queso precipitare sententiam: deum profecto ut amarem: illius amor prestitit. ¶ Augustinus. At peruertit ordinem. ¶ Franciscus. Quo nam modo? ¶ Augustinus. Quia cum creatum omne creatorij amore diligendū sit: tu contra creature captus illecebris creatorem non quomodo decuit amasti: sed miratus artificem fuisti: quasi nihil ex omnibus formosius creasset: cum tamen ultima pulchritudinū sit forma corporea. ¶ Franciscus. Nanc presentem in testimonium euoco: conscientiamq; meaz facio contestem: me (quod superius dixeram) illius non tam corpus amasse q̄ animā: quod hinc percipies licebit: quoniam quo illa magis in etate progressa est (quod corporee pulchritudinis ineluctabile fulmen est) eo firmior in opinione permansi. Et si eniz visibiliter in uere flos tractu temporis languesceret: animi decus ampliuſ augebatur: gn sicut amādi principium sic incepti perseuerantiam ministrauit: Alioquin si post corpus abijssem: iaz pridē mutandi propositi tempus erat. ¶ Augustinus. Me ne ludis? an si idem animus in squalido ꝛ nodoso corpore habitaret similiter placuisset? ¶ Franci-
l scus. Non audeo quidem id dicere: neq; enim animus cerni potest: nec imago corporis talem spopōdisset: ac si oculis appareret: amarem profecto pulchritudinem animi: deforme licet habentis habitaculum. ¶ Augustinus. Uerborum queris admicula. Si enim non nisi quod oculis apparet amare potes: corpus igitur amasti: nec tamen negauerim animum quoq; illius ꝛ mores flāmis tuis alimenta prebuisse: nimirum cū (uti paulopost dicā) nomen ipsum non nihil: immo uel plurimum furoribus istis addiderit. Cum enim in omnibus animi passionibus: in hac presertim euenit: ut ex minimis fauillis sepe incendia magna ꝓsurgāt. ¶ Frā ciscus. Uideo quo me cogas: ut scilicet cum Quidio fatear: animam cum corpore amaui. ¶ Augustinꝰ. Hoc quoq; quod sequitur fatearis oportet: neutrum te satis sobrie: neutruz amasse quomodo decuit. ¶ Franciscus. Torquēdus tibi suz anteq̄ fatear. ¶ Augustinꝰ. Aliud quoq; te propter hūc amorem in magnas concidisse miserias. ¶ Franciscus. Hoc q̄uis in eculeum sustuleris nō fatebor. ¶ Augustinus. Immo vo sponte tua mox utrūq; fateberis nisi rationes meas interrogationesq; neglexeris. Dic ergo meministi ne puerilium annoꝝ an uero presentium turba sollicitudinum: memoria omnis illius etatis euanuit? ¶ Frāciscus. Ne pe infantia pueritiaq; nō aliter ante oculos meos sunt q̄ dies hesterna. ¶ Augustinus. Meministi: quāt⁹ in illa etate timor dei? quanta mortis cogitatio? quātus religionis affect⁹? quāt⁹ amor honestatis? ¶ Franciscus. Memini profecto doleoq; crescentib⁹ annis decreuisse virtutes. ¶ Augustinuſ. Ego quidem semper extimui ne illum tam intempestiuum florem uernalis aura discuteret: qui si integer illesusq; mansisset mirabilem fructuz suis tē poribus protulisset. ¶ Franciscus. Ne a proposito diuertas: quid eniz hoc ad ea de quibus sermo nobis inceptus erat. ¶ Augustinus. Dicam: pcur M
rere tecum tacitus quando integram tibi sentis recentemq; memoriaz: percurre vniuerse vite tue tēpus: ꝛ ubi tanta morum uarietas incesserit: recordare. ¶ Franciscus. En in ictu oculi trepidātis annorum meorum numerum seriēq; recensui. ¶ Augustinus. Quid reperis igitur? ¶ Frāciscus. Litere uelut ꝓthagore quaz audiuimus: legi non inanem esse doctrinam. Cum enim recto tramite ascendens ad biuium peruenissem modestus ꝛ sobrius ꝛ dexteram iuberer arripere: ad leuā incautus dicam aut contumax deflexi: neq; enim mihi ꝓfuit quod sepe puer legerā. Hic locus est partes ubi se via scindit in ambas: Dextera que ditis magni sub menia ducit. Hac iter Heliseuz nobis at leua maloruz Exercet penas ꝛ ad impia tartara mittit. Nec nimirum quanq̄ ante legissem: non tamē prius intellexi q̄ expertus sum. Ex tunc autē obliquo fordidoq; calle distractus ꝛ sepe retro lachrymans conuersus: dexterum iter tenere non potui: quod cum deseruit: tunc profecto fuerat illa moruz meorum facta cōfusio. ¶ Augustinus. At qua nā hoc etatis tue parte ꝓtigerat? ¶ Franciscus. Medio sub adolescentie feruore: ꝛ si aliquantisper expectas: quotus mihi tunc etatis annus ageretur facile recordabor. ¶ Augustinus. Non tam exa R
ctum calculum requiro quin potius illud edissere quando illius tibi primū mulieris species visa est? ¶ Franciscuſ. Jd utiq; nunq̄ obliuiscar. ¶ Augustinus. Junge igitur tempora. ¶ Frāciscus. Profecto ꝛ illius occursus ꝛ exordium mea vnum in tēpus inciderūt. ¶ Augustinus. Habeo quod uolebam: obstupuisti credo: perstrinxitq; oculos fulgor insolitus. Dicunt enim stuporem amoris esse principiū: hinc est apud nature consciū poetā: Obstupuit primo aspecta Sidonia Dido. Post quod sequitur: Ardet amās Dido: Que q̄uis: ut nosti optime: fabulosa narratio tota sit: ad nature tamē ordinem respexit ille dum fingeret. Sed cum obstupuisses ad illius occursum: cur ad leuam potissimum deflexisti: puto quia declivior videbatur ꝛ latior: dextera enim ꝛ ardua ꝛ angusta est: laborez igitur timuisti. At mulier ista tam celebris quam tibi certissimā ducē fingis: ad superos cur non be

¶ Franciscus. Ego quoq; t curis grauior t etate prouectior factus sum: Itaq; illa ad mortē appropinquāte precucurri. ¶ Augustin⁹. O furor: ex nascendi ordine ordinem mortis arguere. Quid enī aliud orba senectus queritur parentum nisi adolescentium filiorum festinatas mortes? Quid anno se lugent aliud nutrices: nisi infantium suorum anticipatum tempus quos dulcis vite exortes t ab ubere raptos abstulit atra dies t funere mersit acerbo? Si vo paucorum numerus annorum quo illam precedis spem tribuit uanissimam: prius te q̄ furoris tui fomitē esse moriturū: t hunc nature ordinem tibi fingis immobilē. ¶ Frāciscus. Nō usq; adeo immobilem ut contrarium fieri posse sit nescius: sed assidue ne idem aduenīat precor: semperq; de eius morte cogitāti succurrit iste uersus Ouidij: Tarda sit illa dies t nostro serior euo. ¶ Augustinus. Has ineptias amplius audire nō ualeo: quid enim quando pre mori illam posse non ignoras? quid illa moriente dicturus es? ¶ Franciscus. Quid dicturus aliud nisi me presente calamitate miserrimum? Solamen vo ex recordatione transacti temporis habiturum rapiant uenti: tamen ista que loquimur t spargant augurium procelle. ¶ Augustinus. O cece: necdū itelligis quā ta dementia est sic animū rebus subiecisse mortalibus: que eum t desiderij flammis accēdant: nec quietare nouerint: nec permanere ualeant in finē t crebris motibus quem demulcere pollicentur excruciant. ¶ Franciscus. Si quid habes efficacius profer: nunq̄ hoc me sermone terrueris: neq; enim: ut putas: mortali rei animū addixi: nec me tam corpus noueris amasse q̄ animam: moribus humana transcendentibus delectatum quorū exemplo qualiter inter celicolas viuatur admoneo. Itaq; si (quod solo torquet auditu) me prior moriens illa desereret: quid agerem interrogas: cum Lelio Romanorum sapientissimo proprias miserias consolarer: virtutem illius amaui que extincta non est: hec dicerem atq; alia que illum dixisse audio: post eius interitum quem miro quodā amore dilexerat. ¶ Augustinus. Inexpugnabili erroris arce consistis: vnde te deijcere non ocios⁹ labor est: Et quoniam ita te affectū video ut multo patiētius auditurus sis quicquid de te q̄ de ipsa liberius dicetur: mulierculam tuā quā talibus laudibus cumules licebit: Nihil enī aduersabor Sit regina: sit sancta: sit dea certe an phebi soror: an nympharum sanguinis vna? Ingens tamen ei⁹ virtus: minimum tibi ad excusationem erroris cō ferret. ¶ Franciscus. Quid noui litigij oriaris experior. ¶ Augustinus. Dubitari non pōt quin pulcherrima sepe turpiter amentur. ¶ Franciscꝰ. Jam ad hec supra responsum est: Si enim amoris in me regnantis facies cerni posset: eius vultꝰ (quē licet multum tamen debito partius laudaui) non absimilis videretur: hec mihi coram quo loquimur testis est: q̄ in amore meo nil vnq̄ turpe: nil obscenum fuerit: nil denīq; preter magnitudinē culpabile: Adde modum: nihil pulchrius excogitari queat. ¶ Augustinus. Possum tibi Tulliano uerbo respondere: modum tu queris vitio. ¶ Franciscus. Nō vitio sed amori. ¶ Augustinꝰ. Et ille cū id diceret: de amore loquebatur: Locum tenes? ¶ Frāciscus. Quid ni in Tusculano hec legi: uerum ille de communi amore hominum sentiebat: in me autem singularia quedam sunt. ¶ Augustinus. Enimuero idem de se alijs fortasse videat: uerumq; est: tum in alijs: tum in hac precipue passione: q̄ vnus quisq; suarum rerum est benignus interpres. Nec inepte illud: a plebeo licet quodam poeta: dictum laudatur: Suam cuiq; sponsam: mihi meam: suum cuiq; amorem: mihi meum. ¶ Franciscus. Vis ne si tempus suppetit pauca de multis exponam: que te in admirationē stuporemq; compellant? ¶ Augustinus. Me ne putes ignorare: q̄ qui amant ipsi sibi somnia fingunt? omnibus scholis notissimū carmen est: Leterum ex ore eius piget has insanias audire: quē decet altius t sapere t loqui. ¶ Frāciscus. Unum hoc (seu gratitudini seu ineptie ascribendum) non fileo: me quantulum cunq; conspicis: per illam esse: nec vnq̄ ad hoc si quid est nominis aut glorie fuisse uenturum: nisi virtutū tenuissimam sementem quam pectore in hoc natura locauerat: nobilissimis his affectibus coluisset. Illa iuuenilem animum ab omni turpitudine reuocauit vnco q̄: ut aiunt: retraxit: atq; alta compulit spectare. Quid ni enim in amatos mores trāsformare: at q̄ nemo vnq̄ tam mordax cōuitiator inuētus est: qui huius famam canino dente cōtingeret: qui dicere auderet (ne dicam in actibus eius sed in gestu uerborū) reprehensibile aliquid se vidisse. Ita qui nihil intactum liquerant: hanc mirantes uenerantesq; reliquerunt. Minime igitur mirum est: si hec tam celebris fama: mihi quoq; desiderū fame clarioris attulit laboresq; durissimos quibus optata consequerer molliuit. Quid enim adolescens aliō optabam q̄ ut illi uel soli placerem que mihi uel solā placuerat. Quid ut mihi contingeret spretis mille uoluptatum illecebris: quot me ante tempus curis laboribus q; subiecerim nosti: t iubes illam obliuisci uel partius amare: que me a vulgi cōsortio segregauit: que dux viarum omnium: torpenti ingenio calcar admouit: ac semisopitum animum excitauit. ¶ Augustinus. Infelix: q̄to satius fuerat tacere q̄ loqui: q̄uis enim uel in silentio talem te introrsus aspicerem: assueratio tamen ipsa tā pertinax bilem stomachumq; percussit. ¶ Franciscꝰ. Cur queso. ¶ Augustinus. Quia falsum opinari ignorantis est: falsum impudenter asserere: ignorantis pariter t superbi. ¶ Franciscus. Quid me tam falsum uel sensisse uel pertulisse confirmas? ¶ Augustinꝰ. Nempe vniuersa que memoras primum omnium ubi ais: te quod es per illam esse: si sic intelligis ut hec esse illa dederit: mētiris haud dubie. Si uero sic ut non amplius esse permiserit: uerum dicis. O quantum iurgium euadere poteras: nisi illa te forme blanditijs retraxisset. Quod es igitur: nature bonitas dedit: quod esse poteras ille preripuit: immo tu tibi potius abstulisti. Illa enim innocens est: forma qdē tibi visa est tā blāda tā dulcis: ut in te omnes ex natiuis virtutum seminibus prouenturam segetem ardentissimi desiderij estibus t assiduo lachrymarum imbre uastauerit. Q; autem te ab omni turpitudine illa retraxerit: falso gloriatus es: retraxit forsan a multis: sed in maiores impulit erumnas. Enimuero neq; uarijs sordibus obscenam viam declinare monuit: si in precipitium perduxit: nec que minutiora sanās ulcera: letale interiꝫ iugulo vulnus iflixit: liberasse

bellum:par rursum:Recognoscis in illius uerbis insanias tuas precipueq; zelum:quem sicut inter passiones amor:sic in hac parte peste:primas partes obtinere non ambigitur.Sed occurres forsitan & dices:Hoc ita esse non inficior:sed aderit ratio:cuius hec vita temperetur arbitrio.Jam ita te responsurum ille prouideat:ubi addidit:Jncerta hec:si tu postules ratione certa facere:nihilo plus agas:q; si des operam ut cum ratione insanias. Hoc equidem dicto qđ absq; dubitatione uerissimum sentis:omnibus(nisi fallor)euasionibus tuis obuiatuz est.He atq; huiuscemodi sunt in amore miserie:quarum accurata dinumeratio nec exp to necessaria nec credibilis inexperto. Illa tamen est omnium precipua(ut ad propositum reuertar) q; dei suiq; pariter obliuionem parit.Quomodo enim tot malorum molibus incuruatus anim⁹ ad illum vnum purissimumq; ueri boni fontem reptando ueniet?Que cuz ita sint mirari iaz desine nullam uehementiorem animi passionem Tullio visam esse.CFran.Victus suz fateor:qm̃ cũcta que memoras de medio expientie libro mihi videris excerpsisse.Jtaq; libet:qm̃ Terentiani Eunuchi mẽtionem feci sti:ex eodem loco sumptã inseruisse querimoniam.O indignum facinus:nũc ego me miserum sentio & tedet & amore ardeo:& prudẽs sciẽs:viuus videsq; pereo:nec quid agam scio.Libet & eiusdem poete uerbis a te cõsilium flagitare proinde dum tempus est etiam atq; etiam cogita.

R CAugu. Ego quoq; Terẽtianis tibi responsum uerbis dabo. Que enim res in se neq; consilium neq; modum habet ullum :eam consilio regere nõ potes. CFran.Quid igiẽ faciam:desperabimus ne?CAugu.Omnia prius tẽptanda sunt:Quod autem nũc probati cõsilij mihi sit:breuiter accipe. Nosti de hac re nõ tãtũ ab egregijs philosophis singulares tractatus:sed ab illustribus etiaz poetis:integros libros esse cõpositos:qui ubi naz que rendi qualiter ue sint intelligẽdi:tibi presertiz qui harum rerum magisterium profiteris:ingerere in iurioſuz fuerit:qualiter aũt lecta intellectaq; in salutem tuam uertenda sint:admonuisse forsitan nõ erit alienum. Primum igitur quod ait Licero:nõ nulli ueterem amorem nouo amore tanq; clauum clauo excutiendum putãt.Cui cõsilio & magister amoris Naso cõsentit:regulam afferens generalem:Q; successore nouo vincitur omnis amor:& p culdubio sic est:disgregatus eniz & in multa distractus animus:segnior fertur ad singula.Sic Hanges(ut aiunt)a rege Persarum innumerabilibus alueis distinctus:atq; ex vno alto metuendoq; flumine:in multos spernẽdosq; riuulos sectus est:sic sparsa acies penetrabilis hosti redditur:sic diffusum lentescit incẽdium. Deniq; omnis vis ut vnita crescit:sic dispersa minuitur.At cõtra quid hic mihi videatur intellige.Ualde siquidem metuendum est ne dum ex vna eaq; (si dici fas est)nobiliori passione subtraberis:dilabaris in plurima & eramãte mulierosus:uagus & istabilis fias.Meo nempe iudicio si ineuitabiliter pereũdum:sit nobiliori morbo perijsse solatium est.Quid igitur cõsulam queris?colligẽ animum & effugere si possis ac de carcere in carcerem migrare non improbo: Spes enim forsan in transitu libertatis sucrit aut lenioris imperij.Ereptuz vo vni iugo:collum per infinita sordidorum seruitiorum genera circumferre:non laudo.CFran.Pateris ne medico perorã te egrum morbi sui consciũm aliquid interloqui? CAugu.Quid ni patiar?multi enim egrotantis uocibus quasi quibusdaz indicijs ad inquisitionẽ opportuni remedij penetrarunt.CFran. Hoc igitur vnuz scito:me aliud amare non posse.Assuenit animus illam adamare:assueuerunt oculi illam intueri:& quicquid non illa est:inamenum & tenebro suz dicunt.Jtaq; si aliã amare iubes:ut sic ab amore liberer:impossibilem mihi conditionez obijcis: actum est perij.CAugu.Sensus hebet & appetitus obtorpuit:nihil ergo cum admittere ualeas introrsum:exteriora tibi remedia adhibenda sunt: Potes ne igitur in animũ inducere fugam exiliuz ue: & notorum locorũ caruisse conspectu?CFrã. Licet tenacissimis vncis trahar:possum tamen.

CAug.Si hoc potes saluus eris.Quid ergo aliud dicam nisi virgilianuz uersiculum paucis imutatis:Heu fuge dilectas terras fuge litt⁹ amatuz? Quõ enim vnq; his in locis tut⁹ esse poteris:ubi tam multa vulnerum tuorum extant uestigia:ubi & presentium conspectu:& preteritorum recordatione fatigaris?Ut igitur idẽ ait Licero:Loci mutatione tanq; egroti iã cõualescẽtis curãdus eris.

CFran.Uide oro quid p̃cipis:quotiens enim cõualescẽdi auidus:atq; huius cõsilij nõ ignarus:fugam retẽtaui & licet uarias simulauerim causas: vnus tñ hic semp peregrinationum rusticationumq; mearum omnium finis erat libertas.Quam sequens per occidẽtem:& per septẽtrionem & usq; ad oceani terminos:lõge lateq; circũactus sum:qđ quantum mihi profuerit vides.Jtaq; sepe animũ tetigit Uirgiliana cõparatio:qualis cõiecta cerua sagitta:quam procul incautam nemora inter Creſsea fixit pastor agẽs telis:liquit uolatile ferrum. Nescius illa fuga siluas saltusq; pagrat Dicteas: heret lateri letalis arundo. Huic enim ceruo non absimilis factus sum:fugi enim sed malũ meũ ubiq; circũferẽs.CAug. Qđ a me nũc postulas ipse tibi respõdisti.CFrã.Quo pacto?CAugu.Quia malũ suũ circũferenti:locoz mutatio laborem cumulat:nõ tribuit sanitatem.Põt ergo tibi nõ ipso prie dici qđ adolescẽti qui pegrinationem nil sibi ꝓfuisse querebat:Respõdit Socrates:Tecũ eniz inquit pegrinaberis:tibi qdem in p̃mis sequestrãda uetus hec curarũ sarcina & preparãdus est animus:tum deniq; fugiẽduz.Hoc enim nõ in corporibus modo:sed in animis quoq; cõpertuz est:qđ nisi in patiẽte sit dispositio:virtus est agẽtis ineffi cax.Aliogn ad extremos Jndoz fines penetrare qdem poteris:semp Flaccum uera locutũ fateberis:ubi ait:Celum nõ aium mutãt:qui trãs mare currunt.CFrã.Miro modo perplexus sum.Tu eniz cũ mihi curãdi sanãdiq; animi documẽta prebes:curãdum p̃us sanãdũq; predicas:ac deinde fugiẽdum.Atqui de hoc ipso aius dubitat q̃liter sit curãdus.Si enim curat⁹ est:qd ultra queritur? Si aũt incuratus:ubi locoz mutatio?quod tuipse astris nõ adiuuat:dic exp̃sius:qbus remedijs utẽdum est?CAug.Nõ curãdum sanãdũq;:sed preparãdum dixi aium.Ceterum siue curat⁹ erit & poterit locoz mutatio perennem sanitatem cõseruare:siue nondum curatus:sed preparat⁹ tñ & ipsam eãdem afferre põt.At si neutrũ:qd nisi doloris ir

sitantem trepidumq; direxit: ⁊ quod cecis fieri solet: manu apprehensum non tenuit: quo ⁊ gradiendum foret admonuit? ¶ Frāciscus. Fecit hoc illa quātū potuit: qd eni aliud egit cū nullis mota pci cib⁹: nullis victa blāditijs muliebrē tenuit decorē ⁊ aduersus suam simul ⁊ meā etatē: aduersus multa ⁊ uaria que flectere adamantium licet spiritum debuissent inexpugnabilis ⁊ firma permānsit. Profecto animus iste femineus: quid virus decuit admonebat: prestabatq; ne mihi insectando pudicitie studio (ut uerbis utar Senece) uel exemplum esset uel conuitium: postremo cum lorifragum ac precipitem videret: deserere maluit q̄s sequi.

D ¶ Augustinus. Turpe igitur aliquid interdus uoluisti: quod supra negaueras. At iste vulgat⁹ amātium: uel ut dicam uerius: amentium furor est: ut oib⁹ merito dici possit: Uolo nolo: nolo uolo: uobis ipsis quid uelitis aut nolitis ignotum est. ¶ Franciscus. Incautus in laqueum offendi: si quid tamē olim aliter forte uoluissem: amor etasq; coegerunt nunc quid uelim ⁊ cupiam scio: firmauiq; iam tandem animum labentem. Contra autem illa propositi tenax ⁊ semper vna permansit: quā constantiam femineam: quo magis intelligo: magis admiror. Idq; sibi consilius fuisse: si vnq̄s dolui gaudeo nunc ⁊ gratias ago. ¶ Augustinus. Semel fallēti: non facile rursus fides habenda est: Tu prius mores atq; habitum vitamq; mutaueris: q̄s aium mutasse persuadeas: mitigatus forte si tuus leniterq; ignis extinctus non est. Tu uero qui tantum dilectioni tribuis: non aduertis illam absoluendo quantum te ipse condemnes. Illam fateri libet fuisse sanctissimam dum te insanum sceleratumq; fateare. Illam quoq; felicissimam: dum te eius amore miserrimum: hoc enim si recordaris: inceperas.

P ¶ Franciscus. Recordor equidem: atq; id ita esse negare non ualeo: ⁊ quo me sensim deduxeris cerno. ¶ Augustinus. Ut cernas: apertius animum intende: Nihil est quod eque obliuionem dei contemptum ue pariat: q̄s amor rerum temporalium: iste precipue quem proprio quodam nomine amorem: ⁊ (quod sacrilegium omne transcendit) deus etiam uocant: ut scilicet humanis furoribus excusatio celestis accedat: fiatq; diuino instinctu sceleris immane licentius. Nec mirari conueniat tantum posse hunc effectus in pectoribus humanis: ad reliqua enim visa rei species ac sperata fruendi delectatio: ⁊ proprie uos mentis ipetus rapit. In amore autem ⁊ huius simul ⁊ mutuus preterea succedit affectus: qua spe prorsus amota: amorem ipm lentescere oportet: Sicut cum alibi ametis dumtaxat: hic etiam redamantiū alternisq; uelut stimulis mortale pectus impellitur: ut non frustra Cicero noster dixisse videatur: q̄ oibus ex animi passionibus: profecto nulla est amore uehementior: ual de equidem certus erat: ubi adidit profecto: is qui iam libris quatuor Academiam vidit de omnibus dubitantem. ¶ Franciscus. Notaui sepius illum locum: ⁊ miratus sum q̄ ita uehementissimā hanc ex omnibus passionibus dixerit. ¶ Augustinus. Minime mirareris nisi quia animum inuasit obliuio. Ceterum breui admonitione in multorus malorum memoriam reuocandus es. Cogita nūc ex quo mentem tuam pestis illa corripuit: q̄s repēte totus in gemitū uersus es miseriarū ⁊ peruenisti ut funesta cum uoluptate lachrymis ⁊ suspiriis pasceris: cum tibi noctes insomnes ⁊ pernox in ore dilecte nomen: cum rerum omnium contemptus viteq; odium: ⁊ desiderium mortis tristis ⁊ amor sollicitudinis atq; hominum fuga: ut de te non minus proprie q̄s de Bellerophonte illud Homericum dici posset: Qui miser in campis merens errabat amenis. Ipse suū cor edens hominū uestigia vitans. Huic pallor ⁊ macies ⁊ langue-scens ante tempus flos etatis'. Tum graues eternumq; madentes oculi: tum confusa mens ⁊ turbata quies in somnis ⁊ dormientis flebiles querele ac uox fragilis: luctu rauca: fractusq; ⁊ interruptus uerborum sonus: Et quicquid tumultuosius aut miserius fingi potest. Hec ne tibi videntur signa sanitatis? Quid q̄ illa tibi festos lugubresq; dies inchoauit ⁊ clausit? Illa adueniente sol illuxit: illaq; obeunte nox redijt: illius mutata frons tibi animum mutauit ⁊ mestus pro illius uarietate factus es: Deniq; totus ab illius arbitrio pepēdisti. Scis me uera ⁊ vulgo etiā nota memorare Quid autem insanius q̄s non contentum presenti illius vultus effigie: vnde hec tibi cuncta prouenerant: aliam fictam illustris artificis ingenio quesiuisse: quam tecum ubiq; circumferens: haberes materiam semper immortalium lachrymarum: ueritus ne fortasse arescerent irritamenta earum? Omnia vigilantissime cogitasti: negligenter incuriosus in reliquis. At ut omnium delirationum tuarum supremum culmen attingam: ⁊ quod paulo ante comminatus sum pergamus. Quis digne satis execretur aut stupeat hanc alienate mētis insaniam: cum non minus nominis q̄s ipsius corporis splendore captus: quicquid illi consonum fuit incredibili uanitate coluisti? Quā ob causas tātopere siue Cesaream siue poeticam lauream q̄ illa hoc nomine uocaretur adamasti: ex eoq; tempore sine lauri mentione: vix ullum tibi carmen effluxit: Nō aliter q̄s si uel Penei gurgitis accola: uel Cirrhei vticis sacerdos existeres. Deniq; qa Cesaream sperare fas nō erat laureā poeticā quā studioz tuoz tibi meritū ꝓmittebat: nihilo modesti⁹ q̄s dñam ipaz adamaueras ⁊ cupisti: Ad quas adipiscēdas: q̄s q̄s alijs ingenijs subuectus: quanto tū cū labore pueneris: tecum ipe recogitans phorescens. Nec me latet gn respōsioni paratus ⁊ adhuc hiscere meditantē video qd tibi nūc in aio uersēt. Cogitas nēpe te his studijs aliquāto pus ēt q̄s arderes deditus fuisse poeticū q̄s illud tibi decus ab annis puerilib⁹ aium excitasse: qō ego gdē nec ifficior nec ignoro: uer enimuero ⁊ multis retro sclis obsolefact⁹ mos atq; hec etas studijs talib⁹ aduersa ⁊ lōgaz discrimina viarū: quib⁹ usq; ad limē nō carceris mō sed mortis accessisse: aliaq; nō minus violēta fortune obstacula ꝓpositū retardassēt seu forsitā irritassēt: nisi p̄dulcis noīs memoria iugiter aium iterpellās: ceteris curarū sarcinis excussis per terras ⁊ maria iter tot difficultatus scopulos: Romam te Neapoliq; traxisset: ubi tandem q̄ tanto ardore cupiebas adeptus es. Que omnia si tui mediocris furoris argumenta videantur: ipse ego non mediocriter furere certus ero. Jam vō sciens illa pretereo: que ex Eunucho Terentij imitari nō puduit Ciceronem: ubi ait: In amore hec oia insūt vitia: Iniurie: suspitiōes inimicitie: inuidie

ab infātia pene mihi familiariter noti erās. ¶Au. Quid multa nosse p̄fuit: sed ea necessitatib⁹ tuis accōmodare ne sciuisti? Ego quidē eo magis insectāda solitudine errorē tuum admiratus sum: q̄ z auctoritates veterū aduersus id noueras z nouas addideras: Nihil enim tibi p̄odesse solitudinem sepe conquestus es: quod cū multis in locis: tum in eo p̄sertim poemate: quod de statu tuo luculentissime ceciniſti: cuius ego dulcedine interim dum caneres delectabar: stupebamq̄ quid ita medias inter animi p̄cellas: ex ore insani tā dulcisonum carmē erūperet: aut qs amor musas cohiberet: ne a cōsueto domicilio tātis turbinibus offense tantaq̄ hospitis alienatione diffugerent: Nā q̄ ait Plato: frustra poeticas fores cōpos sui pepulit. Quodq̄ ei⁹ successor Aristoteles nullū magnū ingeniū sine mixtura dementie alio spectat: ne ad istas insanias referendum est: Sed de hoc alias. ¶Fran. Ego ita esse fateor: sed me dulce aut tibi iure placiturū aliquid ceciniſſe nō putabam: Nūc amare carmē illud incipio. Si quid aūt alterius remedij hēs oro ne subtrahas egēti? ¶Au. Omnia que noris explicare ostētantis se potius q̄ amico p̄sulentis est: Neq̄ enim tā multa remedioruz genera interius z exterius morbis inuēta sunt: ut in quolibet cūcta temptētur: qm̄ ait Seneca ad Lucilīū: Nihil eque sanitatē impedit q̄ remediorū crebra mutatio: nec uenit vulnus ad cicatricez in quo diuersa medicamēta tēptant: sed ut altero infeliciter succedēte ad aliō recurratur. Itaq̄ q̄uis multa z uaria morbi huius medicamenta sint: pauca tamē inseruisse p̄tentus ero eaq̄ potissimū que tibi magis ex oibus p̄futura p̄fido nō ut aliqd noui te doceā: sed ut ex notis z vulgatis oib⁹ qd mihi efficacius videat itelligas. Tria sunt (ut ait Cicero) que ab amore animū exterrent: Satietas: Pudor: Cogitatio. Possent plura: possent z pauciora numerari: sed ne a tanto auctore digrediar tria eē fateamur. De primo superuacuū est loq: q̄n ipossibile iudicabis tibi ut res se habet: satietatē amoris ullā posse cōtingere: At si appetit⁹ rōni crederet z ex preteritis futura pēsaret: facile fatereris q̄tūlibet dilecte rei nō satietatē mō sed fastidiū z nauseam posse surripere. Uerū quia cōpertū habeo me hoc tramite frustra niti: q̄ z si satietatē fore possibilē: z ubi assit amorē necare p̄cedas ab ardentissimo tū desiderio tuo q̄ longissime hanc abesse p̄tēdes: egoq̄ ipe p̄sentiā. Supereſt ut de duobus reliquis attingam. Hoc mihi sicut arbitror nō negabis ingeniū quoddā z pōderosū aium tibi tribuisse naturā. ¶Fran. Nisi in p̄pria causa fallor: usq̄ adeo id uerū est: ut sepe grauiter tulerim: q̄ nec se rui satis p̄uenirē: nec seculo: in quo ut vides impudētiū sunt oia: honores: spes: opesq̄: qbus z virtutes cedūt z fortuna. ¶Au. Nō vides igit quātū inter se ista discordant: amor z pudor? Dū ille aiuz urget: hic cohibet: Ille calcar incutit: hic frenū stringit: Ille nihil attendit: hic vniuersa circumspicit. ¶Fran. Uideo nimirū multo cū dolore distrahi tā diuersis affectibus: Ita enim alternis horis insultāt: ut mō huc mō illuc turbine mētis agiter: quem toto sequar ipetu nōduz certus. ¶Aug. Dic p̄cor bona cū uenia: vidisti ne te nup in speculo? ¶Fran. Quid hec q̄so sibi vult q̄stio? Et soleo qdē. ¶Au. Utinam neq̄ crebrius neq̄ curiosius q̄ satis est: Quero aūt ex te: nōne vultū tuū uariari indies vides singulos: z iter micātes tpibus canos aīaduertisti? ¶Fran. Putabā te singulare aliqd uelle dicere: Ista vo cōia sunt oibus qui nascunt adolescere: senescere: interire. Animaduerti in me q̄ō in coetaneis meis fere oibus: nescio eniz quo mō senescūt hoies hodie citius q̄ solebāt. ¶Aug. Neq̄ aliorū senectus iuuētutē tibi: neq̄ alior mors imortalitatē tribueret. Leteris igit obmissis ad te redeo. Quid ergo: mutauit ne aium ulla ex pte corpis p̄specta mutatio? ¶Fran. Concussit utiq̄ sed non mutauit. ¶Aug. Quid autē tūc tibi ai fuit aut qd dixisti? ¶Fran. Quid aliud putas q̄ illud Domitiani p̄ncipis: Forti aio fero comā in adolescentia senescētē. Tāto igitur exēplo pauculos canos meos ipse solat⁹ sū: Lesariq̄ regē adiūxi. Numa qdē Popili⁹ q scōz iter Romanos reges diadema sortit⁹ est ab adolescētia canus dī fuisse. Nec poeticū defuit exēplū: siqdē Uirgili⁹ nr̄ in Buccolicis que xxxij. etatis anno scripsisse eū cōstat: sub p̄sona pastoris de seipso loquēs ait: Cādidior postq̄ tōdenti barba cadebat. ¶Aug. Ingēs tibi exēploruz copia est tāta utinā eor que cogitationē mortis ingererēt: Nec eni que canos appropinquātis testes senectutis mortisq̄ p̄nūcios dissimulare docēt exempla nō approbo. Quid eni aliō suadēt q̄ lapsū etatis negligere z supmi tpis obliuisci? Cui⁹ ut semper memineris totius nr̄i colloquij finis ē: Tu vo cū ad canicie iubeo respicē canor illustriū virorū turbā p̄fers. Quid ad rem utiq̄ si imortales illos fuisse diceres: hēres quor exēplo canicie nō timeres. Q̄ si tibi caluicie obiecissē: puto Julīū Cesarē ptulisses in mediū. ¶Fran. Nō aliū p̄fecto: qd eni illustri⁹ potuisse? Est aūt (nisi fallor) grāde solatiū tā claris sceptū eē comitib⁹. Itaq̄ fateor taliū exēplorū: uelut q̄tidiane supellectilis usuz nō reijcio. Juuat eni nō mō i his icomodis: q̄ mihi uel nā tribuit uel casus: sed in his ēt que tribuere possēt: habere aliqd in ꝓmptu: quo me soler: qō p̄seq nō possuz: nisi uel rōne vivaci: uel exēplo charissimo. Si mihi igit exp̄obrasses q̄ aduersus fulminis fragorē timidior sim: ga id negare nō possez (Est eniz hec mihi nō ultia cā lauri diligēde: q̄ arborē hāc non fulminari tradit) rīdisse Augustū Cesarē eodē morbo laborasse. Si cecū dixisses: z id uerū foret appij ceci z Homeri poetar p̄ncipis. Si monoculū: Hānibalis Penor ducis: aut Philippi macedonū regis clypeo usus eēz: Si surdastrū: marci Crassi. Si caloris ipatientē: alexādri macedonis Logū est per cūcta discurrere: z ex his cetera colligis. ¶Aug. Apte qdē: neq̄ supeller hic exēplor displicet: mō nō segnicie afferat sed metū memorē q̄ diu discutiat: laudo qcqd id est: pp qō nec aduē tātē metuas senectutē: nec pūtez oderis. Quicqd vo nō eē senectutē hui⁹ lucis exitū suggerit nec de morte cogitāduz: sūmopere detestor atq̄ execror. Rursus p̄cipitatā equo aio tolerare canicie: bone idolis idiciū est legitime aūt senectuti morulas nectere: annos etatis subducere: canos nimie celeritatis arguere: eosq̄ uel occultare uel uellere: demētia: q̄uis cois: tū ingens est. Nō videtis o ceci quāta uelocitate uoluūt sydera: quor fuga breuissime vite tps deuorat atq̄ cōsumit: z miramini senectutē ad uos uenire: quā diez oium rapidissim⁹ cursus uehit. Duo sunt que uos in hac ineptias co

ritamēta pstabit ista mutatio: ⁊ de loco in loca creb̄a iactatio: Non desinam Flacco teste uti: ratione inquit ⁊ prudentia: curas non locus effusi late maris arbiter aufert. Et uere sic est: Ibis enim spe plenus ⁊ desiderio reuertēdi: oēs animi laqueos tecū trahens ubicūq; fueris quocūq; te uerteris: relinque uultum ⁊ uerba cōtemplaberis. Et quod est amātium infame priuilegiū: illam absentem absens audies ⁊ videbis ⁊ putas amorē his subter fugijs extinguē? Mihi crede iardescit utrūq; potius: hinc ab amoris auctorib⁹ inter multa precipit interponēdas amantibus nōnunq; breuis absītie morulas ne vicissim fastidio forte presentie ⁊ assiduitate vilescant: Hoc igitur moneo: hoc suadeo: hoc iubeo: edocēdo animū deponere que premūt Atq; ita sine spe reditus abeundum: tūc intelligis quid in sanandis animis possit absentia. Quod si locum corpori tuo grauem pestilentemq; fortitus ppetuis illic morbis inquietam vitam ageres: non ne irrediturus effugeres? nisi forte (qđ ualde permetuo) q̄ maior est homib⁹ corporis cura q̄ animi. ¶ Frā. De hoc qđ viderit humanū genus: de eo aūt pfecto nihil est dubij: gn si loci vitio in morbos incidissem: salubrioris eos loci mutatione depellerē. Jdēq; uel multomagis de animi morbis optarē. Sz hec ut video: difficilior cura ē. ¶ Au. Hoc utiq; falsū est: magnor pbor psentit auctoritas. Jdq; hinc liquet q̄ morbi animi omnes curari pñt: nisi eger obluctet: corporei aūt nulla arte curabiles multi sunt. Letet (ne nimis abstrahar ab incepto) in snia pfisto: pparando ut dixi animū instruendūq;: dilecta relinquere: nec in tergū uerti: nec assueta respicere: ea demū amāti peregrinatio tuta est. Jdq; tibi (si saluā cupis aiaz tuā) noris eē faciendū. ¶ Fran. Ut quecūq; dixisti pcepisse mesentias: Jmparato aio peregrinationes nil conferunt: paratū sanāt: sanūq; custodiūt. Hec ne triplicis tui dogmatis summa est? ¶ Au. Profecto nō alia ⁊ bñ diffusius dicta perstringis. ¶ Fran. Et qui prima duo sic esse si nullus ostenderet ex meipso perpēderem: tertiū vo quid sanato iā ⁊ in tutum pducto aio: abītia opus sit nō intelligo: nisi forte recidiue met⁹ hec suaserit ut diceres. ¶ Aug. Jd ne tibi modicū videt: qđ si in corporibus: quanto magis in animis formidādū est: multoq; leui⁹ periculosiusq; reuertitur adeo ut vir qdem pm nām salubrius a Seneca dictū sit: q̄ q̄ in epl'a quadaz ait: Siqs amorē exuere conat: vitanda est ois admonitio dilecti corpis: Et subijcit rōnem: Nil eni facilius recrudescit q̄ amor. O uerissimū ⁊ ex intimis experiētie penetrabilib⁹ erutū uerbū. Jn qua re nullū añ te testē citaueriz. ¶ Frā. Uerū id eē fateor: at si aduertis nō de eo qui iā exuit: sed de eo qui exuere conat: ista dicunt. ¶ Aug. De eo dixit ubi propius periculū est. Jn quocūq; enim vulnere ante cicatricē atq; in morbo quolibet ante sanitatē formidabilior est ois offensio: nec tñ ⁊ si ante periculosior sit postea in tuto ptēnit. Et qm altius in aios penetrāt exēpla domestica: quotiens tuipse qui loqueris: in hac ipsa ciuitate que maior tuo rū oiuz: nō dicā causa sed officina est postq; tibi cō ualuisse videbaris ⁊ magna ex pte qualueras si fugisses per vicos notos incedēs: ac sola locor facie admonit⁹: ueterū uanitatū ad nullius occursuz stupuisti: suspirasti: substitisti. Deniq; vix lachrymas tenuisti ⁊ mox semisauci⁹ fugiēs dixisti tecū. Agnosco i his locis adhuc latere: nescio q̄s antiq hostis isidias: relige mortis hic hitabāt. Jtaq; si me audis quanq; san⁹ eēs: a q̄ lōgissime qđē abes: in his locis hitare diuti⁹ nō foret pfiliū. Neq; enim quenit vinculis obsessū circa carceris fores oberrare: cui⁹ dñs isōni studio circuit: laqueos disponēs illorū pedib⁹: presertim quos effugisse querit: cui⁹ oi tpe limē apertū est: facilis descensus auerni. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Que si sanis ēt: ut dixi: quāto accurati⁹ puidēda sunt his quos adhuc morb⁹ nō deseruit: Hos seneca duz hoc diceret respexit: maioriq; piculo pbuit pfiliū. Illos enī cōmemorare supuacuū erat qui in medijs torrent ardorib⁹ qui de salute nō cogitāt: primū gradū attigit eor qui ardent adhuc: sed flāmas exire meditantur. Nocuit multis ad sanitatem redeuntibus: parcissimus haust⁹ aque: qui añ egritudinē pfuisset. Sepe fatigatū leuis mot⁹ ipulit: qui viri⁹ itegrū nō mouisset. Q̄ minima sūt interdū que aium emergēte in sūmas miserias repellūt. Conspecta in alteri⁹ tergo purpura ambitionē renouat Ulisus nūmor aceru⁹ auaritiā integrat. Spectata corporis spēs luxuriā icēdit. Leuis oculor flex⁹: amorē dormitāte excitat. Ne nimirū pestes facile in aios pp nr̄am demētiā ueniūt: Ac postq̄ semel iter didicerūt: multo facilius reuertunt. Que cuz ita sint: nō tātū loc⁹ pestiferus relinquēdus: sed qcqd in pteritas curaſ aium retorquet: sūma tibi diligētia fugiēdū est ne forte cū Orpheo ab iferis rediēs retroq; respiciēs: recupatā pdis sanitatē: hec nr̄i pfilij sūma est. ¶ Frā. Amplector ⁊ gras ago sētio eniz lāguori meo psentaneū esse remediū: fugāq; iā meditor: sz q̄ potissimū cursuz dirigā incert⁹ sū. ¶ Au. Multe tibi vndiq; patēt vie: multi por t⁹ i circuitu. Scio tibi in pmis Jtaliā placēt ⁊ natalis soli ilsitā eē dulcedinē. Nec imerito: Naz neq; Medorū silue ditissima terra: Nec pulcher Hanges atq; auro turbidus Hermus: Laudib⁹ Jtalie certēt: Nō Bactra neq; Jndi: Totaq; thuricremis Pachaia pinguis arenis. Qđ qđē ab egregio poeta nō. min⁹ve dictū q̄ diserte: nup tu ad amicū scripto poemate lati⁹ extendisti. Italiā igit suadeo q̄ morib⁹ icolarū celoq; ⁊ circūfusi maris ambitu ⁊ intersecātis oras Apenini collibus ⁊ oiuz locorū situ nulla usq̄ statio curis tuis opportūior futura sit. Ad vnū vo ei⁹ angulū te artare noluerīz. J mō felix quocūq; te refert aius. J secur⁹ ⁊ ppera nec in tergū deflexeris: pteritor obliuiscēs: in anteriora cōtēde. Nimis diu iā ⁊ a patria ⁊ a teipso exulasti: tps est reuertēdi. Ad ue sperascit enim ⁊ nox est amica pdonib⁹: vbis tuis te cōmoneo. Restat vnū qđ pene iā oblit⁹ erā: Tā diu cauendā tibi solitudinē scito: donec sētias morbi tui nullas supersse reliqas. Ubi eniz rusticationes nihil tibi pfuisse memorasti: minime mirari decuit. Quid remedij q̄so i rure solitario ac reposto reperire crederes? Fate or sepe dū solus es: fugeres suspirās urbēq; respectās: irrisi ex alto ⁊ dixi mecū: En ut huic misero letheā amor intulit caliginē ⁊ pueris oib⁹ notissimo rū uersuū abstulit memoriā: morbuz fugiēs currit ad mortē. ¶ Frā. Recte tu qđē: Sed quor uersuū mētionē facis? ¶ Au. Nasonis sūt: Quisqs amas loca sola nocēt: loca sola caueto. Quo fugis: in populo tutior esse potes. ¶ Fran. Recordor optime

biberint feminei corpis feditatez: de qua loquor: sat viriliter (ne dicã satis pstãter) examinẽt: facile relabunt ai: z urgẽte natura: in eã potissime ptẽ re cidũt: in qua diutissime pepẽderũt. Jd ne accidat: supremo studio puidẽdum est. Pelle oẽm pterita rum memoriã curaz: oẽm cogitatuz: qui statũ seu cursum trãsacti tpis admonet excute: z ut aiũt: ad petrã paruulos tuos allide: ne si creuerint ipsi: te ceno subruãt. Jnter hec celum deuoꝯ oronibꝰ pulsandũ: aures regis etherei pijs pcibꝰ fatigãde: nulla dies: nulla uox sine lachrymosis obsecrationibꝰ trãsigẽda est: si forte miserat oipotẽs finez laboribus tãtis iponeret. Hec agẽda tibi cauẽdaq; sunt: que diligẽtiꝰ obseruãti: aderit diuinuz auxiliuz: ut spero: z inuicti liberatoris dextra succurret. Sed qm̃ iam (z si pro necessitate tua pauca qdẽ: pro brevitate autẽ tpis satis) multa de vno morbo dicta sunt: Ad alia trãseamus. Restat ultimum malum qꝺ in te curare nũc aggrediar. ¶ Frã. Age pater mitissime: nã religs z si nõ plene liberatũ: magna tñ ex parte me leuatum sentio. ¶ Augu. Gloriam hoium z imortalitatem nois: plus debito cupis. ¶ Fran. Fateor plane: neq; hunc appetitum ullis remedijs frenare queo. ¶ Augu. At ualde metuẽduz est: ne optata nimiũ hic inanis mortalitas: uere imortalitatis iter obstruxit. ¶ Frã. Timeo quidem hoc vnũ inter cetera: sed qbus artibus tutus sim: a te potissimũ expeto: a quo maioꝝ mihi morboruz remedia suppeditata sunt. ¶ Augu. Nullũ pfecto maiorẽ tibi morbuz inesse noueris: z siquidem forte fediores sunt: ueruz qd esse gloriam reris quam tãtope expetis edissere? ¶ Frã. Nescio an diffinitionẽ exigas: At ea cui notior est q̃ tibi? ¶ Augu. Tibi vo nomẽ glorie notum: res ipsa: ut ex actibꝰ colligit: esse videt icognita. Nunq̃ enim tam ardẽter si nosses: optares: certe siue illustrẽ z peruagatã uel in suos ciues uel in priam uel in omne genus oium meritoruz famam: qꝺ vno in loco Marco Tullio visum est: siue frequẽtẽ de aliquo famã cum laude: qꝺ alio loco ait idẽ: utrobiq; gloriam famam esse reperies. Scis aũt qd sit fama? ¶ Frã. Nõ occurrit id qdem ad pñs: z ignota in medium pferre metuo. Jdeoq; qꝺ esse uerius opinor: siluisse maluerim. ¶ Aug. Prudẽter hoc vnũ z modeste: nam in oi sermone: graui pstim z ambiguo: nõ tam qd dicat: q̃ quid nõ dicat attendẽdum est. Neq; enim par ex bñ dictis laus: z ex male dictis reprehẽsio est. Scito igit fama nil esse aliud q̃ sermonẽ de aliquo vulgatum ac sparsum per ora multoꝝ. ¶ Frã. Laudo: seu diffinitionem seu descriptionẽ dici mauis. ¶ Aug. Est igit flatꝰ qdã atq; aura uolubilis: z qꝺ egrius feras: flatus est boium plurimoruz. Scio cui loquor: nulli usq; odosiores esse vulgi mores ac gesta perpendi. Ui de nunc quanta iudicioꝝ puersitas: quoꝝ enim facta cõdẽnas: eoꝝ sermotiunculis delectaris: atq; utinã delectareris dũtaxat: nec in eis tue felicitatis apicẽ collocasses. Quo enim spectat labor iste perpetuus: cõtinueq; vigilie ac uehemẽs impetus studiorum? Rñdebis forsitan: ut vite tue pfutura cõdiscas. At vo iam pridem vite simul z morti necessaria didicisti. Erat igit potius quẽadmodum in actum illa pduceres experiendo tẽptandum: q̃ in laborioſa cognitione pcedẽdum ubi noui semp recessus z inaccesse latebre z inquisitionum nullus est terminus. Adde qꝺ in his que populo placerẽt studiosius elaborasti: hisipsis placere satagens: que tibi pre omnibus displicebãt: hinc poematuz: illinc historiarum: deniq; oẽs eloquẽtie flosculos carpens quibus aures audientium demulceres. ¶ Fran. Parce queso: hec tacitus audire non possum. Nunq̃ ex quo pueritiam excessi: scientiarum flosculis delectatus sum: multa enim aduersus litterarum laceratores eleganter a Licerone dicta notaui: Et a Seneca illud in primis: viro captare flosculos turpe est: z notissimis se fulcire uocibus ac memoria stare. ¶ Augu. Nec ego dum hec dicor uel ignauiam tibi uel memorie angustias obieci: Sed quod ex his que legeras floridiora in sodalium delitias reseruasti: z uelut ex ingenti aceruo: in usus amicorum elegantiora consignasti: qꝺ totum inanis glorie lenocinium est: z tandem quotidiana occupatione nõ cõtentus (que magna licet temporis impensa non nisi presentis eui famã promittebat) cogitatiões tuas in longinqua transmittẽs: famam inter posteros concepisti: Jdeoq; manum ad maiora iam porrigens: librum historiarũ a rege Romulo in Titum Lesarem: opus immensum: temporisq; z laboris capacissimum aggressus es: Eoq; nondum ad exitum producto: tantis glorie stimulis urgebaris: ad Africaz poetico quodam nauigio transmisisti: z nunc in prefatos Africe libros sic diligẽter incumbis: ut alios non relinquas: ita totam vitam his duabus curis: ut intercurrentes alias innumeras fileam: prodigus precioſissime irreparabilisq; rei tribuis: deq; alijs scribens tuipsius obliuiscaris: z quid scis an utroq; opere inexpleto: mors calamum fatigatum e manibus rapiat: atq; ita dum immodice gloriam petens: gemino calle festinas: neutro pueuias ad optatum. ¶ Fran. Timui hoc fateor interdum: graui enim morbo correptus vicinam mortez expaui: Nihil in eo statu sentiens molestius q̃ qꝺ Africaz ipsam semierplicitaz linquebam: Jtaq; alienaz de dignatus limam: ignibus eam proprijs manibus mandare decreueram: nulli amicoruz satis fidẽs: qui post omissum spiritum id mihi prestaret: Propterea quid Uirgilium nostruz ab imperatore Lesare Augusto: hac in re sola non exauditus esse memineram: quid te moror: parum abfuit: quin Africa preter vicini solis ardores quibus eternum sub iacet: ac preter Romanoruz faces quibus ter olim longe lateq; perusta est: meis etiam flammis arderet? Sed de hoc alias: est enim amara recordatio. ¶ Augu. Adiuuas sententiam meam narratione hac: dilata parumper solutionis dies: sed non cassa ratio est. Quid autem stultius q̃ in rem exitus incerti: tantos labores effundere? Scio tamen qd tibi (ne ceptum destituas) blanditur: spes vna peragendi: quam quoniam facile (nisi fallor) extenuare non possem: uerbis eam amplificare temptabo: ut eam uel sic longe imparem tantis laboribus tuis ostendam. Finge igitur esse tibi z temporis z ocij z tranquillitatis abunde: euanescat omnis torpor ingenij: omnis corporis languor: cessent fortune impedimenta omnia que interrupto scribendi impetu sepe properantem calamum auerterunt: felicius tibi z supra uotum cũcta perueniãt. Quid tñ tã grãde facturũ esse te iudicas? ¶ Frã. Preclarum nempe rarũq; opus z egregiũ. ¶ Aug. No-

gũt: Primũ q̃ angustissimã etatẽ alij in quatuor: alij in sex particulas alij in plures etiã distribuũt. Ita rẽ minimã: ga q̃ztitate nõ licet: numero tẽptatis extẽdere: qd aũt sectio ista ꝓfert? Finge q̃slibet ptiũculas: oẽs in ictu oculi ꝓpe simul euanescunt. Nup eras genitus: modo formosissimus infans: iã iuuenis: iã vir: vide quanto vborum ipetu subtilissimus poeta lapsũ vite fugiẽtis expressit. Nec quicq̃ igit̃ laxare nitimini: qõ lex nãe otium parẽtis angustat. Scõm est q̃ inter iocos t falsa gaudia senescitis. Itaq̃ sicut Troianos qui supmam noctẽ iter talia traduxerũt: latuit: Dũ fatalis equ⁹ saltu sup ardua uenit Pergama: t armatũ peditẽ grauis attulit aluo: Sic uos senectutẽ que secum armatã t indomitã mortẽ affert: icustoditi corporis menia transcẽdẽtẽ nõ sentitis: nisi tũ demũ qñ dimissi per funẽ hostes inuadũt urbẽ: somno vino q̃ sepultã. Nõ minus eni uos t mole corpor t dulcedine rerũ tpaliũ sepulti estis: q̃ illos somno vinoq̃ sepeliuit Maro. Hinc Satyricus nõ inelegãter: Festinat: ait: decurrere uelox Flosculus anguste miserq̃ breuissima vite Portio duz bibimus: dũ serta vnguẽta puellas Poscimus: obrepit non ĩtellecta senect⁹. Hãc tu igit̃ (ut ad ꝓpositũ redeã) obrepẽtẽ tiã foribus insultãtẽ tẽptas excludere? Causaz nõ seruatis nature gradib⁹ añ diẽ festinas se: gratusq̃ tibi eẽ quisqs nõ senex occurrit: qui te infãtulũ vidisse testet: ꝑsertim si more cõis sermonis: id heri haud nudius terti⁹ sese vidisse cõtẽdat. Nec aduertis idẽ t decrepito cuilibet dici posse. Quis enim nõ heri: imo vo quis non hodie puer est? Nonagenarios pueros videmus: passiz de re b⁹ vilissimis altercãtes: pueriliaq̃ nũc ẽt sectãtes studia. Dies nẽpe fugiũt: corp⁹ defluit: aius nõ mutat̃: putrescãt licet oia ad maturitatẽ suã ille nõ puenit. Uerũ est qõ vulgo ferũt: aium vnũ corpora multa ꝓsumere: puritiã quidẽ fugit: sed ut ait Seneca puerilitas remanet: t tu mihi crede: nõ adeo ut tibi videris forsitã puer es: cũ maior parꝭ hoiuz hãc quã tu nũc degis etatẽ: nõ attigit. Pudeat ergo senẽ amatorem dici: pudeat esse tãdiu vulgi fabulã: t si te nec uerũ glorie decus allicit nec deterret ignominia: alieno tñ pudori vite tue mutatio succurrat. Etenim fame ꝓsulẽdũ ꝓprie ni fallor: t si ob aliud nil: saltẽ ut amici liberenr̃ ab ifamia mẽtiẽdi. Qõ cũ oibus ꝓuidendũ sit: tibi aliquãto diligẽtius: cui tãt⁹ de te loquẽtiũ ppl's absoluendus est. Magnus eniz labor est magne custodia fame. Hoc si Scipioni tuo truculẽtissimũ hostẽ ꝓsulentẽ facis: in Africe tue libris: patere nũc ex ore pij patris idẽ tibi ꝓsiliũ ꝓdesse: ineptias pueriles abijce adolescẽtie flãmas extingue. Noli semper cogitare qd fueris: quid sis aliqñ circũspice: neu tibi frustra ꝓpositũ speculũ arbitreris: memẽto qd in questionibus naturalib⁹ scriptũ est. Ad hoc enim inuẽta sunt specula: ut homo ipse se nosceret: Multi ex hoc consecuti sunt: primo quidẽ sui notitiam: deinde etiam consiliũ aliquod: Formosus ut vitaret infamiã: Deformis ut sciret virtutibus esse redimendum quod corpori deesset: Iuuenis ut sciret tps illud esse discendi t virilia aggrediendi: Senex ut carnis indecora deponeret t de morte aliqd cogitaret. ¶ Fran. Memini semp ex quo primuz legi: memoratu eni digna res est: sanũq̃ ꝓsiliũ. ¶ Au. Quid uel legisse uel meminisse prosuit? Excusabi lius erat ignorantie clypeũ posse pretendere: nõne enim pudet hec scienti: canos nil mutationis attulisse? ¶ Fran. Pudet: piget t penitet: sed ultra nõ ualeo: Scis aũt quid hic mihi solatij est q̃ illa me cũ senescit? ¶ Augu. Inhesit credo tibi uox Julie Cesaris augusti filie quã cum genitor argueret q̃ nõ grauis sibi cõuersatio esset ut Liuie: illa patris monitis illusit facetissimo responso: t hi mecuz inquit senescent. Sed queso nũquid honestius iudicas: si iam senior anum illã ardeas: q̃z si adolescentulam amares? Immo vo eo fedius: quo amandi minor est materia. Pudeat ergo animũ nunq̃ mutari cũ corpus mutetur assidue: t hoc est qõ de pudore dicẽdũ tps obtulerat: Ceterũ quia ut Cicero ni placet: ualde est absonũ: cũ in locũ rõnis pudor succedit ab ipso fonte remedioruz: id est ab ipsa ratione auxiliũ imploremus: Idq̃ intenta cogitatio prestabit: quã ex trib⁹ animũ ab amore deterrentib⁹ ultimã collocaui. Hũc aũt ad illã arcẽ te uocari noueris: in qua sola tutus esse potes ab incursibus passionũ: t per quam homo diceris. Cogita igit̃ in primis animi nobilitatẽ: que tãta est: ut si de ea uelim disserere: mihi liber integer reterendus sit. Cogita fragilitatẽ simul ac feditatẽ corporum de qua nõ minus copiosa materia est. Cogita breuitatẽ vite: de qua magnoz hoium libri extãt. Cogita fugam temporis: quã nemo est qui uerbis equare possit. Cogita mortẽ certissimã: atq̃ horaz mortis ambiguã: omni tẽpore: omnibus locis impẽdentẽ. Cogita in hoc vno falli homines: q̃ differẽdũ putãt quod differri nõ põt: Nemo eni tã suuipsius immemor est: qn interrogatus: se qñq̃ moriturũ eẽ respõdeat. Itaq̃ ne te spes vite longioris ludat: obsecro que innumerabiles circũuenit: qn poti⁹ uelut ex celesti quodã oraculo ꝓlatũ carmẽ amplectere Dẽm crede diẽ tibi deluisse supremũ. Quid eni aut supremius est aut ꝓfecto supmo ꝓximius ois qui mortalib⁹ illuxit dies? Ad hec t illõ cogita q̃ turpe sit digito mõstrari t in vulgi fabulã esse conuersum. Cogita quãtũ ꝓfessio tua discordet a morib⁹. Cogita quãtum illa tibi nocuerit animo: corpori: fortune. Cogita q̃ multa propter illam nulla utilitate perpessus es. Cogita quotiẽs illusus quotiẽs ptẽptus: quotiẽs neglectus sis. Cogita q̃ blãditias in uẽtũ effuderis: quot lamẽta: quot lachrymas. Cogita illi⁹: inter hec altũ sepe ingratũq̃ superciliũ. Et si quid humanius: q̃ id breue auraq̃ mobilius estiua. Cogita quantũ tu fame illius addideris: quantuz vite tue illa subtraxerit: quãtum ue tu de illius noie sollicitus: quãtum illa de statu tuo semp negligẽs fuerit. Cogita quantum per illã ab amore dei elõgatus: in quãtas miserias corruisti: q̃s sciens sileo: ne arguar a quoq̃ siqs forte aurem in hos sermones nr̃os intulerit. Cogita q̃ multe occupationes te vndiq̃ circumstẽt: quibus utilius t honestius incumberes. Cogita q̃ multa iter manus tuas inexpleta sunt opera: quibus ius suum reddere multo equius foret: nec tam iniquis portionibus hoc breui punctum temporis partiri. Postremo qd est qõ tã ardẽter expetis: Uex hoc acriter viriliterq̃ cogitandum est: ne fugiendo forsitan artius illigeris: qõ multis sepe contingit dũ exterioris forme dulcedo per angustas: nescio q̃s rimulas subit: t malis remedijs alitur. Pauci eni sunt ex quo semel vir⁹ illõ illecebrose voluptaz im-

atq; hoc modo propagandi late nois preripit facultatē. Sed hec tibi fabulosa sunt: fabulosa quoq; sunt oia que de te mihi pmiseram: nulli enim fere me notiora hec rebar esse q̄; tibi. Nepe ut omittā Ciceronis & Maronis disciplinas ceteraq; physica uel poetica qbus hac de re instructissim⁹ videbaris: scieba te nuper in Africa tua hāc ipsam sententiā preclaris uersib⁹ descripsisse: ubi dixisti: Angustis artatus sum finibus orbis insula parua sita est: cuius q̄; flexibus ambit Oceanus. Aliaq; de inceps addidisti: que si falsa putabas: miror ut ea per te tam cōstanter asserta sunt. Quid nūc de fame mortalium breuitate deq; tpalibus angustijs loquar: cū sciś quor uetustissima memoria est eternitati collata: q̄; breuis q̄; q; recēs sit. Non ego te ad opiniones illas ueterum reuoco: qui crebra terris incendia diluniaq; denūciant: quib⁹ & Platonicus Timeus & Ciceronianus reipublice sextus liber refertus est. Ea enim quanq; multis ꝓbabilia videantur: uere tamē religioni: cui initiat⁹ es: alie na sunt ꝓfecto: ac preter hec q̄; multa sunt que diuturnitatem (ne dicā eternitatez) nois impediunt. Mors in primis hoium illorum: quibus cuz vita transacta est obliuioq; naturale senectutis maluz: Semper quoq; succrescens nouoruz laus hoium qui flore suo non nihil interdū ueterib⁹ titulis derogat: quantūq; maiores deprimit: tantū ipsa sibi videtur assurgere. Huc accedit inuidia: que gloriosa molientes absq; intermissione pſequitur. Accedit odium ueritatis & inuisa plebi⁹ ingeniosorum vita. Adde iudiciorum vulgariuz inconstantiam: Adde ruinas sepulchrorū: ad que discutienda ualent sterilis mala robora ficus: ut Juuenalis ait: Quam non ineleganter in africa tua secundā morem uocas. Atq; ut in eisdē te hic uerbis alloquar quibus tu illic alium loqui facis: Occidet & bustū tituluſq; in marmore sectus: Occidet: hinc mortē patieris nate secundam. En preclara & immortalis gloria que saxi vnius mutatur impulsu. Adde librorum interitum: quibus uel ꝓprijs uel alienis manibus uestrum nomen insertum est: qui licet eo serior videatur quo viuacior est liberoruz q̄; sepulcrorum memoria: tū ineuitabilis casus est ꝓpter innumerabiles pestes natura fortuneq; pariter: quibus ut cetera: sic & libri subiacēt: que si cuncta cessarent: senium suuz suaq; illis mortalitas annexa est Mortalia nāq; Esse decet quecunq; labor mortalis inani edidit ingenio: ut tuis potissimū vbis: tuus tam puerilis error conuincatur. Quid ergo ad hec ingerere tibi nō desinā vsiculos tuos? Libris equidem morientibus ipse Occumbens: etiam sic mors tibi tertia restat. Habes de gloria iudicium meum: pluribus certe q̄; me uel te decuit vbis explicituz: paucioribus vo q̄; rei qualitas exigebat: nisi forte nunc etiā fabulosa tibi hec oia videntur.

¶ Fran. Minime quidem: neq; mihi morte fabularum affecerunt animum: gnimmo ueteris abijcendi nouum desiderium iniecerūt: Q̄uis enim ferme omnia iam p̄dem nota mihi forēt: auditaq; sepius: qm̄ ut Terentius noster ait: nullum est iaz dictum qō non sit dictum prius: tamen & nerborum dignitas & narrationis series & loquētis auctoritas multum ualet. Ceterum de hac re sentētiaz tuam ultimaz audire uelim: iubeas ne ut omissis studijs meis oibus inglorius degam: an vo medium aliquod tibi sit consiliū? ¶ Augu. Ut inglori⁹ degas nunq; cōsulam: at ne glorie studium vtuti preferas identidem admonebo. Hosti enim gloriam uelut vmbram quandam esse virtutis. Itaq; sicut apud uos impossibile est corpus vmbram sole fere uēte nō reddere: sic fieri non pōt: virtutez ubilibet radiāte deo gloriam nō parere. Quisquis igiť uera gloriam tollit: virtutem ipsaz sustulerit necesse est: qua sublata relinquiť vita hoiuz nuda: & mutis animantibus simillima: Uocantēq; sequi preceps appetituz: qui vnus beluis amor est. Hec igitur tibi seruāda lex erit: virtutem cole: gloriam neglige. Illam tamen interea (qō de. M. Catone legitur) quo min⁹ appetes: magis assequeriś. Nonduz possim mihi temperare: quo minus tecū tuis agam testimonijs. Illa uel inuitum: fugias licet: illa sequeť. Agnoscis ne uersiculum: tuus est: Insanus profecto videať qui die medio per solis ardorem ut vmbram cernerēt ostenderetq; alijs: cuz labore discurret: atq; nihilo sanior est qui iter estus vite multo cum labore circūfertur: ut gloriam suā late diffundat. Quid ergo eat ille ut terminū tene at euntē cum vmbra ꝓsequitur? Agat iste ut virtutem apprehēdat: agētez gl'ia nō deserit: Et hec de ea que uere vtutis comes est: Illa vo que captatur ex alijs: siue corporis siue ingenij artib⁹: quas humana curiositas innumerabiles facit: nec glorie cognomine digna est. Itaq; tu qui cōscribēdis libris etate ista pſertim: tātis te laborib⁹ maceras (pace tua dixerim) ꝓcul erras: oblit⁹ enim tuarū: alienis rebus totū incūbis. Ita sub inani spe glorie: breuissimū hoc vite tps te nō sinie dilabi. ¶ Frā. Quid faciaz igiť: labores ne meos iterruptos deseram? an accelerare ꝓsultius est: atq; illis (si de⁹ annuat) sūmam manū iponere: qbus curis exut⁹ expeditior ad maiora ꝓficiscar: tātum enim actū sumptuosum op⁹ vix possum equanimiter medio calle deserere. ¶ Aug. Quo pede claudices agnosco: teip; derelinquere mauis q̄; libellos tuos: Ego tū officiū meuz pagam q̄; feliciter: tu videris ac certe fideliter. Abijce ingētes historiarum sarcinas: satis romane res geste & suapte fama & alioꝝ ingenijs illustrate ſūt. Dimitte Africam eāq; possessorib⁹ suis linque: nec Scipioni tuo nec tibi gloriam cumulabis. Ille alti⁹ nequit extolli: tu post eum obliquo calle niteris. Dis igiť posthabitis te tādem tibi restitue: atq; ut vnde uenim⁹ reuertamur. Incipe tecum de morte cogitare: cui sensim & nescius approprinquas: rescisse uelis: tenebriscq; discussiś in illam ocurrat: qcquid uel oculis uel animo cogitātis occurrit: ad hoc vnum refer: celum: terra: maria mutaňť: quid homo fragilissimum animal sperare pōt? Uicissitudo tēporuz suos cursus recursusq; pagit nunq; pmanēś: si tu posse pmanere putas: falleris. At ut elegāter ait Flaccus: Dāna tamen celeres reparant celestia lune Nos ubi decidimus. Quotiens igitur floribus uernis estiuaz segetem: quotiens estiuis salubris autumni temperiem: quotiens autūni vindemijs hybernā successisse niuē vides: dic tecū ita: pretereūt: sed sepi⁹ reuersura: ego autem irreditur⁹ abeo. Quotieńs urgente ad occasum sole vmbras montium crescere conspicis: dic nunc vita fugiente: vmbra mortis extenditur. Iste tamen sol cras idem aderit: hic autē mihi dies irreparabiliter effluxit. Quis

m

n

B proprij nominis oblitus est. Hec sunt exẽpla memorie:de qua ꝓfundius loqui difficile:ꝛ alterius tẽporis opus. Sicut enim nulla copiosior aut ditior est animi supellex:sic nulla fragilior:nulla fugacior. Hinc est q; p̃ma omniũ senescit:Cuius rei nõ solum Seneca:sed experiẽtia est testis:Et plusculum indigens reparatione:opis indiget:ꝛ casibus ac morbis pluribus exposita est: quin ꝛ ipso ualitudinis viuente flore:uel curis acrib⁹:uel somno graui:uel perturbatione ridicula. Deniq; leuissimis ꝛ innumerabilibus ex causis ita repente nõ nunq; animum destituit:ut attonitus rerum omnium ignarus ꝛ loci ꝛ temporis:ꝛ nõ absentum modo sed astantium. Postremo suimet obliuione cecissima confundatur:nisi confestim reuolet ipsa que fugerat. Deinceps ad secundam prime virtutis partem transeamus.

C Tractatus secundus est de intelligentia secunda parte prime virtutis scilicet prudentie:que sita est in presentiuꝫ cognitiõe.

C De substinctione ipsius intelligẽtie:ꝛ ordine quo auctor intendat agere. Cap̃.I.

A Ntelligentia in rerum p̃sentium cognitione sita est. Hãc visum est nobis
i subdistinguere. Est quoddaꝫ genus hominum p̃cipiendis litteris potissimum:quos usitato noie igenios appellamus:q̃uis in actibus humanis bebetiore sint iterdũ mẽtis acie: Alij ex diuerso ad res gerẽdas acutissimi:p̃ceptioni litterarũ inhabiles habentur:quos quisq; uel sagaces uel cautos uel solertes dixerit:puto nec a uero nec a cõmuni hominum sermone deuiauerit: Quib⁹ magna ps cõuenit eorum:que greco uocabulo stratagemata appellãt:ubi scilicet in republica pro qualitate negocij:p̃sentis subito capitur cõsilium. Est autem cũ in longinquum tẽpus consilij effectus extenditur: ubi locum sibi uendicat prouidẽtia:que tertia prudentie pars est:per quam nõ tam p̃sentia:q̃ ex presentium siue preteritorum collatiõe futura noscũtur. Jn his enim:nisi fallor:omnis prudẽtia uersatur. Has igitur partes exequar hoc ordine:ut agã
B primo de ingenio:cui eloquẽtiam adiungã:que est magna pars ei⁹:ubi facetias quoq; ꝛ illustres uerborum iocos dictos ex tempore in vnum colligã: qõ ille maxime dulcis eloquẽtie fruct⁹ videaꝫ aureosq; fatigatas mulcẽs:ꝛ mestũ aium exhilarãs: ꝛ qui si locum ꝛ tempus obseruauerit:cõciliat audientiuꝫ fauorem:opinione quadam agilis ꝛ iucũ de prudentie. Hinc de solertia que opationes aut uerba hominum cõcernit expediam. Et licet non
C ignorẽ sapientiam quiddam maius ac sublimius importare:q̃ qõ uel prudẽtie uel cuiusq; virtutis cõtineatur angustijs:quia tamẽ rerum floridiora carpenti:preterenunda huius mentio nõ fuerat:nec alibi oportunius poterã:hoc loco sapiẽtie exẽpla que clariora videbuntur interserã. Post hec prouidentiã ipsaꝫ in proprijs finibus locabo:hoc est nõ ut ex rebus bellicis:sed ex ipsa hominuꝫ vita ꝛ ex cõmuni rerum agibilium aceruo ꝓferantur exempla:ubi pmixtim ꝛ de cõiecturis agã:mox de oraculis:de somnijs:de ominib⁹:de portentis:qõ hec quoq; in anteriora ꝓspiciãt q̃ breuissime perstringã. Nouissime stratagematicum tractatum:partiꝫ secũdam:partim tertiam prudentie vim in armis necessariaꝫ representantẽ adijciam:que copiosa ꝛ ampla est materia ꝛ necessario in plures pticulas secanda. Quippe cum de vnaquaq; non tm̃ apud
D grecos sed etiam apud nostros:integri sint cũctorum libri:ꝛ quia p̃m ꝓmissionis ordinem:de ingenio prius est agẽdum:p̃fari libet:quecũq; fere studiosorum noia collegi:eadẽ ꝛ ingeniosorum esse hominuꝫ. Sed repetitionẽ minime necessariã effugiens:quorũdã hic noia cõquirã:quorum nõ tam studium q̃ ingenium nobilitatum est. Ad hec non nudi ꝛ incompti:sed eloquentia uestiti ingenij exẽpla presens habebit locus.

De ingenio z facūdia Gaij Gracchi. Cap.X.

a D admirādum lectori potius q̄ imitāduz subijcit exēpluz Gaij Gracchi:qui ex familia eloquēti z seditiosa gēit⁹:in utroq; maiorū suorū uestigijs inhesit. Sed qm vnus tm fidem locus exigit:is eloquētie operam acriter dedit:adeo tī homo uehemēs pmouebaf:tātoq; impetu rapiebaf in dicēdo:ut uarietatem uocis(que de rebus oratori summe necessarijs vna est) examinare nō posset. Q̄ō in se vitiū aiaduertens:seruum musice modulationis expertū in loco cōcionibus ꝓpinquo clam habere solitus erat:qui eburneam clam fistulam celeriter inflaret:qua cum autlentius agētem accēderet:aut nimis accensum receptui canens:ab imoderato cōtētiōis ardore mitigaret. Nō mediocris sane diligētia iuuenis hominis:in auitum succrescētis eloquium. Tamē q; de Licerone locus hic sumif:oratoribus in quorū manus ista uenerint(si modo quisq; tāgere digna bitur)qō apud eūdem auctorez nō longe post hoc exēplum scriptum est p;o cōsilio dabo:ut fistulatorem domi reliquētes:sensum docte consuetudinis ad loquendum secum deferant. Nunc ad uetustissimum Romane facundie monimentum uenio.

A De facundia Homeri. Cap.XI.

b Omerus apud grecos soliuz possidet ingenij. Cuius sentētie nō ego:sed Plinius auctor est:uberiorem sibi hanc latiorēq; gloriam nō limitatis finibus assignās. Cōstat ingenij ipsius ope philosophie magnas partes multo melius multoq; grauius q̄ ab ipsis philosophie p;ofessorib⁹ absolui. Certe Macrobius hūc ois diuitis inuētiōis fontē originēq; pnūciat. Et merito: Quis enim co;pore secus fuisse memoref:fuit tī animo pspicaci tanq; luminoso:ut Tullius in Tusculano suo de illo scribēs diceret:Piculam eius: nō poesiz vidimus. Que regio:que ora:qui locus grecie:que species forme:que pugne:que acies:qō remigium:qui motus hominūq; ferarum non ita expictus est:ut que ille nō viderit nos ut videmus
B effecerit? Quid de eloquentia disputē:cum in sepe memoratis Saturnalium libzis ingens z inextricata lis sit inter nostrum poetā ac Graium:dū milibus argumētorum modo hic:modo ille superio; ostēditur:modo tā pares:ut lectorez iudicij dubiū relinquant:quam dubietatē exp;essit elegāter Satyricus his uersib⁹:Cōdito; Iliades cātabif:atq; maronis Altisoni:dubiā facientia carmia palmā.

De ingenio z eloquentia Demosthenis: z Eschinis. Cap.XII.

A Tq; ut vnus locus duos olim impacatos
a iungat aduersarios:sup;emā eloquij arcez inter oratores Graios(quod nullus ambigit)possidet Demosthenes:primā tenere videtur Eschines. Horum est cōtētio illa famosissima:que vniuersam fere grecia audiendi quondam desiderio suspendit. Qō aūt speciosius spectaculum incidisse poterat:q̄ in eloquētissima natiōe:duos omnium etatum excellētissimos oratores sup rebus altissimis:notorio z capitali odio dissidētes:de salute z gloria certaturos:in vnum ante cōdictum tempus z locum cōuenisse? Potius mirer si nō re motiores etiā populos rumo; excierit. In ea quidem actiōe Demosthenes rei ptes gessit. Jtaq; vi
B ctus tandē accusato; Eschines: z ob eam rem patria pfugus:cum quodam tpe Rhodiorum p;ecibus apud quos exulabat:suam pmo:mox orationem Demosthenis audiēte populo accuratissime plegisset:Illis utriusq; vim stupētibus:sed pluscu lum Demosthenis:O(inqt Eschines)si illū porā̄tem audissetis. Jngēs:ut ait Plinius:testis inimici:meo qdez iudicio:uel ob hoc uerus mirato; eloquentie:qui pfessionis sue potius q̄ alieni memor odij:qd laudandū erat:etiaz in hoste pdicaret:p;esertim cum dissimulare tacereq; posset. Cōstat eni quosdam in scribēdo graues:parum uehementes in loquēdo:quosdaz ex diuerso qui omne scribēdi studium auctoritate frontis motuq; co;pis elegāti claraq; z p;o qualitate rerum uolubili ꝓnunciatiōe trāscendāt. Quo nihil in oratiōe potētius norunt qui artis oratorie p̄cepta didicerūt: Illorum gloriā minuit p̄sentia:horū auget: Illos legi p̄stat hos audiri. Horum igit in numero posuit Demosthenem ille.

De eloquentia Platonis. Cap.XIII.

A Loquētia Platonis anteq; etiā loqui pos
e set emicuit:duz infantulū in cunabulis cō sopitum: innoxio contactu circūlabentes apes mellificauerūt in labellis eius:Clarum melliflui leporis omen nec fefellit. Nō puto de hac re fide dignoirez Tullio testē expectari:qui multis locis ita miraf Platonis eloquētiam:ut sese imparē quodāmodo fateaf. Uerum intra modestū philosophi sermonis morē se cōtinuit Plato:terminos suos nihilo felicius excessit:qō de Virgilio Salustioq; z ipso etiam Licerone dictum est. Quis inquies huius est testis? Jdez qui ceterorum Seneca in declamatiōib⁹ sic ait:Eloquētissimi viri Platonis oratio que p;o Socrate scripta est:nec patrono nec reo digna est:Demosthenes ꝓ o cuius p;oxime mētionē habuit:orato; eximius:philosoph⁹ mino;:Ut si forte qd inter hos duos iterit nūc roges:recte mihi videar respōsurus: Jn altero plus facultatis oratorie: Jn altero plus philosophice grauitatis. Nec aliud sensisse mihi videf Licero: ubi ait: Jd qdē nemini grecorū video cōtigisse:ut idē utroq; in genere laboraret:sequereturq; z illō forēse dicēdi: z hoc quietū disputandi genus. Et mox dictū exēplis muniēs subsecut⁹ est: Equidē z B
Platonē existimo si genus forēse dicēdi tractare uoluisset:ornate splēdideq; ac grauissime z copiosissime potuisse dicere. Et Demosthenē si illa que a Platone didicerat tenuisset z ꝓnūciare uoluisset: ornate splendideq; facere potuisse. Aliaduertis lecto; sentētiā Ciceroniana urbanitate cōditā:pnūciaturus de duob⁹ summis viris quid sentiret: ita quēlibet suis finibus angustat:ut in eis pferēdis: neutri igeniū:ſ alteri uolūtatē solā cēseat:alteri diligētiā defuisse. Asperius Seneca ut hispanus hō ſ nisi fallo; z uerius:qui eodē loco quo Platōis z eorū triū quos paulo ante noiaui:necnō z quorū dā aliorū eloquētiaz impfectā ostēdit:rationē imperfectiōis asserēs:Magna inquit z uaria res est eloquētia:nec adhuc ulli se sic idulsit ut tota cōtingeret. Satis felix est qui in aliqua pte eius recept⁹ est. Sic est haud dubie. Jtaq; ego consulto z statuisse naturā arbitro;:ne qs videlicet sibi mortaliū arroget:uelut in omnibus excellens: Nam sic sepe iustissime totius humani generis ignorantiā accusamus:quod de singulis hoibus extimandum est.

aliud egerūt? Quis sentētijs aut acutior aut crebrior? Quis ỹbis aut elegātior aut grauior? Pro nūciasse dicit: ut Suetonius refert: uoce acuta: ardēti motu gestuq; nō sine uenustate. Hui⁹ est illud p̄ceptū oīb⁹ qui eloquētie student memorabile: in p̄mo libro eius de analogia positū: ut scilicet ifrequēs atq; insolēs uerbū tanq; scopulū fugiamus. Enumerare possem q̄bus plūs oratio eius ita militū animos inflāmauit: ut periculi ois imemores: leti etiā ⁊ exultātes in ferrū ruerūt: quas igentes exercit⁹ seditiōes uoce cōpresserit: quot armatorū milia solus ⁊ inermis oratiōe terruerit: usq; adeo ut periculi ois imemores: ad nutū porātis inuenti sint ⁊ qui colla porrigerēt ⁊ qui ferirēt: qui gemeret nemo: nisi ⁊ narratio lōgior ⁊ alijs locis oportunior foret.

¶ De ingenio ⁊ eloquentia Titi Liuij. Cap.V.

Ua sede p̄terea Titū Liuiū locabūt: cuius eloquētie fama de ultimis mūdi regiōib⁹: admirātes claros viros Romā usq; p̄duxit? Qō ⁊ Plinius scribit: ⁊ post Hieronymus in p̄ncipio Heneseos: ne gs ignorare ualeat testatus est. Quāta fuit opis excellētia: ut per tātū maris ⁊ terrarū spatiū: ad urbē orbis dīam: ⁊ domitis nationib⁹ impantē: nō urgēte negocio: nō ob ipsi⁹ vidēde desideriū: in etate p̄sertim Cesaris Augusti: sed ob vnum dūtaxat eius incolā audiendū: cō cursus illustrium fieret.

¶ De igēio ⁊ eloquētia Octauiāi augusti. Cap.VI.

A Esaris Augusti igeniū tā p̄mptū inuenior
e ut uersus ex tpe factos cū inter amicos referret: iterrogaretq; cuius poete uersus existimarēt: nihil aliud respōderet: q̄s cuiuscūq; forēt esse optimos. Sz qō ad hūc actū ptinet: puto nullus equari posse Nasoni poete: qui (ut est apō Senecā) hoc seculū amatorijs nō artib⁹ tm̄ sz sententijs ipleuit: De exūdāti qdez facultate carminum Ouidius ipse gloriat nec mēdaciter. Sed ad Augusti eloquētiā reuertor: Nō laboro iter eloquentie p̄ncipes ipsum collocare nisi q̄tū ad iocos ⁊ facetias: in q̄bus p̄mū tenebat locū: Sed surripe fame ei⁹ nolo: qō clari sibi tribuerūt scriptores. Pro
B nūciauit dulci ⁊ ꝑpio quodā oris sono elegāti ac sobria usus eloquentia: sentētias ineptas fugiens: p̄cipueq; uerborū iusitatorū (ut uerbo ipsi⁹ utar) fetorē horruit: Unū in loquēdo studium itelligi: ⁊ q̄ clarissime cōceptum mētis exprimeret. Hinc ⁊ p̄positiōib⁹ ⁊ cōiūctiōib⁹ abūdare: q̄bus icōptior sed plane luminosior resultat oratio: ⁊ itellect⁹ rerum expeditior. Ignota sectātes sp̄euit irrisitq; ⁊ castigauit: In suis hūc morē insaniā uocās ea loqui uel scribere que admiratiōis pluſq; intelligentie allatura sint animis audiētiū. Inheserat sigdē: ut arbitror: paterno p̄cepto qō p̄xime cum de Julio Cesare loquerer inserui.

¶ De igenio ⁊ eloquētia Asinij Polliōis. Cap.VII

Sinius Pollio p̄termittēdus nō videtur:
a quē ut appareret cuiusq; iudiciū: fore mediū iter duos eloquentissimos latinorum: Marcū Tullīū ⁊ Titū Liuiū: Seneca constituit. Ita nō spernēdus auctor: neminē de p̄missis sex p̄ter Tullīū enumerās: tres vult eloquētie p̄ncipes quos in epistola quadā videt oibus p̄ferre: secundum faciēs Pollionē: Cuius oratione Ciceroniane dissimilē: ⁊ ut uerbis eius utar: saleb⁹ osam ⁊ exiliētem dicit: ⁊ ubi minime expectes relicturam. Huius ⁊ si nulla eloquētie monimēta in manus meas adhuc uenerint: q⁹ tamē ipsius per se nomē celebre ac peruulgatū erat: nō fuit mihi de eloquētia scribēti silentio obruendū: p̄sertim ubi inferiores noiauerā. Igit iuxta Cesarē Augustus cui⁹ floruit temporib⁹: placuit eū collocare: Hoc adiecto: q̄ nomen eius p̄ter multos laudatores Mātuanis etiam musis honestatum est. Sed aliq̄tisper retro redeundum est.

¶ De ingenio ⁊ facundia Lucij Crassi. Cap.VIII.

Xcellentē ⁊ egregiā Lucij Crassi facūdiā
e si aliunde nesciremus: hinc liceret intellegere: q̄ in libris de oratore Marcus Licero mortem eius magnificētissime deplorās: oēs illuz semp eloquētia: paucis ỹo ante obitū diebus sese etiā vicisse cōmemorat: Certatim quoq; se cū eloquētie studiosis ad euz locū quē nouissime pedib⁹ ille calcauerat: post ipsius mortem redijsse: captis dulcedine ac recordatiōe sermonis quē ex eo nup audierāt: ⁊ uelut iteruz audituris. Addit etiam id vni Crasso singulariter cōtigisse: ut quotiens perararet: totiēs solito altius: ac sine exēplo locutus videret. Eniuero quia fama huius aliq̄to apud vulgus ignotior est: nō alienū extimaui duo testimonia afferre illius cui de hac re p̄ cūctis habēda fides est: Apud Ciceronem ita scriptum video: Crasso dicente: nemo tā arrogans qui similiter se vnq; dicturum esse cōfideret. Et iterum: Omnib⁹ auditis oratiōibus: sine ulla dubitatiōe sic statuo ⁊ iudico: neminem omnium tot ⁊ tanta q̄sta sint in Crasso habuisse ornamenta dicendi.

¶ De ingenio ⁊ facūdia Marci Antonij. Cap.IX.

Dem Marco Antonio testis adest. Sigdē
i cum in quodam loco de hoc deq; superiore simul loquēs dixerit: fuisse utrūq; tū studio ⁊ ingenio ⁊ doctrina p̄stātem oibus: tū in suo genere pfectum: ut neq; in Antonio deesset ornat⁹ orōnis: neq; in Crasso redūdaret: alio tamen loco omnium quos ipse audisset eloquētissimū ait Antonium: quasi de industria dubium relinquēs: quo tātarum laudum stateram potissimum inclinaret. Sed fama huius vulgatior videt: cui multum addidit nouissimus dies vite. In illa enim tēpestate mariana: ubi nullus tūc portus erat: iussi sceleris ministri Antonium occidere: cuz ad cōspectum hominis uenissent: oratiōe eius attoniti coruscantes iam mucrones recōdebant: diuina vis eloquij: impijs iussionibus addicti: ⁊ sanguine optimoruz ciuium stillantes carnifices: nihilq; p̄ter sanguinem sitientes: infecta cede redijssent: nisi scutariorū qui serius uenerat: uerboruz nō degustata dulcedine: irruens in Antonium: mādatum nefarium adimpleſſet. Huius est ille ad persuadēdū efficax actus oratorius: cuius in Oratore meminit suo Licero. Cum enim Marcum Aquilium qui cōsul fuerat ⁊ dux: apud senatum ⁊ populum clarus: omni tādem honore spoliatum: ⁊ ad extrema fortune p̄cipitatū senē: in capitali causa defenderet: ⁊ in medio oratiōis ardore ⁊ deformē squallentēq; reum sustulit: putremq; eius discindens tunicam: ac generosi quondaz tunc miserandi pectoris cicatrices iudicibus ostentans: simulq; ad Caium Marium qui inter astantes erat uersus: ⁊ ut college duduz sui misereret: multum cum lachrymis obtestans.

sub iugum trahebat populo plaudēte. Fuit autem Pisistratus ꝛ doctrina ꝛ igenio clarus: ut qui primus Homeri libros: confusos antea (sicut Licero testatur) sic disposuisse dicit: ut nūc habemus.

¶ De eloquentia Periclis. Cap. XIX.

Uius ꝛ tyrānidis ꝛ eloquentie successor
b Pericles: dicendo tam similis fuit: ut qui hunc audiret: illū audire se crederet: si mō vnq; audiuisset. Hoc tū iste ualētior quod alter eloquētiaꝫ armis iuuerat: huic sola lingua suffecit ad imperium. Quod ꝛ diuturnū gessit ꝛ magnificuꝫ quadraginta annis rēpublicaꝫ tenuit: eodemq; tēpore ꝛ urbanis rebus prefuit ꝛ bellicis. Inermis ipse: sed tam armata fultus eloquentia: ut cum aduersus omnium salutē diceret: cum delectatiōe tamen ab omnibus audiretur. Aduersa enim rebus erat species uerboruꝫ ꝛ populo nocēs: popullariter loqui videbat. Neq; solū vulguꝫ dulcedine captū deludebat: sed prouectos ꝛ ingeniosos viros: obtrectātes in reliquis: ad cōfessionem eloquētie coegit. Siquidē ꝛ ueteres Comici (ut ait Licero) cū illi maledicerēt (qō tūc Athenis fieri licebat) lepore tamē melle dulciorez in labris eius habuisse dicerūt: tātamq; in eo vi fuisse: ut in eoꝝ mētib⁹ qui illū audissent: quasi aculeos quosdā relinqueret.

¶ De ingenio Antipatris Sidonij. Cap. XX.

Ntipater Sidonius qdā: tā exercitati in-
a genij fuisse creditur: ut ꝟsus hexametros alioscp diuersorū generū ex improuiso copiose diceret: Quocūq; animū linguāq; uertisset: nihil operosius illi q̄ sermo: Uulgaris alijs solet: huic numeri aderāt ꝛ carmina resonabāt. Fecisse ferunt idē ex modernis qdā: sed tā pueriliter tāq; ridicule: ut iudice me: nec nomē nec locū inter illustria mereant. Deinceps parūper frena stilo laxentur: ut non tam preterito defessuꝫ: q̄ uēturo se preparans labori: in aliquod vicinum gratūq; diuersorium deflectat oratio.

¶ Tractatus tertius est de alia parte eloquentie: que dicacitas siue facecitas siue sales possunt appellari.

¶ De declaratiōe quarūdā facetiarū: qbus ꝓprium uocabulū apud nos nō est: De modo quoq; ꝓcedēdi: ꝛ quem auctor uelit imitari. Cap. I.

A Ars eloquētie leuior in manibus est. Ut enim in cogitatiōibus inq; actib⁹
p humanis: sic in uerbis quoq; serijs: cōtracta fatigatio iocorū vicissitudine mitigatur. Qō genus: uel facetiaſ appellare possumus uel sales: qō sermonibus nostris sapidissimū cōdimētuꝫ ꝓbēat: uel ut est apud Ciceronē apophthegmata: sed latētes ꝛ taciti: cui apud grecos: scōmatos: apud nos ꝓprius uocabulum nō est: nisi forte dicamus cū Macrobio: morsum figuratū fraude: uel urbanitate tectū. Cui quo niā lepos admixtus est: vngit (ut aiunt) ac pungit: mulcet enim exterius: introrsum vulnerat. Hinc videmus interdū ridētibus qui adsunt: ipsuꝫ ad quē iactati scōmatiſ sensus penetrauerit: irasci. Potest quidē nuda sine figuris exprobratio tam ꝓprijs tāq; sonantibus ac breuibus uerbis ꝓferri: ut ꝛ si nihil preter vulnus agat: ipsi tamē ꝓmpte vibrati sermonis acies: sicut ei in quē cōtorta fuerit dolorez: sic ceteris nescio qd acerbe uoluptatis afferat: nihil preter uerba curātib⁹. De singulis quāq; diuer B
tar: attingā: Sed de his primum qbus austeritas minor inest. Et licet eloquētie (cuius mētio precesſit) ars puleberrima sit: vnaq; de septē liberalib⁹: tū partis aut ars oino nulla est: aut si qua est: a Licerone tradit in libro qui inscribitur Orator. Illic enim ut ipsum libri nomē indicat: Oratorē istruit ꝛ ad cōcionāduꝫ acuit. Nos aūt hoc loco de vita cōmuni ꝛ quotidianis hominū sermūculis exempla decerpimus: Illud qdē per oēs ut ita dicā artus eque cōsperſuꝫ est: hoc per se stat limitatū suis finibus angustis. Sane atq; ut ipse uocat pacutū ꝛ breue illa a ueterib⁹ cauillatio: hec dicacitas nominata est: sed uocabula pmiscemus atq; cōfundimus. Sane de his rebus apud grecos libri scripti sunt: qui ridiculorū artem siue rōnē pollicētur. Titulus librorum spem discēdi faciet: per legez inuenies: ut est apud ipsuꝫ quē sepe nomino Ciceronē: ridicula ꝛ falsa multa grecoruꝫ: ut nihil in eis nisi ipsa insulsitas rideat. Qꝛto melius Cato ille Censorius: qui nō artez que nō erat pollicet: sed ipsos iocos ac facetias tam Socraticoruꝫ: qui in hac re nomē habēt apud grecos: sicut apud nr̄os Plaut⁹ q̄ ceterorū studiose recolligit. Cuius hoc loco studium imitari dispoſui: non artem daturus: sed hec legētibus si modo quiſq; tā ocioſus vnq; erit: qui hec in manus accipiet: nō paruā indaginis molestiam p̄repturus. Que enim queſo ars dicenda est: rei repētine: inopinate: improuiſe: ꝛ ex tpe iaculande? Est enim rerum huiuſcemodi p̄cipua in respōdēte laus. Cui nō longe insultatiōis spatium daꝫ ad manum habeat oportet: que in lacessentem sine cūctatiōe retorqueat. Qualia sunt multa eorū que sequunt. Quale est ne exēplum p̄senti dicto desit illud. P. Sulpitij: qui cū aduersus L. Philippuꝫ turbulētū hominē: ꝛ publice dignitatis usurpatorem: senatus cām aioſius defenderet: Interrogatus ab illo: qd latraret? subito respōdit: Quia furē video. Quid breuius: qdue liberalius: meditatio longior obtuliſſet? Solet enim canis latrare cōspecto fure. Aut q̄le est illud: qō nostri tpis adoleſcēs decrepito cuidā respōdit. Cum enim ille ludēs insultaret: qꝛ adhuc eo ꝓmptius in equū ascēderet: Mimiruꝫ inquit: septuaginta annis anteq; ego nascerer artē hāc exercuiſti. Innumerabilia sunt generis huius: in qbus artē ponere cuꝫ ne cogitationi qdē locus sit artificioris fuerit fortaſſis ingenij. Mei qdē p̄sentis ꝓpoſiti ut dixi nō est: artē ne dicam ſuffodere: sed tradere: etiaꝫ ubi in ꝓmptu est: Feror enim alio. Et qm̄ pro euidētia dicēdorū: nō alienū fuerit hacten⁹ pfari: ceptū deinceps ꝓſeq̄r.

¶ De dicacitate siue facetitate Augusti Cesaris. Cap. II.

Esar Augustus (ut est in Saturnalibuſ) in A
c huiuſmodi dicacitate non est quoq; minor ꝛ fortaſſe nec Tullio: Affectauit enim iocos: saluo tamē maiestatis pudoris respectu: de quibus aliqua delegi: similiter ꝛ de ceteris arbitrio meo: nō ut de iocis libꝝ texere Ciceronis exēplo dici possim: Sed ut inter tot seria ꝛ grauia: respirandi locū fatigatus lector inueniat: in his que apud maiores noua: apud nos magna ex parte in quotidiani sermonis cōsuetudinem abierūt. Igit Augustus ab adoleſcētia iocatus est. Latini⁹ po-

¶ De eloquētia Hegesie Cyrenaici. Cap.XIIII.

Ulti tradūt auctores: sz eorum quos ego
m gdē legi: Marcus Tullius antiqor Hege
siā quēdā Cyrenaicū fuisse: tā penetrabilis
ac ꝓpotētis eloquij: ut illo vite huius exponēte si-
mul z deplorāte miserias: plurimi audiētiū vitaz
spōte relinquerent. Mirū ꝓsus z inauditū z na-
tura ipsa ualētius oīonis genus: qđ de vite odiuz
z desideriuz mortis igereret. Jtaqz tanq̄ publici
status expugnatricē Ptolemeus rex vite suorum
cōsulēs: dicto silentio coercuit: ac scholas clausit:
calamū nō excussit. Librū ergo relict in quo enu-
meratis hominum calamitatibus: ita diffinit: nulli
oīno mortaliū ut viuat expedire. Jbidē refert: in-
uentū qui lecto Hegesie libro: nulla uel animi uel
corporis iterueniēte molestia sola stili efficacia se
in vndas maris ex muro ꝑcipitē daret libēsqz mo-
reret. Et testē affert Callimachū poetā: qui sic per
empti tumulo titulū iscripsit: genus z causaz mor
tis cōtinētes. Et quidem nimis vulgata sunt.

¶ De eloquentia Carneadis: Diogenis z Crito-
lai. Cap.XV.

T triū simꝫ qui sequunt eloquētia apō gre
a cos: z nostros celebrata est: q̄uis z secta
z oīonis q̄ritate distantium. Carneades
Academic⁹: Diogenes Stoicus: Critolaus Peri-
pateticus: ab Athenis legati Romam missi sunt.
Hi z legationē in senatū z uetusto more per inter
pretē peregerūt: petēs mulcte remissionē quā pro-
pter horopi uastationē Senatus populusqz roma
nus populo Atheniēsi indixerat. Que qdē mulcta
ut est in Saturnalibus: fuerat talentum. cccc. Et
ꝑterea celeberrimo urbis loco: maximo populi cō-
cursu ostētāde eloquētie gratia separatim gsqz dis-
seruit: Traditūqz est memorie: Carneadis ipetuo-
sam z torrentē: Diogenis prudētē z iucūdā: Cri-
tolai circūspectam z suauem eloquētiam fuisse.

¶ De eloquētia Aristotelis. Cap.XVI.

A Am dudū de Aristotele dubius sum: erro-
i ri ne publico taciturnus obsequar: furenti
q̄ cedā vulgo: an uera potius e latebris in
apertū eruam. De huius quidez ingenio nulla lis
mouet: de eloquētia apud multos ambigit. Con-
stat aūt hūc virū iam doctrine nomine clarissimū:
aiaduersa Jsocratis oratoris gloria pmotū: ad elo
quētie studiū uertisse animū. Qō cū in multis lo-
cis: tū in Oratore Ciceronis habet expressius his
uerbis: Aristoteles cū florere Jsocratez nobilitate
discipulorum videret: q̄ ipse suas disputatiōes a
causis forēsibus z ciuilib⁹: ad inanē sermonis ele-
gātiā trāstulisset: imutauit repēte totā formā pro-
prie discipline. Et post pauca. Jtaqz ornauit z illu
strauit doctrinā illā: oēm rerū cognitionē cū oratio
nis exercitatiōe cōiunxit. Nec ꝙ hoc fuit sapien-
tissimū regē Philippū: qui hūc Alexādro filio do-
torē addiderit: hūc scilicet a quo z sciendi ꝑcepta
B ꝓcipere z loquēdi. Hinc est ut inter tripartite phi-
losophie multiplices tractat⁹: rhetoricorū quoqz li
bros scriberet: q̄les hinc collige: q̄ Cicero ipse in
rhetorice sue libris: non dissimulat illum huic arti
plurima adiumēta atqz ornamēta subministrasse.
In eisdē libris de eodē loquēs: Ueteres ingt scri-
ptores artis a pncipe illo atqz inuētore Lysia: vnū
in locū cōduxit Aristoteles: z noiatim cuiuscūqz
ꝑcepta magna cōgsita cura, pspicue cōscripsit: atqz
denudata diligēter exposuit. Hinc tm̄ inuentorib⁹
ipsis suauitate z breuitate dicēdi pstitit: ut nemo
illorū ꝑcepta ex ipsorū libris cognoscat: sz omnes
qui qō illi ꝑcipiāt: uelint intelligere: ad hunc quasi
ad multo cōmodiorē explicatorez reuertant. Nec
Cicero. Ego aūt curiosioz sum q̄ necesse est: memor
tamen qz cū pscriptis alijsqz claris z crebris testi-
monijs: Aristotelē nō minus eloquētia q̄ scientia
copiosum: in libris tm̄ eius qui ad nos uenerūt: sa-
ne certa fides eloquentie uestigiū nullū est. Unde
grādis mihi stupor obortus: illos mētiri cōstat: elin
gues simul z ꝓpaces: qui quoniam Aristoteli suo
quē semp in ore habēt: simileꝫ esse nullo modo pos
sunt: illū sibi similē nitunt efficere: dicētes eum ut
qui altissimis reb⁹ intēderet: ois eloquētie cōtem-
ptorē: q̄si in altis nulla uerborū claritas habitare
posset: Sic qō a Cicerone dictū est: Cū (inquit) de
rebus grādib⁹ dicas: ipse res uerba rapiūt: ita fit
tum grauior: tuz etiā splēdidior oratio. Sz ibi quī-
dē dū inertie ꝓprie excusatiōes querūt: duci suo
par crimē obijciūt. Quātum ꝙ ex pmissis appa-
ruit: dicerē huic mōstro subesse cāz posse: z ex gre-
ca in latinā seruatis ornamētis eloquentie trāsiri
nō possit: nisi aliquod Platōis libelli: ex illa in hāc
linguā trāslati: suspicari tale aliqd nō sineret. Se-
pe igit de hac re cogitāti: nil aliud occurrit q̄ Ari-
stotelicos libros transferentium uel pigritiaz cer-
te: uel inuidiam: uel inscitiā: deniqz uocūqz uoces
nomine vitium fuisse: cuius tam late contagia flu-
xerunt: ut iam spes remedij nulla sit.

¶ De eloquentia Jsocratis. Cap.XVII.

T si nihil amplius dixero: licet ex pmissis
e Jsocratis eloquētiā cōtēplari. Q̄tū enim
fuit tātū philosophū: z ꝓposito taz tenaci-
ter inherētē: ab incepto diuertere: z ad peregrini
studij amorē desideriūqz traducere? Presertiz cuz
Aristotelis cōsuetudinē exprimēs Calcidius: di-
cat hūc virū suo quodaz more pleni ꝑfectiqz dog-
matis electū: qō visuz est ceteroruz fastidiosa icu-
ria negligētez: q̄uis eniz quē primū fuerat studio
se imitatus: idē postmodū enixe aduersatus sit: tm̄
ꝑfecto nō sine quadam magna vi: mouendus fuit
Aristoteles.

¶ De eloquentia Thucydidis. Cap.XVII.

Hucydides scriptor historiarū populo At
t henienſi ꝑfuit: tandem ab eisdē patria pul
sus: forte ad exilij solamē Tragedie operā
dedit. Que cū ad suorū aures uenisset: publico cō
sensu reuocauerūt eum ab exilio. Cuius ſperiū ne-
glexerunt: eius (ut ait Plinius) eloquētiā mirati.

¶ De eloquentia Pisistrati. Cap.XVIII.

Oc uelut medio ad externe militaris elo-
b quētie mētionē uentū est: cuius pmas par
tes Pisistratus obtinet: quez nulla re alia
ciuibus suis opportunū: sed rara quadā eloquētia
florētē: ob hoc solum Atheniēsibus imperitasse pa
tētibus: atqz ultro deferentibus imperiū constat:
Hens sapiētissima usqz adeo vnius hominis elo-
quētiā susperit: ut se suaqz oia: ꝑcipueqz libertatez
(qua nihil chari⁹ habebāt) ei vni postpōerēt. Qō
ne magis obliuione q̄ iudicio factum extimet: nō
defuit instātissimus atqz grauissimus orator. Si-
quidē ꝓ libertate: cōtra Pisistratū Solon stetit:
sed nec armis sed uerbis certabat: tamē Pisistrati
eloquētie: succubuit libertas cuz Solone ipso: qui

nio qui hãc eius notã scriptis edidit. Sed iam satis iocatus est Licero: maior quidẽ iocator inter uenit: cedendum est.

¶ De facetitate Uespasiani Augusti. Cap̃.IIII.

Espasiani principis facetissima qdã sunt:
a u Illud in p̃mis. Mulier amorez fassa seqz amãdo periturã nisi opẽ ferret: rigorẽ maiestatis p̃cib⁹ ac blãditijs cuicit: z in ãplexus tãdẽ Cesareos admissa est. Cũ certã pecunie summã uel cõcubit⁹ uel amoris p̃ciũ p̃ceps amãti daret: dispẽsator ignarus q̃liter eã pecuniã rõnib⁹ iscriberet pcunctabat: Respõdit: Uespasiano adamato.
b Quid in tali p̃sertim sene iocosius? Unus ex domesticis: cuidaz externo sub obtẽtu germanitatis dispẽsationẽ impetrare nitebat: agnouit fraudẽ: z dilata re: illũ p̃o quo petebatur accersijt: certioremqz ab eo fact⁹ qd p̃o se supplicaturo spopondisset: id sibi numerari iussit z uoti cõpotẽ dimisit. Reuersus itercessor istare. Cui Uespasian⁹: Aliũ tibi fratrẽ quere: quẽ tuũ putas meus est. Dũ iter ageret: mulio auriga descẽdit ad calciãdas mulas: substitutqz uehiculũ. Rapta interi occasiõe: litigator anxius accessit ad p̃cipẽ: que uellet narrandi tẽpus habuit. Aiaduertit tãtũ cõmẽtũ Cesar: iterrogato qz mulione q̃ti calciasset: pepigit lucri ptẽ. Festiue utrũlibet nisi auaritie suspitio iocis insita videret. Sed de hoc alias. Plura stãt eius talia: gn z supremo vite tpe iocat nõ destitit. Ad primũ egritudinis insultũ: statim qõ erat mortiferũ arbitratus: ut puto: inquit: deus fio: Illudens p̃decessoribus suis in deorum numerum relatis.

¶ De facetitate Tiberij Cesaris. Cap̃.V.

Xciderũt a seuissimis ingenijs facetissimi
e sermũculi: quos uel ob hocipsuz cõmemorare libuit: Quis eni imitior Tiberio Cesare: p̃sertiz postq̃z Capreas attigit cruẽtissimo ei⁹ ocio famosaz z infelicẽ isulã? Illic moras trahẽtẽ: Illesiũ adijt legatio cõsolatiõis obsequiũ p̃ncipi feres sup mortẽ vnici filij: Cuius mortis dolorẽ ille memoriãqz oẽm nõ tã forti q̃z inhumano aio cõfestim aboleuerat. Itaqz uelut intẽpestiuis cõsolatoribus sic allusit: Ego quoqz fortune uestre compatior: quia magnificum ciue Rectorem p̃didistis: Ultra millesimum annum iocandi materiam quesiuit: animo ferox actisqz metuendus.

¶ De facetitate Domitiani. Cap̃.VI.

Uis p̃terea Domitiano seniori? quis abq honestarũ artiũ studio remotior? Et tamẽ agẽte natura: non nihil paterni leporis inerat. Eius illa referunt de Metio qui in cultu corporis mult⁹ erat: Uellẽ ingt tam formosus esse q̃z Metius sibi videt. Alteri⁹ comaz p̃mixta canicie flaueſcentem: perfusam mulso niuem appellauit.

¶ De dicacitate Lucij Cecilij. Cap̃.VII.

Ecilius iuris cõsult⁹ ab hoc ordine nequaq̃z
c repellẽdus est: Lapidatus erat a populo Uatinius dũ gladiatoriũ mun⁹ ederet: ea iniuria p̃mot⁹: edilitio edicto caueri p̃curauerat: ne gs sibi pomũ in arenã mitteret. Per eos dies cõtigit ut Ceciliũ qdã cõsuleret: Esset pomum nux pinea? Si in Uatiniũ inquit missurus es: pomum est haud dubie. Idẽ mercatori cõsulenti: quo nam modo nauem cum socio diuideret? Respondit: Si nauem diuiseritis neuter habebit.

¶ De dicacitate Lucij Cecilij. Cap̃.VIII.

Ucius Cecilius cũ Caio Cesare pila ludebat: nec deerãt collusores alij. Jussit Cesar
l ceteris cẽtena sextertia per singulos numerari: quinquaginta Cecilio. At ille: vna ne tantum manu (inquit) ludo.

¶ De facetitate Uirgilij. Cap̃.IX.

Ec illepide Uirgilius cũ sibi exprobratuz
n esset q⁹ p̃ sus Homericos abstulisset: z in opis sui cõgerie redegisset: respõdisse traditur: magnaz esse viriũ auferre clauã de manu Herculis: nõ dissimulãs se illis p̃ sib⁹ nõ p̃cario sz pro suis uti. Qõ esse permaximum ex Herculea Homeri magnitudine: latenter affirmãs facete admodum z breuiter: qõ ad ignominiam dicebatur: in gloriam suam uertit.

¶ De dicacitate Ualerij. Cap̃.X.

Aleri⁹ P. Clodio ifenso sibi: Quid ait durius minaris q̃z ut eã Dyrrbachiũ z reuertar? sumpta iocãdi materia de exilio Ciceronis: qui eo in exilium perrexerat: agente Clodio confestimqz redierat.

¶ De dicacitate Quinti pretoris. Cap̃.XI.

Uintus uel Egntius p̃tor de optime atqz
q innocẽtissime administrata p̃uincia reuersus: in morbũ iciderat: Js dũ gelidas manus se habere amico cõquereret assidẽti: Certe ait ille nup calidas de p̃uincia retulisti: de furtorũ scilicet z rapinarũ frequẽtia iocũ texens. Qui viro integerrimo z bene sibi conscio risum mouit: fastidiũqz discussit: suffusurus noxio ruborem.

¶ De dicacitate Lucij Mallij. Cap̃.XII.

Ucius Mallius pictor egregi⁹ deformes
l filios habebat: qb⁹ visis amicus apud eoz cenans: non similiter ait pingis z fingis Malli? Ille autem nimirũ fingo enim in tenebris: in luce pingo.

¶ De dicacitate Satellij Quadrati contra Sabinum. Cap̃.XIII.

Abinus qdam noie: dives ineptissimus a
f Seneca refertur: qui etate sua fuit hebes q̃z q̃z z obliuiosus: glorie tamẽ auidissim⁹: quã ex litteraruz notitia p̃curabat. Itaqz magnis p̃cijs seruos cõparauit: quorum alter hũc: alter illum poetam familiariter memoriter nosset: hoc scilicet expeditum iter ad eam quã appetebat gloriam ratus: si serui ut peculiũ: sic z litteras domino quereꝛ. Hac tali familia instructus: cõuiuas suos questiũculis exagitabat. Serui ad pedes aderant: z de quacũqz re sermo esset oborꝛtus: accommodatos materie uersus insusurrabãt. Quos ille gloriabũdus dum p̃nũciare uellet: in medio herebat. Jn hũc igit̃ Satellius Quadrat⁹: ut ipsi⁹ hoc narrãtis uerbis utar: stultorũ diuitũ irrisor z arrisor z derisor ita iocat⁹ est. Cũ ille iactaret cẽtenis milibus seruos sibi singulos p̃stitisse: Minori p̃cio inquit Quadratus totidẽ scrinia emisses. Idẽ Sabinũ ut luctaretur orabat. Cũqz ille admirans diceret: Quomodo luctabor homo eger ac fragilis z vir viuere ualens? Noli queso inquit Quadratus hoc dicere: Aspice quot seruos habes robustissimos. Merito has nugas audiebat demẽs qui ex alienis gloriam sperarꝛet. Sed z aliq̃ti sper locum iocis mulieb⁹ibus p̃rebeamus.

¶ De dicacitate Julie Augusti filie. Cap̃.XIIII.

dagre mor:bū(qui fere omniū mos est)dissimulare nitebat:dicēs se iā mille passus per diē ambulare: Dixit hoc ille forsitan post hyemale solstitiū. Hinc irridēdi materiā Cesar arripuit: Et minus inquit miri est:lōgiusculi dies icipiūt. Cuidā libelluz sibi timidius efferēti: z ob multā psentie sue reuerētiā: nūc porrigēti dexterā:nūc itentidē retrahēti: Putas ne ait assem elephāti dare? Urbanus pncipis iocus: z tā humane cōditiōis memor:qz qō maior pncipū pars uellet obliuisci. Aliū(nolētis Nomē culator ille fuit)quē obliuiosum z officio suo iparē:grauiter ferebat:egressuro igit z Augustū nuz
B gd in foro agi uellet pcūctāti:Cōmendatorias ait litteras tecū pfer:notū eniz ibi nullū habes. Orator qdā clarus sz gibbo pminēti deformat⁹ Balba de quo lolij vulgatissim⁹ iocus erat: Ingeniū Balbe male habitare. Js inqz corā Cesare cām agens z uelut eloquio gloriabundus:sepe iterās:corrige in me si quod corrigēdū videris Auguste: hoc ab eo tādē respōsum habuit:Ego te Balba monere possuz corrigere aūt nullo modo. Purpurā emi pcepat:nō respōdebat aio suo color:uēditor vitiuz excusabat. Et attolle dicebat purpuram Cesar:ac sursum oculos intēde. Cui Cesar: Ego ne ut popu
lo Romano bñ uestitus videar:in solatio ambulē oportet. Solebat ad cenā inuitatis nō negare:quo se ciuib⁹ suis cōuictu nō supbo qz familiarissimum faceret: A pauprima ac tenuissima cuiusdam cena rediēs:hospiti illū ẏbis psequēti:hoc vnū ad aurē iocoso murmure respōdit: Tā familiarē me tibi nō putabā. Cū extrui fortū pcepisset: z cōsumationis auidus:architecti nimiā tarditatē inuisam haberet:eodēqz tpe z a Lassio Seuero accusati plurimuz absoluerent:ac uelut ab inquieti z calūnioso hois laqueis eqtate iudicū expedirent: Utinā ingt Augustus fortū meū accusaret Lassius. Petebat a Cesare cōgiariū Patinus caut⁹:quo melius psuaderet:Ulgatū iā apud oēs affirmabat:magnam
C pecuniā sibi ab illo datā: Respōdit:Sz tu noli credere. Alteri cuidā cū ab officio remot⁹ esset: similia flagitāti:atqz addēti: Nō se cupiditate ad id petēdū induci:sz pudoris proprij respectu: z ut sine nora pfecturā equitū spōte dimisisse: Insup z libe ralitate cesarea dignus putaretur:sic elusit:Tu te accepisse palā dicito:ego me dedisse non negabo. Quidā Romanus eques diez funct⁹ erat:post cuius mortē es alienū ingēs qō usqz ad extremū uel exī terminū occl'tauerat emersit: Re cōperta miratus Cesar: Jte ait z cubiculare mihi culcitrā eius cōparate. Obstupētib⁹ mādatum:rationē adiecit: Sōnos inquit alliciet culcitra:in qua ille tātis debitorū molibus oppressus somnū capere poterat. Mos antigs erat in agris suis sepeliri: Uectius qdā agrū excolēs:illic inuēto sepulchro patris nō pepcit:sz aratrū supinduxit:qua in re ita lusit Augustus: Hoc est(inquit)uere sepulchrū patris colere. Filia eius Julia festinatos canos egre ferēs:
D clā uellere cōsueuerat:supuenit ornatricib⁹ operi inhiātibus iprouisus Cesar: z vulsos capillos in illarū gremio notauit:sic tū oculos auertit:ut nec vidisse videret. Et tūc qdē nihil hac re:post tēpus sciēs in sermonē senectutis icidit:filiā sciscitat⁹ est: utrū suo tpe canos:an nullas habere comas mallet: Atqz illi sine hesitatiōe respōdēti: z canicie cal uitio pferēti:sic insultauit: Cur igit hec ante tempus te decaluāt? Audita fama Herodis Judeor regis:qz infantes circa bimatum oēs in Syria natos:inter quos mādasset z pprij filiū occidi: Melius est:ingt:Heredis porcū esse qz filiū: Alludēs mori hebraico:sic eni carnib⁹ suillis:sicut humanis abstineret. Tragediā scribere adort⁹ erat:cui mentionē iter studia ei⁹ feci. Tragedie nomē erat Aiax. Eā eni siue iā qz displicuisset:ut Macrobi⁹ refert:siue iceptū stilo nō succedēte:ut Suetonio videt:aboleuerat. Et iterrogātib⁹ amicis: qd iam Aiax suus ageret? Jn spōgiā ingt icubuit: Nō incōsulte(nisi fallor) ageremus:bona ps scriptorū: si in iudicādo de opusculis nostris huius ioci memoriā haberem⁹. Sz ne forte dicatior Augustus qz principem decet:ceteris silentium indixisse videatur:Attingam alios.

¶De dicacitate Marci Tullij. Cap. III.

Arcus Tulli⁹ Liceronē fratrē:ac Letulū
m habebat generum: homūtiōes pusille ad A
modū statute: Jn utrūqz cauillat⁹ est. Uenerat in puinciā cui frater pfuerat: Illic imaginē eius clypeatā qz amplissima forma z ad pect⁹ depictā(ut mos erat)cernēs: Frater ingt meus maior est dimidius qz tot⁹. Rursus generū ingēti gladio accinctū vidēs: Quis generū meū ad gladiuz alligauit? Quo ioco nūc erga insignis paruitatis homines vulgo utimur. Alter illi gener erat Piso qui cū in incessu cūctatior foret qz cōueniret viro: filia ex diuerso cōcitatior qz deceret feminaz: vno ẏbo lusit in utrūqz: Ait eniz filie: Ambula ut vir. Anceps iocus duos simul pupugit. Apud Damasippū cenās:cū ille mediocre vinū mēse adhibitū: grādilogs ẏbis attollēs diceret: Bibite phalernū hoc:qdraginta annorū est: Respōdit: Bñ fert etatē. Facete vnde gloriā ille vino petebat:hic uenia dedit. Jllusit z in Julij Cesarē:ad quē cū post B
ciuilis belli victoriā ueniss̄et:iterrogatus:cur homo doct⁹ in electiōe ptiū tā pueriliter aberrasset? Hoc vnū qō respōderet habuit: Precincturā me decepit caute simul z iocose: Cū eni meritorū cōparatiōi locus amplius nō esset:habit⁹ ducū cōtulit: z qsi rerū omniū pcellētiā Cesari tribuēs:solo quo videret iferior se deceptū affirmauit. Constabat eniz Cesarē ppter habit⁹ negligētiā:ab ineunte etate male pcinctū puerū uocari solitū. Jllusit z Uatinio qui paucis dieb⁹ cōsul fuerat:Grande ingt pdigiū anno Uatinij:qz illo cōsule nec pruina nec uer:nec estas:nec autūnus fuit. Eidē querēti: qz ad se uenire neglexisset:Uolebā ingt in cōsulatu tuo uenire:sed nox me cōprehēdit. Mihi tm z si vno loco sic scriptū inueni:ueriſimiliuſ videt qō alibi legit: hic iocus Laninio poti⁹ dict⁹ qz Uatinio:qz Uatini⁹ paucis:Lanini⁹ nō nisi vno tm die cōsulatū tenuit. De quo est alter Liceronis iocus: L
Uigilātē cōsulē habem⁹ qui in cōsulatu suo somnū nō admisit. Jllud vulgatū:solere flamines diales esse cōsules. Et iterrogatio ludicra gbus cōsul cōsulib⁹ fuisset. Longior suz si Liceronis iocos ad vnū colligā. Ceterū ex paucis acerui toti⁹ libamē obtulisse sufficiet. Hoc qdē iter ptereūda nō fuerit qō magnis auctorib⁹ cōstat eū sepe sontes in iudicio defendētē:deficiēte iustitia cōfugisse ad iocos: z eo psidio victoriā quesisse. Nec illud ignotū qz in his creberrim⁹ foret: cōsularē scurrā ab hostib⁹ uocitatū: quin ab ipso de quo supra dixim⁹ Uati

pedes suos mulierem iussit. Uenit illa uerecunde
z uentrem studio tegens. At ille: ut erat in sermo-
ne mordacissimus: Demitte inquit pallium mere-
trix: Quis te grauidam fecit? Loqui coacta: Pa-
ter ait sanctissime: tu mihi virum meum abstuleras
quid facerem? quod z etas z forma suaserunt: cō-
silium cepi: Inter innumerabiles peregrinos quos
hic annus in urbe hac cōgregauit: circunspiciens
vnum viro meo simillimum: notaui: placuit oculis
meis ille: z in exulantis viri memoriam susceptus
est per noctem: mane abiens qualem cernis me di-
misit. Hec autem alludēs ad viri habitum dicebat
qui sub ueste peregrini ignotissimus ad uxores pe
netrauerat. Risit Bonifacius: z muliebri facun-
dia mitigatus est.

¶ De facetitate cuiusdam nobilis inoiati. Cap. XXI.

In collibus apō quos natꝰ sum: vidit etas
i nostra nobilem quēdam virum: cuius pri
mum studium fuit excipere trāseuntes ap-
paratu magnifico. Die quodam a filuis z uenatu:
cuius quoq; pstudiosus erat: icultā z dumis lace
ratā tunicā idutus: rediēs plenā hospitibꝰ domuz
repperit. Quibus honorādis itētus: dum huc il-
luc cūcta puidēs discurrit: in quēdam illoz super
bum z stabula miscentem famulum icidit: cepitq;
eum blāde corrigere. Impatiēs ire furcifer: exten
ta manu faciem eius pcussit: Secessit ille tacitus:
Mox cernēs famulus quem pulsauerat: iter dis-
cūbētes medium trepidare ceperat: Tādez explo
rato gsnam eēt affusus erroris ueniam poposcit.
Cui edium dominus: Tibi inqt libēs parco: huic
autem: z tunicam suā digito signauit: non parco:
que ut ita tractarer prestitit.

¶ De facetitate Santij regis Castelle contra pa-
pam. Cap. XXII.

Uodam tēpore dum christianorū pceres
q fines sarracenoz inuadere: z terrā Chri
sti sanguine pfecratam idigno seruitio de-
creuissent liberare (qō heu sepe facimus nunq; q
pficimꝰ) agitatū est in pfilijs: qs nam tātis ceptis
dux aptissimus foret: Uisusq; est z optimus Sā
tius Hispani regis frater: quem z expietia armo-
rum cōmēdabat z genus z probitas: nec suspectuz
luxus faciebat (frequēs pncipatus malum) nullis
enim ingnatus opibꝰ aut delitijs: sed hispano mo-
re asper z agrestis: z sub diuo inter labores edu-
catus erat. Accersitꝰ igit̄ omnium pfensu Romaz
uenit z latine lingue nescius: vnum ex fidis inter-
pretis loco habuit. Publicum qō in tali solet cele
brarī pfistorium. Illuc iter multa recitatum erat
Romani pōtificis decretum: ubi Egypti regez fe-
cerat. Quo audito sublatꝰ est igēs plausus omni
um: admirās Santius: sedētem ad pedes interp-
tem quid sibi uellet strepitus pcūctatus est: Ubi
audiuit se Egypti regem pnūciatum: Surge ait:
z diuum papam pnūcia Calliphum de Balda-
cho: Festiua z uere regia libertas: pro inefficacis
regni noie inanis pōtificatus titulum pensauit.

¶ De facetitate cuiusdā comitis Furi. Cap. XXIII.

Omez olim Furi in Cathaloniam pfectꝰ:
c erat homo liberalis z qui nil negare didi
cisset. Illic ut aiūt turba petētiuz obsessus
nihil sibi reliquerat pter mulam quam pōderosuz
senex egtabat. Reditum parāti: nō defuit qui cal-
caria isup pcibus extorquere niteret. At ille pcto
pede subridēs: Accipe inqt: modo mihi aliquez ex
pedias qui mulam meam Furum usq; sollicitet.

¶ De dicacitate Dini p̄ aliq̄s senes. Cap. XXIIII.

Inus gdam pciuis meus: qui etate nostra
d gratissime dicacitatis adolescēs fuit: casu
pteriēs per loca frequētissima sepulchris:
aliquos sibi notos senes illic pfabulātes cōperit.
Qui ut iocādi pitum irritarent: iocari simul om-
nes (ut est etas illa loq̄cior) z manibus etiam ap
prehēdere ceperūt. Ille se pripiēs: hoc vnum om
nibus rīdit: Iniquum hoc loco certamē: uos añ
domos uestras animosiores estis: senio scilicet eo
rum z vicine mortī alludēs: Nec pus itellectꝰ q̄z
eo ab oculis ablato: cemiterium circūspiciētes: q̄s
ille domos loq̄rer ppēderūt. Innumerabilia dixit
ad hūc modum que apud nos vulgo etiam nota
sunt. Hoc enim loco non iocos eius prosequi: sed
nomen attingere propositum fuit.

¶ De dicacitate Donati Patauini contra quendam
iudicem. Cap. XXV.

Donatus Patauinus fuit nup poetarum
d oium quos nostra uel patrum nostroz vi-
dit etas facillime pnceps: nisi iuris ciuilis
studium amplexus z nouem musis duodecim ta
bulas imiscuisset: z animum ab heliconijs curis
ad forensem strepitum deflexisset. Is amici subita
causa z moras respuente necessitate: ipso quotidia
no ac domestico quo forte inuentus est habitu: ro-
gatus in iudicium uenit. Nouus iudex qui tribu-
nal impleuerat: egregio viro nec assurrexit: nec ali-
quo cum honore dignatus est. Ceperat Donatus
amici causam planis uerbis ac vulgaribus agere:
z illum in singulis dictis obluctantem urbane ad
modum ac suauiter conuincere. Indignatus iudex
tanq̄ matus aliqd dicturus: sic interrogauit: Scis
litteras? At ille: scio paucas inquit. Risit insulsus
iudex idiotam ratus: Ad inceptum redijt sermonē
Nec ante se delusum sensit q̄z disertissimi viri z ra
tione simul z oratione superatus: Nomen abeun-
tis querens: ab astantibus didicit Donatum esse:
cuius ea tempestate non Padue tm̄ celebris: sed
per omnez Italiam fama erat. Deinceps ad ea trā
seamus in quibus permagnum ingenium nec mi-
nor festiuitas sed morsus est acrior: quibus abun-
dare z si prudentis non est: qui tamen precedenti-
bus similia erant: ad eloquentiam similiter specta-
re videbantur: qualiacūq; forent segreganda non
censui. De mordacibus iocis.

¶ De dicacitate Publij contra Mutium inuidum.
Cap. XXVI.

Utius quidam fuit inuidi z iniqui animi:
m qui eque alienis bonis z suis malis torque
retur ingemisceretq; Nunc molestiorem
solito cernens Publius: ita iocatus est: Aut Mu-
tio nescio quid mali accidit: aut cuipiam nescio qd
boni.

¶ De dicacitate contra Antonium fugientem: cuius-
dam serui sui. Cap. XXVII.

Ost obsidionem Mutinēsem fugiēs An-
p tonius: seu naturali humore seu corpibus
exhaustis creberrime bibebat: subsistebat
q; per singulos passus ubi bibēdi facultas afforet
mox fugam pcipiti psternatione resumebat. Inter
rogatus vnus ex familiaribus eius: quid naz An
toniuz ageret? Respōdit: qō canis in egypto: bibit

Ulia Augusti filia(que profecto non ultima inter illustres feminas fuisset:si prudētie curā quam primā esse par fuerat:non in ultimis habuisset)iter multas ⁊ uarias nature dotes:humanitatē morū comitatēq; sermōis habuit cauillatrix in primis iucūdissima. Contra crebros patris mōitus:culta lasciuius:oculos eiꝰ turbasse cognouerat: modestiore habitu reuersa mitigare paternam idignatiōem cogitauit ⁊ obtinuit. Itaq; uerba que dolor oppressserat:gaudiū expressit. Et sentis ne ait q̄ tomagis hic q̄ externꝰ habitus deceat Augusti filiam? Nō obstupuit illa tāti cesoris maiestatē:Sed heri me(ingt)viri:hodie pīis oculis ornaui. Eandē in spectaculo ludorū circūualla uerāt adolescentū impudicorum agmina:cū ex aduerso Liuia Augusta uenerādo modesta comitatu staret. Hec Cesaree cōiugis ac nate uarietaſ populū crexerat:sed ipsum pncipaliter Augustū. Cō monefecit ergo Juliam breui scripto:circūspiceret q̄ta morū iparitas:iter duaſ dignitate pares feminaſ foret. Illa castigatorē suū repulit:bis ꝯ bis:Et bi mecū senescēt. Amico sobrio ⁊ prudēti:ut se paterne frugalitatis imitatricē faceret: modestosq; illius mores in animum induceret:respondit:Ille se Cesarem obliuiscitur:ego Cesaris me filiam recordor. Sed iam satis multa de nostris.

¶De dicacitate Diogenis philosophi. Cap.XV.

Jogenes Cynicus ille famosissimus cōtēptor omnium que optanť ab alijs:de Antisthene pceptore suo sic iocari solitus traditur:Ille me ex magnis diuitijs ad inopiā dedu xit:effecitq; ut latas edes cum angusto ⁊ uolubili dolio pmutarem:Quātum ultro citroq; laudum ac glorie sub hac irrisione claudebať. Item aduersus dialecticum sophistā lepidissime cauillatꝰ est. Proposuerat ille per cōtumeliam hoc modo:Q̄ ego sum:id tu nō es. Annuit Diogenes. Ille procedens in sophismate:homo autē inquit ego sum. Et id quoq; cōfessus est. Tunc ex cōcessis conclusit: Igitur homo tu nō es. Indignatus has ineptias: hoc inquit ultimum falsum est proculdubio: Et si uerum fieri vis:a me incipe.

¶De dicacitate cuiusdam iuuenis qui similis erat Augusto. Cap.XVI.

Uenis alienigena Romam uenit:forma corporis taꝫ similis Augusto:ut omnē populū spectaculi admiratiōe suspēderet. Augustus re audita:ad se iuuenē euocatum cernens: effigiēq; suā in illius facie recognoscēs:in hāc sententiam interrogauit: Fuit ne vnq̄ o adolescēs mater tua Rome? Sensit ille quo pergeret:Et minime(inquit)mater:at pater meus sepe. Facete ⁊ illatam suspitionē repulit: ⁊ nouam peperit:Et hec qdē historia sic in Saturnalibus tradita est. Ualerius autē Maximus: nō Augusti sed innominati pretoris:neq; matris sed duorum patrū mētionez facit:pterea nō Rome sed in Sicilia interrogatus respōsum ue cōmemorat. Percūctāte enim magistratu Romano quendā eius prouincie sibi forma corporis simillimū: ⁊ mirari se dicēte vnde hec tā ta similitudo cum pater suus nunq̄ in Sicilia fuisset. At ille respondit: Pater meus sepe Romā uenit. Que nam sane uerior fidelior q̄ narratio est: fides(ut aiunt)apud auctores maneat.

¶De dicacitate Mithridatis regis. Cap.XVII.

Jthridates Ponti rex Cappadocuz:sororis sue filio sub simulatiōe colloquij insidias tēdēs:gladiū abdiderat:crudelis licet adolescēs ⁊ ad interitū destinatꝰ: regio tū illoruz more tēporū:scrutatorē premisit:qui duz Mithridati manū in secretiores ptes corporis mittit: Jocatus ille:Caue ait ne aliud telū q̄ quod queris inuenias. Eoq; modo suspitiōe detracta:iocis texit insidias. Miruz quod in eo statu iocari posset:sanguine mox nepotis respergendus.

¶De dicacitate Publij Syri. Cap.XVIII.

b Js autem furijs agebat insensata mortalitas: fidēs cōsultoribus infestis: Senatum sibi e media inimicor urbe delegerat. Nō duz tempus erat ex tam profundis tenebris emergendi: Persequebat humanum genus diuina ultio: ⁊ sic meritum premebat: ut si dici fas est: superstitionibus humanis celestis patientia faueret. Quid enim fuisse aliud reor (si modo est uerus qō clarissimi auctores tradidere) Cleophantem ut ipsi nominant sophistam ineptum ac mordacem: ut ego arbitror philosophum ⁊ prudētem: sed ut fere accidit parum leti successus hoiem: irridendi animo consuluisse Apollinem Delphicum: an esset hactenus equum repturus: cum vo nec equum quereret: nec hactenus habuisset: respōsumq; repertum gdem equum: sed ex eodem casurum: ⁊ precipitio moriturum: Cleophātem vo iure optimo deridentem que audierat: dum redijt: casu quodam habuisse obuium Attalum regem sibi infensum: atq; eo mandāte deiectum de prerupto saxi cuiusdā uertice: cui equi nomen agricole forsan ⁊ pastores indiderāt expirasse: ⁊ leso (ut aiunt) deo iusta supplicia pependisse (ut mihi magis videt) inique sor ti tributum inexpiabile persoluisse? Quis autem miretur vulgus indoctum obstupefactum huius euentu: cepisse Apollinem non modo ut ueridicus sed uelut acrem quoq; suarum offensarum vindicem: plus etiam solito uenerari ac metuere? Sed queso te Ualeri Maxime: uosq; qui secum ⁊ cum Apolline sentitis: si tam grauiter ⁊ tam cito ultus est Apollo temptatoris huius iniuriam: quid fecit Marco Tullio nō tēptanti: sed aptissime contēnēti: neq; id uerbo uolatili: sed eternum permāsuris libris? Neq; id semel modo sed millies: ⁊ quotiēs in hec uerba reuoluitur: usq; adeo: ut non etate sua tm̄: sed ⁊ diu ante cessasse Delphis oracula: ⁊ nihil illo specu mutoq; terre hiatu: dicat inueniri posse contemptius: opineturq; nec primis seculis illic fuisse: nisi fortuite rareq; ueritatis habitaculum: quando ⁊ eos qui euasiunculas querunt: dicētes

diuinatione confirmant. Nunc igitur Traian⁹ hortantibus amicis bello Parthico consulendum ratus: romano more fidem oraculi prætẽptare uoluit ne quid forte mortalis fallacie fingeretur: sigillatasq; litteras transmisit: ad quas sibi petijt responderi. Erat enim mos ꝛ de longinquo per epistolã cõsulendi: Spiritus ille uaferrimus qui in consignatione imperialium litterarum forsan interfuerat: temptatum se intelligens: ut humanas irritaret in saniam: nosse se commentum consulentis ostendit. Oratus enim ad id quod in litteris clausum erat respondere: Chartam poposcit: quaꝫ cum sacerdotes attulissent: sicut erat claudi iussit ꝛ remitti. Illis quidem attonitis: ꝛ quid sibi uellent prestygia dei sui: cum admiratione reputantibus: Nec minus admirans imperator: oblatam vidit ꝛ aperuit: ut qui solus facti conscius foret: ꝛ chartam illi signatam quoq; sed uacuam misisset. Itaq; iam satis expertum credens: ꝛ de templi religione certissimus: secundis litteris consuluit: Esset ne post belli finem Romam reuersurus: Ille autez scripto nihil: vitem in partes sectam ac sudario inuolutaz remisit principi: Traiani mors proximis vindemijs consecuta: reliquieq; Romam reportate: responsi nubilum discussserunt.

¶ De responso illusorio quod accepit Caius Caligula in templo fortunaruz: ꝙ caueret a Cassio: a quo fuit postmodum interfectus. Cap̃.V.

Sed ne Apollo solus imperatorib⁹ nostris irriserit: Caius Caligula uarijs vndiq; prodigijs pulsatus: templum fortunarum Anthij consuluit: quem locum ueluti natalem sibi omnibus locis atq; secessibus (ut Tranquillus ait) semper pretulerat: Responsum: Caueret a Cassio. Ea re permotus: Cassio longinquo qui procõsulari imperio tunc asiam obtinebat: destinauit mortẽ Et forte consulto: id agebat: sed Caius interim a Cherea: qui ꝛ ipse lꝫ minus vulgato nomine: Cassius erat: interfectus est.

¶ De responso quod accepit Uespasianus in monte Carmeli: quicquid mente concepisset ac temptasset: successurum feliciter: q̃uis arduum ꝛ laboriosum. Cap̃.VI.

Espasiano autem sub Nerone rem hierosolymis gerenti: vicinum Carmeli montis oraculum experiendi desiderium incessit. Unde in immensum auctus est: accepto responso: quicquid mente concepisset: quicquid tẽptasset successurum feliciter: q̃uis arduuz aut laboriosum videretur: Parũper iste fidelius ꝛ paulominus ueraciter. Sed ad Apollinem reuerto:.

¶ De oraculo dato Athenienſibus in aduentu Xerxis. Cap̃.VII.

Tne clarius inter vicinos locutum putes: sub aduentu Xerxis: territis grecie urbib⁹: ab Athenienſibus consultus: quo nam modo saluti proprie ac filijs prouiderent? Respondit: Muris ligneis. Id ambiguum more suo confusiq; consilium Themistocles interpretans: pro muris ligneis naues intellexit. Itaq; hortante eo: deserta urbs turba ad bellandum inhabilis: ꝛ precio fissima rerum repostis locis abdita: Ipsi autem armati classe conscensa: experiri fortunam pelagi decreuere: casus prestitit ꝛ Salaminate victorie successus: ut consulto: uerax haberetur. Qua in re: si non plus illinc Xerxis ignauia: hinc Themistoclis consilium ac virtus: q̃ Apollinis oraculum effecisset: egre profecto muris ligneis: hostis tam numerosus excipi ualuisset.

¶ De responso dato Lacedemonijs. Cap̃.VIII.

Aulo Lacedemonijs apertio: quibus eadem tempestate consulẽtibus. aut urbi aut regi eorũdem pereundum esse respondit. Atq; ita contigit. Rex enim Leonides gloriosissime moriens: patriam reliquit incolumẽ: q̃q; recte iudicantibus: oraculo regis mors: virtuti regie: salus urbis ascribenda sit.

¶ Qualiter in consilio obscurus: in adulando vo clarus fuerit idẽ Apollo: ꝛ de laude Socratis. C. IX

Uid q; in consilio anceps ꝛ obscurus: in adulando clarus ꝛ simplex reperiꝫ? Quid cause putem interueniſſe: nisi ut illic remedium occultaret: hic superbiam ꝛ inanem iactantiam mortalium pectoribus ingereret? Utrobiq; fallendi propositum utilia tegere: damnosa reuelare: Socratem omnium qui viuerent esse sapiẽtissimũ respondit. Nullum hic inuolucruz: aperte locutus est: Nec puto falsum dixit. Sed quorsum his laudandi blanditijs pergeret: non video nisi ut hominem doctissimum: ꝛ cuius moleste sapientiam ferebat: estimatione suiipsius tumidum: ꝛ uelut diuino iudicio prelatum insanire compelleret. Illarũ forte blanditiarum fidem sibi reddebat Socrates cum Xenophonti discipulo (ꝑm Platonem) preclarissimo interroganti: Nunquid suaderet Epicuruz sequi? Postq; sententiam suam explicuit: hoc in fine responsum dedit: Et nostruz quidem inquit humanum est consilium: sed rebus inobscuris ꝛ icertis: ad Apollinem censeo referenduz: ad quem etiam de maioribus rebus Atheniẽses publice semper retulerunt. At quãto tu Socrates melio: quã toq; consilij sanioris: q̃ is ad quem discipulum remittebas: nisi in hoc vno quod ille tibi optimus ꝛ consultissimus videretur. Sed redeo ad apollinẽ.

¶ De simili adulatione ad Lycurgum: deq; uero responso Hygi regis Lydorum dato. Cap̃.X.

Ycurgo Delphicum consulenti: Ignorare se ait: eum ne dijs an hominibus aggregaret: Immo vo non ignorabas perfide: cui loquebaris hominem esse non deum: tibi tamen ꝛ omnibus tui similibus dijs longe preferendum? Sed quid aliud hac simulata ignorantia uoluisti: nisi ut egregium virum: ꝛ inter homines precellentem: ridiculum semideum opinione sua faceres: ꝛ immensis laudibus inflatum: ex eo qõ fuerat: magno ut tibi videbaris teste conuelleres: eumq; qui ad te homo certus ac modestus uenerat: remittes immodestum: atq; inter diuinitatis ac humanitatis uestigia titubantem? Unum mihi ueterator hic videtur respondisse fideliter: nisi talium moris esset: aliquid interdum ueri dicere: quo liberius in reliquis mentiantur: Siquidem cum Hyges ille Platonicus: pessimũ nefas: de pastore rex Lydorum: ꝛ insuetis fortune fauoribus sese efferens: oracula Delphis exquireret: num quisq; in-

in oraculis Apollinis:aliquam inigſſimorum ſpirituum fallaciam ſuſpicari:ni videre doctores noſtros diuino ſpiritu afflatos:Sybillis credere: ⁊ pſertim Erithree:multa que de Chriſto predixiſſe credit:ſuſcipientes alacriter ⁊ ad diuinitatis teſtimonium pferentes.Deniq; uſq; adeo heſitates:ut ex eis quidam pſcientie huiuſmodi rationem afferant:q; ſcilicet Sibyllarum inſigne virginitas eſt (ut eorum uerbis utar) ⁊ virginitatis pretium diuinatio. Eolico enim ſermone Sibylla: σιου βουλη dicitur:ideſt dei conſilium:quod ſola ſcribitur noſſe virginitas.Audio tñ Ciceronem ex diuerſo: diuinationis hoc genus paulo reuerentius q̃ ceteri refellentem: cum quatenus qdem ex uerbis eius colligo:Julio Ceſare rerum potiente ptigerat: ut Sibyliniſ libris ex more aditis:reſponderet in hãc ſententiam:Quem uere regez haberẽt:Regez quo eum appellãdum ſi ſalui eſſe uellent.Regium aũt nomẽ apud alias gẽtes uenerabile: apud Romanos odioſum ⁊ iportabile ſemp fuiſſe nouim⁹. Jta q; Cicero cõſilium illud abominat ac reſpuit: humanãq; fraudẽ modis omnib⁹ ſubeſſe nõ dubitat. Ambages enim huiuſcemodi que idefinite plate: poſſent ad quẽlibet hominez ac rem: ⁊ ad omne tẽpus applicari:nõ ab illa que libroꝝ auctrix dicitur furere:ſed ab aliquo ac uerſuto cõpoſitas videri. Alia deinceps ex eiſdem libris elicit iudicia: diligẽter ⁊ artificioſe mentiẽtis ſcriptoris potius q̃ inſani. Ad poſtremum tñ ſi Sibyllam damnare non audeat:libros tñ eius nõ facile legẽdos:nec iniuſſu ſenatus adeũdos cẽſet. Et de his qdez hactenꝰ.

¶Quid de ſomnijs Marcꝰ Cicero ſẽſerit. Cap. II.

A Omniorum caſus ſcrutenꝫ alij:nos hoc libro(qõ ſepe iam diximus)rerum exempla cõquirimus. Sed pfari libet Marcũ Tullium aduerſus hãc quoq; uanitatem ⁊ eoꝝ amentiam qui ſomnijs fidem habent acriter diſputaſſe. Que diſputatio(niſi falloꝝ)ſi ne dicã mihi:ſed cui vis homini retexẽda ſit:aut illius ueſtigijs inſiſtẽdum:idq; narrationis ordo ſeruãdus erit: aut p fecto aliqd uel de ſententiarũ grauitate:uel de uerboꝝ elegãtia remittẽdum. Quis enim queſo niſi ipudentiſſimus:ſperare audeat illum diuinum atq; aureũ orationis fontem:non ſe ſi diuerterit turbaturũ:aut parem:uel claritatez uel ſuauitatem pcul a ſcatebrarum ſuarum premordijs repturum? Uerecũdius qdem foret ac tutius:ipſam Tullianam diſputationem aut omittere aut non aliter q̃ Tullianis uerbis exprimere. Sed nec ptermittere viſum eſt:rem etſi nõ lectori:mihi certe neceſſariã pbatãq;:nec rurſus totam diſputationis ſeriez ad cõtextum reſoluere. Ne ſim logior q̃ oportet:medium elegi:ſummaz rei colligẽs:que talis eſt. Nõ decere philoſophum aut prudẽtem hominem ineptis atq; anilibus ſupſtitionib⁹ aurez iclinare: ſed ridiculũ opinari:qui vigilãtes nec pſitia itelligere nec pteritoꝝ meminiſſe queãt:eos cum obdormierit etiaz uẽtura pnoſcere: Quaſi amicitioꝝ familiarioꝝq; ſopitis atq; ſtertẽtib⁹:q̃ vigili animo aptiſq; oculis meditãtibuſ ſit deus. Qui ſi auctor ſomB nioꝝ eẽt: futurũq; aliqd denũciare hominib⁹ uellet:uel aperte uel aliqua que intelligi poſſet iſpiratione pſulere: Cum omniũ qui ſub celo ſũt mortalium(nemo enim nõ ſomniat)ne duz lectulos:ſed egrotãtium quoq; grabatulos circũire ⁊ inſuſurrare innumerabiles ambagum ſpecies neq; cum ex perrecti fuerit memoriam habituris. Deide ſi dormientib⁹ tãtuz cõſuli uellet: clariora ſaltem ſtatuiſſet ſomnia:nõ atra ⁊ cõfuſa: que dormiẽtes expaueſcãt: ⁊ vigilãtes ad iterptem diluculo ⁊ referre ſoleãt:Hoc accidit: q; cum deus nullius falſi auctor ſit: uera eſſe omnia que in ſomnijs cernim⁹ ne ceſſe eſſe. Que cuz ita ſint:illõ potius philoſopho dignum arbitraꝫ Cicero:eſtimare viſa hec:gb⁹ ſopor hominum abũdat naturaliter euenire:ſine ulla ſignificatione rerum futurarum: Animum enim agitãte ppria natura a motu nunq; poſſe regeſcere. Enimuero cum languida ⁊ ſomnolenta mole corpis:nec mẽbroꝝ nec ſenſuum uti poſſit officio: dum per ſeipſum ad aliqd agẽdum videndũq; cecus rapiꝫ: incidere in imagines ambiguas rerum uariarũ: Jdq; ex reliquijs iherẽtib⁹ earuz rerũ q̃s vigilãs egerit aut cogitauerit puenire. Cuius rei teſtem facit Ariſtotelem: Earũq; pturbatione miras interdum ⁊ inenodabiles occurrere ſomnioꝝ formas. Egbus ſi quedam falſe:quedam uere ſũt: C ſcire cupit ille vir doctiſſimus:qua nam internoſcãtur nota:Siue ea nulla eſt:cur incaſſum interptes fatigemus? Quin ⁊ ſi ulla eſt:ad hũc terminum vi am illam his nugatoribus cẽſet incognitam:pſertiz cuz explorare res abditas: ⁊ ea que in ſomnijs hominibus diuinitus portẽdunꝫ(qõ hi homũculi pfiteri nõ dubitãt)pfũdiſſimi ingenij pfecteq; doctrine ſit:Nos autez videamus primum ex leuiſſimo(ut ipſe ait) ⁊ indoctiſſimo genere cõſtare:dei de nõ ex ulla ſomnioꝝ vi:ſed ex ppio acumine iudicare: Jdeoq; inter ſe uarios atq; diſcordes. Ad qõ pbãdum quedam affert: de gbus iferius dicemus. Jta q̃uis diuinationem cõcederet:quam negat:diuinum tñ nullum cõtẽderet. Scio qdem de hac re alios aliter ſentire:nec ſum neſcius quãtum gẽie puer hebreus ex ſomnioꝝ interptatione percepit:ſed illic nõ ars humana ſed celeſtis reuelatio. Hec tãdem de ſomnijs utcũq; meis vbis explicita nõ tam mea q̃ Ciceronis intẽtio eſt. Etſi eniz Academico more diſputans:nihil ptinaciter affirmet: quominus liberum relinq̃t ⁊ integrum auditorẽ: q; cum ut ipſe alio quodã loco de Socrate ⁊ Platone loquẽs ait:virisſe ſecum mihi videor ex loqn di uſu:de opinioue eius nõ aliter certus ſum:q̃ ſi que legi ex ore narrantis accepiſſem. Quo magis miror ita quoſdam de ſomnijs ſcripſiſſe:uelut idubitatam traderẽt hiſtoriam:cum ipſum de cui⁹ fontibus hauriebãt cernerẽt hec eadem dum recitat cõtẽnẽtem:Uelle mihi videnꝫ ſupſtitiones hominum augere. Sic enim ſomnia renarrãt que caſus aliqs uera fecit:q̃ſi nihil fruſtra ſomniari pſuadere cupiãt rudibus ingenijs:que in illas pmum litteras ſors impegerit. Jta apud credulum vulgus auctoritas interptum ingẽs erit:neglectiſq; rebus oibus:ſatis negocij cuiq; ſuus ſomnus afferet:aliquanto plus tibi tribuet ſollicitudinis q̃ quietis. Quãto ſatius fuerat docere:ut de mille vnum nõ accidit:cui uel tenuis ſit cuz ueritate cognatio. Totis aũt noctibus dormiẽtes: ac ſepe meridiantes: qd mirum ſi nõnunq̃ uero quedam prima videmus? Hoc aliq̃ iam hinc ſcribere aggrediar. Falſa enim qs capet liber? Et hec quoq; ſic legi uolo. ut agnoſcaꝫ potius fortune vis:q̃ q; fides ſomnijs habeatur.

vim loci eius euanuisse tractu tpis:sic irridet:ut dicat eos non aduertere qđ de vi diuina agit: que si est:utiqꝫ eterna est: sed pinde loqui quasi de vino aut salsamento: que vim suam sumunt temporanea potestate ⁊ paulatim euanescunt: Itaqꝫ hec dicētes:philosophos supstitiosos ⁊ pene phanati cos appellat: qui excusationes friuolas ineptijs suis malūt exquirere:euanuisse fingētes:qꝫ ueritatem ingenue ꝓfiteri: ⁊ errorem suum uel sero recognocere:qđ diutissime circumuenti sunt sup huius modi oraculis ptim falsis(ut ipsis Tullij uerbis utar)partim casu ueris:ut fit in omni oꝛone sepissime:ptim flexilogis ⁊ obscuris:ut interꝑs egeat interꝓete ⁊ sors ipsa ad sortem referēda sit. Hec de
C Apolline Marcus Tullius. Legeras tu qdē Valeri ista: ⁊ ꝓculdubio noueras: ut qui ex Tullianis libꝛis magnam cōflasti opis tui partem: quo te ac seculū tuū magis admiꝛor:quo nō modo uanitas hec tātum fidei apđ doctissimos uestros inuenerit:ꝑsertim postꝗꝫ innotuerat eam tam libere ac tam grauiter:ab illo latinarum litterarum parēte cōtēni. Nec adduci possum ut credam:nō id te atqꝫ alios doctos homines sensisse. Illud potius rear:sicut stellas quas celo appositas: ⁊ celestis fuge moderatrices ferūt:qꝫuis ad orientez moueant:firmamenti tñ impetus in diuersum rapit:sic uos licet motu ꝓꝓꝛio ad ueritatem ꝓnos:populoꝛ tñ erroꝛibus violēter in nō cōtrarium deuolutos. Nisi forte nūc etiam opinari libet: Apollinez nostrum nō segnius in Ciceronе iniurias ultuz suas:uosqꝫ in opinione cōfirmat:indignū ⁊ crudele supplicium tāti viri:cui utinam nō magis uel Romanum odium qꝫ Delphicum:uel Philippicaruz qꝫ diuinationis liber:uel in Cesarem ⁊ Antonium qꝫ Apollinem dicta nocuissent. Et de oraculo satis dixisse mihi videoꝛ.

C Tractatus tertius de naturali diuinatione:que maxime somnijs constare credit.

C De Sibyllis ⁊ earum oraculis:que quadam diuinitatis familiaritate ad intimum ueri fontem ꝓꝛopius accedere videntur. Cap. I.

A Roꝛimum a dijs(ut ipsi uocāt)imoꝛtalibus tenere locum putabant moꝛtales hoies:aut diuinitus aut humanit⁹:idqꝫ seu nāliter seu artificio quodam futuroꝝ ꝑscij:Quippe qbus in hac hoium cecitate:discutiēs vmbram coꝛpeaz:⁊ obiectam uēturi nubem penetrans:ineſt diuinatio magnifica quedam res ⁊ salutaris:si modo est ulla:sicut de hac tota re locuturus Cicero ꝓfatur. In hoc aūt genere Sibyllis nō indigne ꝓmus gradus dabit:qꝫ q̄dam diuinitatis familiaritate ad intimum ueri fontem ꝓpius videant accedere. Et has qdem plurimas fuisse nouimus:q̄rum nōnulli scriptores ⁊ numerum ⁊ etatem ⁊ ꝓtiam ⁊ act⁹ ⁊ noia collegerūt. Qđ nobis hoc loco ꝓsequi longum nimis:⁊ curiosum magis qꝫ necessarium videt. Sed qm̄ de nāli diuinatione institutus nobis erat sermo:que ⁊ furore:hoc est oraculis a furēte redditis ⁊ somnijs cōstare credat:dicto de Apollinis:aliqđ de Sibyllinis oraculis dicēduz occurrebat ꝓius qꝫ ad somnia ueniremus: Ac nescio an hec quoꝝ adhuc fides ⁊ auctoritas vigēt:illis quo rum iāꝑidem erroꝛ explosus est:meruerūt añponi. Sed uetustatis oꝛdinem secutus sum: Ex cunctis qdem Sibyllis: ⁊ hoc attigisse satis sit: Quatuoꝛ celebꝛant Delphica: Erithꝛea: Cumana: Tyburtina. Ꝓꝛimam añ tēpus heroicuz:in ipso Apollinis tēplo uaticinātem memorāt:multos ex eius vſibus Homerum poetam opibus suis interseruisse. Secūdam noie Eriphylem: ⁊ Lacenos maris impium amissuros:diu añ ceciniſſe: ⁊ pituā Troiam: ⁊ Meonium uatem: qui multis post seculis natus est mēdacia scripturum. Extat libellus quez sibi attribuerūt:in quo(si modo suus est) Troianoꝝ ⁊ grecorum exitus:ac Romane urbis ⁊ imperij originez ⁊ labores ⁊ successus uarios: Inter hec aduētum dei in terras:multaqꝫ religionis nr̄e clarissima:multa quoqꝫ de erroꝛibus externis ⁊ internis:deniqꝫ alienigenarum ac nostris euētibus: nō modo usqꝫ ad hāc etatem:sed usqꝫ ad finem seculi ꝓphetauit. Tertia noie Amalthea:cuius locū nup ꝓope Cumas Cāpanie vidimus: Romanos ex cūctis moꝛtalibus delegisse tradit:qbus uentura prediceret. Indignata suum cūctis seruire furorem:ut elegāter ait qdam. Quin ⁊ libꝛos edidisse:in qbus Romanoꝝ fata remediaqꝫ cōscripserit:qui Sibyllini dicunt: ⁊ quoꝝ oīs Romana historia plena est. Nota res est antiquis annalib⁹ ⁊ nouis testatissima: Anum peregrinam ⁊ nulli cognitam adijsse Tarquinium supbum:ac nouē libꝛos attulisse:dicētem eos diuina esse oracula ⁊ uenales fore. Regem vo percōtatum de ꝓꝛecio:cū grāde qđam audiuisset:irrisisse. Anum tribus libꝛis accēso coraz igniculo perustis:quesiuisse uellet ne sex alios eo ꝑcio compare qđ ꝓmum omnibus statuerat. Enimuero tum Tarquium delirantem senio feminam ꝓculdubio credidisse ac derisisse ꝓꝛo fusius: Jam tribus alijs in eandem flammam conjectis:tres qui soli supерāt poꝛrexisse regi:mitiusqꝫ iam ⁊ in modum cōsulentis:ut hos eodem ꝓꝛecio emeret hoꝛtata est. Regem muliebꝛi fiducia attonitum:libꝛos quo suadebaꝫ ꝑcio compasse:uenditricem ilico euanuisse:nec usqꝫ visam aut repertaz libꝛos in sacrarium repositos:cōsuli ⁊ ꝓꝛo oraculis haberi multis cōsuetum seculis:donec incenso tandem capitolio perierūt. Quartam vo noie Albuneam oium nouissimam Sibyllarum:temporibus Augusti Cesaris fuisse:atqꝫ illum successibus ls ⁊ eximio fauore hoium elatum:diuinos tamen honores quos ei populus romanus obtulerat renuētem in ꝓpositо sobꝛio ac modesto confirmasse: Adductoqꝫ per noctem in Tarpeiū collem:⁊ ostēsa in celo virgine:sydereum infantem ulnis amplexum:vnum deum docuisse fama est. Extare huius visionis argumētum in terris:aram celi: ⁊ in eodem ⁊ ipso loco quem dum celum suspicit uestigijs ꝓꝛesserit:admiꝛās templum puerpe dedicatum virgini. Ceterum de alijs sex sibyllis ꝑcipitare sentētiam non est meum: Scio enim quia deo nec impossibile quicqꝫ nec difficile:licuisse secretum suuz credere cui libuit. Uideo harum uatum responsis ⁊ oraculis ab oꝛbe toto: sed ab urbe singulariter: ⁊ ab illo sapiēte:tum populo ac senatu tātuz fidei tributum:ut per decem siue etiam qndecim viros celebꝛi apud eos sanctitate ac fide ꝓspicuos:in duBijs casib⁹ reipublice ex sibyllinis libꝛis:uelut e celo sue salutis cōsilia quererentur. Possem ⁊ hic ut

¶De somnio Artorij medici diui Augusti Cesaris. Cap.IX.

A Dc forsan exemplo monitus diuus Augu
b stus:huius cedis magnificus vindex: ne-
quaq̃ ptẽptor somnior fuit:eaq̃ sibi quo-
dam tempe salutaris obseruatio fuisse legit. Dum
enim interfectores patris iusto stimulãte odio pro
sequit:fortuna que Thessalicam aream uẽtilãdis
ciuilib⁹ bellis egerat in cãpis Philippicis:adhuc
pene Romano sanguine fumãtib⁹: Romanos ite-
rum cõtraxit exercitus: Instabat autem pugne di
es:cui Augustus graui tardatus morbo:nullaten⁹
iterfuturus videbat. Nocte igit cui pluz succesit:
Artorio medico dormienti:Minerue effigies ob-
uersata est:iubẽs ne egrotum suum ob infirmitatez
B pateretur plio abesse. Qõ ut agnouit Cesar:animi
viribus fragile corpus adiuuãs:lectice sese ipositũ
educi aduersus hostem impauit. Initoq̃ certami
ne: dum mirabili pstãtia t morbi simul t armor
pfert ipetum:tertium utroq̃ maius piculum eua
sit. Eodem enim tempe quo acies pfligebãt: Bru-
tus in castriz remãsisse illum ratus:in tẽtorium ei⁹
irrupit:cubiculũq̃ in quo iacere putabat innume-
ris gladijs cupide laniatuz atq̃ discerptuz est. Sa
piens igit uel in somnio Minerua dixerit gspiam:
que egri curam nõ sibi sed medico cõmisit: t appa
rẽti morbo itẽtũabdite pestis admonuit. Quo cõ
silio succursum est:ne ad supremuz fortune fastigi
um uẽturus adolescẽs:pmis gradibus excideret:
quem iter hoies descẽsura diuinitas: terraruz tũc
futurũ psidem puiderat ab eterno: t lege sanxerat
inuiolabili.

¶De somnijs patris t matris diui Augusti: gb⁹ se
cutura eius pignata est celsitudo. Cap.X.

Ure igit magnus t incõparabilis vir cla-
i rus Augustuz:sub quo deum celi nec nasci
puduit nec describi. Cuius futuraz magni
tudinem genitrix:claritatez genitor:si que somnijz
fides est:per getem vidit anteq̃ nascerẽ. Actia q-
dem mater pgnans vidit viscera sua ad celum tol-
li: t ideper omnem terrarum atq̃ etheris circui-
tum diffundi: Pater aũt Octauius:iubar solis al
uo uxoris emergere: Quid his visis illustri⁹? gd
certius? Octauius idem post partum pnigis:cum
per deserta Thracie ducẽs exercitum Romanum
t in tẽplo Liberi patriz more barbarico sacrificãz:
interrogãsq̃ de filio: respõsum a sacerdotibus ac-
cepisset: Euz de quo quereret futurum mũdi domi
num:nocte prima filium videre ipum existimauit
augustiorem effigie humana:fulmine ac sceptro t
Jouis exuuijs uerẽdum: nec nõ t radiata corona
laureatis curribus isidẽtem:duodenis eq niue cã
didioribus agi. Et hec ostẽsa parẽtibus. Quibus
minor iest admiratio pter illa que de eodez somniarunt alij.

¶De somnio Quinti Catuli. Cap.XI.

Uintus Catulus dedicato Capitolio: pri-
q ma nocte vidit Jouem ex multis adolescẽ
tulis circa aram colludẽtibus: vni seorsuz
abducto:in sinum recõdisse reipublice signum qõ
in manib⁹ habebat. Nocte altera eũdez illum pue
rum in gremio Jouis ipsius cernens:ac religione
tactus:amouere cupiẽs:uocez Jouis audire visus
est uetãtis ac dicẽtis: puerum illum ad reipublice
psidium enutrire. Die autem postero puerum Au
gustũ icognitum sibi casus obtulit. In quem uehe
menti admiratione defigens oculos: persimilem
asseruit ei quem bis dormiens vidisset.

¶De somnio Marci Tullij Ciceronis de Augusto. Cap.XII.

Arcus aũt Tullius Julium Cesarem ma A
m ne in capitolium secutus:somnium noctur
num inter domesticos recẽsebat: Visum si
bi puerum vultu igenuo t modesto de celo in ter-
ras cathena aurea demissum:eiq̃ cum añ limẽ ca-
pitolij uestigia pressisset:flagellum a Joue traditũ
Inter hos sermones Augustus supuenit:quẽ pau
cis adhuc notum:auũculus t mox pi ut sacris af
foret adduci iusserat. Hũc ex iopinato cõtẽplatus
Cicero:eẽ quem per somnium vidisset asseruit. Et
qm̃ Tullium Cesaribus inseruit casus: aliud eius-
dem t ab ipso scriptis editum somnium referẽduz
est. Exul pria qõ exilium gliosum sibi:calamitosuz
prie dixit: Nec mẽtit: t in villa q̃dam moram tra
hẽs:cum post multum noctis obdormisset:somnia
uit incomitato sibi ac mesto t desertis locis erran
ti occurrisse. C. Marium laurea t insignib⁹ cõsula B
ribus ornatum:ac sollicite pcõtatum:qd in ea soli
tudine tam tristis ageret? Audita causa:cognitaq̃
ciuium iniuria qui eum imerituz expulissent:fami-
liariter cõsolãtem:arripuisse eius dexteram t licto
ri primo tradidisse producẽdum in monumẽtum su
um:illic spem fortune melioris illi sitam. Eaq̃ se
visione per getem delectatum scribit: Jd t euentu
cõprobatum somnium fatet qp in Marij monumẽ
to:hoc est in ede Jouis mariana de suo reditu ma
gnificẽtissimum senatusc̃ultum factum sit. Et qa
viri doctissimi de impatore mitissimo somnium at
tigi:qd alter vir peritus de impio ac feroci pncipe
somniauerit attingam.

¶De somnio Senece de Nerone. Cap.XIII.

Vneus Seneca iam tũc senator Roman⁹
a a Claudio pncipe ad magisterium Nero-
nis adhuc pueri t qui bone indolis spem
dabat assumptus:nocte statiz prima somniasse di
cit: Caium Caligulaz cuius pdez famosissima cru
delitas dignum exitum iuenerat se discipuluz ha-
bere: Potuit experrectus admirari: At non multo
post:mutati seu uerius detecti Neronis mores: t
omnis humanitatis expers animus:admiratiõẽ
sustulerũt. Quin tam Caligule similis euasit Ne-
ro: ut nõ alter: sed ille idem quodammodo reuer-
sus ab inferis videret. Nic ad Jmperatorum som
nia reuertor.

¶De somnio Uespasiani Augusti. Cap.XIIII.

Espasianum somniasse ferũt:stateraẽ in me
u dio uestibulo palatij pari libramine appen
sam t in lãce altera Claudiũ t Neronẽ:in
altera sese ac Titũ t Domitianũ filios suos stãtes
aiaduertisse. Qõ nõ pus itelligi potuit:q̃z oib⁹ oiẽ
fũctis annotatũ est:eodẽ numero annorũ:illos du
os t hos tres imperitasse. Jdẽ multo añ ullã pnci
pat⁹ spem in pegrinationem Achaicã Neronẽ pse
cutus.noctem audire visus erat:tuz sibi ac suis fe
cundioris fortune primordium fore:cum primum
Neroni dens erutus fuisset. Qõ cum secum reco
gitans in atrium exiret:obuium habuit medicum:
dentem in manibus habẽtez quez tũc eruerat Ne
roni:atq̃ ultro ostẽtãtez sibi somniuz fortuna ratũ
fecit. Per eosdem eniz dies:ad cõpescẽdaz Jude-

¶De somnio Tarquinij superbi. Cap̃.III.

Tut a uetustissimis incipiam:scribit Actius in Bruto Targnium supbum huiusce-
a modi somnium vidisse. Pastorem ad se uenire:arietes geminos agẽtem:seqꝫ cum ex his alterum imolasset:asperisse supstitem irruentem obuiis cornibus:se aũt repẽtino impetu grauiter pr̃ostratum:atqꝫ humi resupinum:dum celum suspicit aiaduertisse solis orbem nouum ⁊ insuetũ iter agere. Qd̃ cum ad interp̃tes retulisset:monitum regẽ aũt:cauẽdum ne quem ipse rudem ut pecus ⁊ mostrum putaret: Ille eum latẽti p̃udẽtia armat⁹ regno pelleret. Solis aũt ostẽtum:cõmutationeꝫ status populo significare. Atq nõ aliter euenit: Brutus cuius germanum rex oppsserat:⁊ cuius igenium ludibrio erat:ille regem nomẽqꝫ regium expuli. Romana res mutata:vnius in locum perpetui regis:duos annuos magistratus habere cepit.

¶De somnio Publij decij. Cap̃.III.

Um romani quondam iniqs locis a Sãnic tibus circũcluſi grauiter urgerent:Publius Decius tũc tribunus militu:visus sibi est in somnijs inter densissimos cuneos occũbere: multa moriẽs gl'ia. Quo somnio vir fortissimus ⁊ gl'ie fitiẽtissimus:nõ tam territus qꝫ ad p̃missi exitus cupiditatem aiatus: nullum piculi genus declinare cepat:⁊ ab amicis ut cautius pugnaret admonitus:somnium ac p̃positum suum illis exposuit. Tũc tũ p̃ter opinionem illesus:saluum exercitũ e faucibus hostium eduxit. Uerum post triẽnio interiecto:sera fides somnio quesita est. Bello sigdẽ latino cõsul ipse se pro republica deuouit:⁊ in medias inimicor̃ acies inuect⁹:tãta gl'ia oppetijt: ut natum ad simile mortis hereditarie desideriu exciaret. Hec ad hũc pp̃rie modum ⁊ in annalibus Rome scripta ⁊ apud Tullium relata sunt. Alij aliter sed illustrionibus deferendum est.

¶De somnio Ruricole romani. Cap̃.IIII.

A Dem ⁊ in eo qd̃ sequit dicẽdum:qd̃ apud
i alios uarie:apud Ciceronem in hãc sententiam refert. Dum ludos Ioui bello latino facerẽt:p̃mum qdem subito ad arma cõcursum:⁊ urbs ois cõmota est:Deinde dum interruptos ludos reintegrarẽt:in ipso appatu:seruus qdam inter ora populi:virgis cesus furcãqꝫ circũferens ad supplicium actus. Post aũt Ruricole romano per getem adesse qdam visus:qui ludor̃ p̃sidem sibi displicuisse narraret:eamqꝫ rem senatu notaꝫ facere p̃cipet. Timuit inexptus agrestis capitolium pulsare:dormiẽti rursum imago eadem obuersata cõsulere visa est:ne se in suam p̃nitiem segnitie impelleret. Hec ideo ille securio⁹ factus est:Cũctanti fi-
B lius morte subtrahit:⁊ imagine iterum minatius impante:ipse insup mẽbris debilitat ac õhit. Sed enim cuꝫ coactus rem oẽm ut acciderat amicis exposuit:ex eor̃ arbitrio lectica in curiam uectus:cũ tãdem rei seriem patribus explicasset:domum iocolumis suis pedib⁹ redijt:somnioqꝫ senatui approbato:ludi ex integro instituti sunt. Ego aũt plane video q̃liter semel ⁊ sepius per getem occursare quat uel ouis uel alterius cuiuslibet imago:aut quonaꝫ ille modo corpeas vires auferre possit aut reddere:nõ satis itelligo:Ausim tũ uel somnio nõ credere:q̃q̃ hoc Fabius:hoc Tulus Helli⁹:hoc Lelius:deniqꝫ hoc oẽs historici (ut apud Ciceronem) asserũt:cum videam nec ipsum ad credẽdum facilem:uel illud meminisse:nequaqꝫ ipossibile:⁊ amissionem ⁊ recupationem virium:⁊ filij mortem:⁊ quecũqꝫ talia i somnij seu visu seu dilati seu postea in senatu exposiri tẽpus icidisse. Quid enim p̃hibet quocũqꝫ tpe fieri:qd̃ omni tpe fieri põt? Noua tũ res fateor euentuqꝫ mirabilis:⁊ ad fallendum efficax.

¶De somnio Caij Bracchi. Cap̃.V.

Eqꝫ enim est p̃tereũdum qd̃ in eadem histo-
n ria scriptum est. Caius Bracchus questure cãdidatus videre per somnium Tiberium Bracchum germanum suum:qui p̃dem gladio perierat visus est:⁊ audire dicẽtem:quãtumlibet differret ac traheret:idem illi tãdem qd̃ sibi p̃paratum mortis genus. Hoc ex ipso Caio Bracchop̃us q̃ tribunatum plebis in quo perijt cõsequenter se audisse:⁊ multis renarrasse. ipse scriptor historie Lelius testatur.

¶De somnio diui Julij Cesaris. Cap̃.VI.

Unc in augustos igrediamur thalamos:⁊
n qd in stratis aureis somniẽt exploremus. Diuus Julius Cesar adhuc roman⁹ eques visus erat per getem cũ mre misceri. Nihil est eqdem qd̃ nõ ⁊ possit ⁊ soleat somniãtibus occurrẽ ⁊ que nunqꝫ cogitarũt:⁊ que cogitatu horrida:⁊ que p̃m rerum nãm impossibilia iauditaqꝫ sunt:vidẽt. Ipse tam fedo somnio grauiter turbatus:rem ad interp̃tes retulit. Illi eum spe nõ modica repleuerũt:p̃missum orbis impium asserentes:qm̃ mater cui icubuisset terra eẽt:cois eius ⁊ cũctor̃ genitrix. Nõ dubito multos iam idem somniasse:nõ eodem successu. Ceterum ut ea uera interp̃tata videren̄:singularis viri virtus ⁊ fortuna p̃stitit.

¶De alio somnio eiusdem. Cap̃.VII.

Ec segnior mortis q̃ impij p̃nucius sibi sõ
n nus accidit. Nocte qdem quam dies vite nouissimus isecut⁹ est:vidit se a terris ablatum supra nubes uolitare:⁊ iterdum dexterã cum Joue cõitigere. Qd̃ q̃uis ad cõiectorem relatum nõ legamus:tũ ut res docuit:⁊ instãs a rebus humanis digressus:⁊ relatio eius inter deos significari potuit.

¶De somnio Calpburnie uxoris Julij Cesaris. Cap̃.VIII.

Liquãto tũ clarius Calpburnie uxoris sõ A
a nium: Que eadem illa nocte cedis p̃uia:tectum palatij collapsum: virũq̃ in gremio trãsfixum suo vidit in somnijs. Qd̃ cũ Cesari narrasset:multis cum p̃cibus ac lachrymis obtestans ne luce p̃rima in capitolium ascẽderet. Ipse collatis somnijs simul:⁊ aduersa tẽtus ualitudine: parũper hesitauit:utrum pgeret:an se domi ptineret his que nũc agere destinauerat in tẽpus aliud dilatis:atqꝫ ita substitit donec ille trux ⁊ ihumanus p̃dito⁹:qui sub eo tam gl'iosam militiam ⁊ tot amplissimos honores gesserat:frequẽtem senatuꝫ ad esse:⁊ expectare ait:⁊ ut moras rũperet egit. Tũ siue insita urbanitate victus:ne tot illustrium virorum expectationem frustraret:siue ut Valerio placet:ne feminea visione territus videret:siue ut ego arbitror:quia fatalis eum reposcebat dies:uẽtũqꝫ erat ad terminuꝫ quem p̃terire non licebat:paruit:⁊ circiter quintam diei horam:eo p̃fectus vide non redijt. B

B nihil minus metuens accepit. Aliud eiusdez regis mirificum somnium referẽ. Familiaris illi Ptolemeus uenenata aspide saucius: uehemẽtissimo cruciatu moriens afflictabatur: Miseratus Alexãder forte dum per noctem assidet: in grabati spondam somno suo repente procubuit: Cõfestim draco quẽ genitrix Olympias in delitijs habebat obseruari visus est: radicẽ ore gerẽs & humano more formatis uerbis: locũ castris proximum signare quo illa nasceretur: & asserere futurum ut eius ope lãguẽs amicus curaretur: Rex inter hec euigilans: visione palam recitata misit qui ostensam quereret radicem. Qua inuẽta: & Ptolemeum & alios multos eadem peste liberatos ferũt. Ridet tñ hoc somniũ Licero: eo pſertim q̃ ore radicem tenens loquitur draco: qõ nõ posset etiam vir disertus. Et reuera: quis hoc audiens: nõ uel medicum serpentem uel serpentinum rideat oratorem? Quid enim magis in Demosthene miramur: q̃z dũ pleno lapillis ore perorantem legimus? Uerũtamen nihil non facile somnianti.

¶ De somnijs ducum nobilium: & de somnijs poetarum & philosophorum. Cap̃.XXIII.

A Regijs ad ducũ somnia transeamus: mox
a visuri quid philosophi somnient: qd poete:
Non in Parnaso (illa enim altior cura est)
sed in lectulis suis sobrie ac duriter somnum capiẽtes: Inde ad plebeiorum visa uertemus stilum: ne qõ forte genus hominum relinquamus. At ne qs forsitan miretur: q̃ in re quã uariam & fallacez diximus & dicturi sumus: tam diligenter insistimus sciat q̃ apud egregios auctores sparsim omnia: z apud somniorum irrisorem Tullium preterq̃z que de somnijs Cesareis diximus: magna pars & precedentium & sequẽtium scripta est. Nõ inutile preterea nec supuacuum arbitramur: illustribus exẽplis rem cognoscere: vnde prius effectũ est: ut etiã doctos homines interdum somnia cõturbent. Ne q̃z enim ulla tam demens aut superstitiosa anicula
B usq̃z terrarum viuit: que hac uanitate moueretur: si semp falsa & nunq̃z forte fortuito casu uera somnia deprehẽdisset obseruatio humana. Hũc paucis uerbis persuasum est: ut omnibus crederẽ: cũ potius ex multis falsis psuaderi debuerit ne cui fides esset. Mira res dictu: cum in reliqs actibus mortalium: vnicum mẽdacium multis ueris suspitionez falsitatis afferat: somnus solus est cuius vnũ idq̃z temerarium atq̃z fortuitum: uerum innumeris mẽdacijs fidem querit: eoq̃z mirabilior: quia ad hoc ipsum rarum: uerum inter crebra mẽdacia internoscendum: nulla fert via: nulla nota est: nisi post euẽtum. Sed de hoc satis ab initio dictum est. Ad ordinem reuerto: qõ supereſt uerorum somniorũ cõiecturus.

¶ De somnio Hamilcharis Carthaginensis ducis. Cap̃.XXIIII.

Ux Carthaginis Hamilchar Syracusas
b obsidẽs: in somnis audire visus erat: se postridie intra obsesse urbis menia cenaturũ. Ea re ad victorie spem reflexa: mane alacris ad oppugnãdam urbem instruebat aciem. Talia uolueti ac molienti (qõ sepe fit) grauis tumultus in castris exortus est: Carthaginensibus ac Siculis inter se dissidentibꝰ: Oppidani occasiõe freti: repẽte portas egrediũtur: & fusis hostibus victores: ducẽ turbatis suorum ordinibus succurrere cupiẽtẽ: atq̃z ideo negligẽtem sui intercipiunt: & sic in urbẽ ductus: & in cõpedibus cenãs: intellexit q̃z falsus interpres ueri somnij fuisset. Huius qdẽ Agathocles historicus auctor est: At sequẽtis Celius.

¶ De somnio Hannibalis ducis Carthaginensis. Cap̃.XXV.

Annibal & ipse dux Carthaginẽsium: in tẽ A
b plo Junonis Lucine reptam colũnam aream asportare decreuerat. Incertus autẽ an solida ex auro: an supficietenus inaurata esset: terebrãdo temptauit. Et certior factus: esse aureaz totam: in ꝓposito rapiẽdi firmatus erat. Cui inter somnum: Junonis species adesse visa: ut auaris & sacrilegis ceptis absisteret monuit: minata si pgeret: rebus eum suis spoliare: se quoq̃z illũ vno quo solum videret lumine ꝓuaturũ. Quo somnio dux aliqn ferox: & cui nullus dei metus: nulla religio (ut de eo scriptum est) motus tñ tradiẽ. Nec miror: Quid enim monoculo terribilius: q̃z oculi supstantis amissio? Itaq̃z minas timuit: & euẽtum experiri noluit: nihil loco mouere ausus: ex eoipso auro qõ ex foramine dum tẽptareẽ excciderat: bucculam fieri & suprema colũne pte reposuit. Qõ segẽ B
eiusdem ducis somnium: apud Silenum est grecũ historicum: & res ipsius exactissime ptractantem: quẽ Celius & multi ex nostris scriptoribꝰ sequunẽ: pſertim quoties de Hannibale sermo incidit. Est enim huiusmodi: Hannibal victo Sagũto: Roma na bella iaz meditãs: iter getez visus est: iperio Jouis in deorum cõsilium admissus: de infercdo Jtalie bello mãdatum accepisse ab ipso Joue: quin & vnum ex eo numero sibi ducẽ deputatum quẽ seq iubereẽ cũ exercitu neq̃z retrospicere. Cum his digrediẽs cõmissis: neguisse locũ (quẽ de nõ respiciẽdo iussus erat) obseruare. Itaq̃z videdi auidus: intergũ deflexis oculis: vidisse terribilẽ & imanẽ beluã acris serpẽtibꝰ obuolutã: boies: aialia: urbes: domos: atq̃z arbusta: & obuia quelibet ꝓsternẽtez atq̃z calcãtẽ. Qui spectãtẽ ducẽ suuz interrogasse: quid illud monstri esset? Ducẽ ꝙo dixisse: Hec est Jtalie uastitas: Tu ꝙo ꝓceptorũ memor & uoluntati deorũ pge obsequẽs: & quid retro fiat ne labores. Huiusmodi qdem viso: seu uera seu ficta est: Jtalie miserabilis strages: quaz tot per annos illo sub hoste pertulit: ut uera fuisse videatur & iter ueras referatur impetrat.

¶ De somnio mris Dionysij syracusãi. Cap̃.XXVI.

In Siciliam uenio: Dionysij mater hũc ip
i sum gerẽs utero: ꝑm quietem Statilinum parere visa. Rez ad cõiectores detulit: qui galleate a Siculis uocabanẽ: hi sic interptati sũt: ut ex ea nasciturũ pclarũ ac diuina gra oium fortunatissimũ predicerẽt. Cuius rei Philistus (homo ut ait Licero doctus & diligens) testis est.

¶ De somnio mulieris cuiusdam de eodem Dionysio Syracusano. Cap̃.XXVII.

Uius autem matri claritas atq̃z fortuna:
b sed crudelitas Hymere cuidaz haud ignobili (ut aiunt) femine ꝑmonstrata est. Que quondam dormiẽs visa sibi quodã iter ostendẽte: in celum scandere: & cuncta contẽplãs: subter scabellum & sub ipsius Jouis uestigijs: iacentem ac vinculis innexum ualidis: cernere robustũ fulminãq̃z & lentiginosum hominem. Quo cõspecto sciſci

rebellãtis isolẽtiaz:Uespasian⁹ quo nullus aptior tante rei videbaꝫ cum exercitu missus est: isqꝫ sibi ⁊ suis haud dubie p̃mus ad iperium graduꝫ fuit.

¶De somnio Galbe Jmperatoris. Cap̃.XV.

g Alba qdem Tusculane Fortune tẽplum supstitiose colere ꝓsuetus: ad ornatum eius monile margaritis ac gẽmis p̃ciosissimis itertextũ ex oib⁹ thesauris suis extruxerat. Mox mutato ꝓsilio: Capitoline Ueneris celebrioribus aris ipposuit dedicauitqꝫ. Secute noctis ges: imaginem sibi Fortune turbatioris obtulit statuto: se frustratam munere lamẽtãtis: minasqꝫ testãtis: se quoqꝫ cum suis munerib⁹ abituram. Quo ille tre mefactus somnio: etsi placare minaꝫ, sacris frustra nisus: paucis dieb⁹ iteriectis vita ⁊ impio spoliatus: abeũtem tenere non potuit fortunam.

¶De somnio Otthonis Jmperatoris. Cap̃.XVI.

b Unc successor eius Ottho grauiter urgentem ⁊ isequẽtem hostiliter: ꝑ noctem videre visus tradit: eaqꝫ specie tam territus ut flẽs largiter: ⁊ e cubiculo in terram ꝓlapsus adhuc dormiẽs a cubicularijs iuẽtus sit. Ut ne etiam huius terror uanus videreꝫ: hic quoqꝫ sacris nec ne qcq̃ placare conat⁹ offẽsi p̃decessoris aiam paucis post diebus ⁊ vita ⁊ solio p̃ceps: dignum illi supplicium rependit.

¶De somnio Lassij. Cap̃.XVII.

e Que tristis ac terrifica: nec letioris exitus Lassij Parmẽsis ges post bellũ Asiaticũ: Victo cui enixe seruierat Antonio Anchone: quo desp̃atis reb⁹ se ꝓtulerat: per noctem dormiẽs: quẽdam imẽsi corpis ⁊ ethiopici: nigrioris insueteqꝫ p̃sus deformitatis hoiem: in cubiculum suum igrediẽtem cernere visus est: ⁊ stupefactus aspectu: ex eodem gsnam foret ingrere: Ille aũt ne scio quid horrisonum greco murmure respõdisse. Quo metu somnum frãgẽte trepidãtem: seruos suos excuit: qs ea specie thalamum irrupisset iterrogãs? Quib⁹ apte negãtib⁹ quẽpiam itrasse: curis eger rursum somno succubuit. Et eadem visiõe iterum exprectus ⁊ territus: illato lumine seruos lectũ circũsistere p̃cepit: Nocturno pauori diurnus successit dolor: Per eosdem enim dies: ab Augusto Cesare quem cõmuni insectatione non contentus: noiatim grauibus maledictis irritauerat: capite mulctatus est.

¶De somnio Rufi equitis Romani. Cap̃.XVIII.

b Uic subnectam Arterij Rufi eqtis Romani somnium: quo nullum certius. Hic duz sorte ludus gladiatorius fieret Syracusis habitãs: a quodam se somniauit iterfici. Id somnium dum amicis luce ꝓma in ꝓsessu spectaculi recitaret: vnũ par in septa ludoꝝ immissum est. Qõ ut cõsperit Arterius diriguit: ⁊ alterum ex his eẽ de quo somniauerat testat⁹: abire se uelle ait: Amici credulitatem pauorẽqꝫ irridẽtes: ut maneret coegerũt. Ecce aũt cõsertis illi manib⁹: in extremam circi partem urgẽdo ac nitẽdo puenerãt: ubi tũ cis ipse qui timebaꝫ: sũma vi correptum aduersarium strauit humi: ac supincũbẽs: dum in oẽs ptes se v̊santi ⁊ ictum declinãti: mucronem nitiꝫ adigẽ. Arterium iuxta sedẽtem: ⁊ iter globos hoium assurgere nõ ualẽtem: ferrum regẽte fortuna fatali vulnere cõfecit.

¶De somnio cuiusdam innoiati. Cap̃.XIX.

s Jmile qddam uel legi uel audiui somniasse quẽdam: morderi se a leone marmoreo: ex his qui in tẽploꝝ uestibulis cerni solẽt: ⁊ mortem puenire mortiferum: die aũt postero: cum tẽpli fores casu ꝓteriret: leõe ꝓspecto: nõ sine risu: somnium suum inter comites renarrãtem: ⁊ manu in aptum os illius ꝓtinus iniecta: dicẽtem: Eu nocturnus hostis meus: scorpionez qui in imis faucib⁹ leonis delitescebat: letaliter pugisse: Sed domi iam satis somniatum est.

¶De somnio Cresi regis Lydorum. Cap̃.XX.

c Resus rex: adolescẽtem filium generose indolis quem regni successorem animo p̃gerat: ferro p̃emptum somniauit. Nunq̃ postea securus: summũ studium adhibuit quo infauste visionis minas effugeret. Nõ suffecit filiuz ab omni belloꝝ ꝓsuetudine reuocasse: ferri ⁊ armorum usum iterdixit. Neqꝫ id satis: comitibus custodijsqꝫ p̃ceptum: ut qui gladijs uterenꝫ semp̃lõgius abessent. Aper ferocissimus interea vicinas Olympi regiones iuaserat: q̃qꝫ plurimisqꝫ mortaliũ fulmineo dẽte ꝓsumptis: coegerat ut ruricolarum plebs malis exterrita: suppler ad opem regiam cõfugeret. Hic amore laudis iardescẽs: animum piez multis p̃cibus aggressus: euicit tãdem ut p̃mittente eo ad mactãdam feram ipse ꝓficisceret: p̃sertim qꝫ nullum inde ferri piculum timereꝫ. Eo cum pervẽtum eẽt: oẽs imanem uastatorem uelut hostem cõglobati circũsistũt. In eo turbine ab altero a suis socijs: cui potissimum nati custodiam infelix genitor cõmiserat: elapsum spiculum dum aprum petit: in adolescẽtem incidit: puisum in somnijs ⁊ ineluctabile (ut aiunt) ferens fatum.

¶De somnijs Astyagis regis Medoꝝ. Cap̃.XXI.

n On discedam a regibus: quoꝝ euẽtib⁹ iuxta se positis: cuius latius appeat: quãt⁹ sit labor: fortune iugum: ⁊ adamãtinas cathenas qbus humanũ illa genus alligat excutẽ. Astyages Medoꝝ rex: urinam filie Mãdanes: cunctos Asie populos inundãtem cum dormiens vidisset: id ad nascituri nepotis magnitudinem ꝓtinere arbitratus: eãqꝫ iam cãm suspectam hñs: que nulla erat: natam ꝛ vnicam sibi: nec ex Medis oriundo: nec sue sortis viro (ne partus forte uel p̃ia uel sanguine supbiret) sed ꝓcul in Persis: gẽte tũc humili ⁊ ignota: Cãbysi fortune mediocris homini uxorem dedit. Uisus est item cernere vitem ex eiusdẽ genitalibus exortam: tam mirabilis incrementi ut oẽs regni sui angulos adumbraret. Sed enim metu sup̃a metum addito: natum nepotuluz iussit exponi: ut ait Ualerius: ut Justinus: interfici. Utrũlibet frustra fuit. Hic enim puer ille Cyrus est: qui Asiam omnem ⁊ inundare coegit sanguine: ⁊ imperio p̃fuit: deiectoqꝫ armis auo: Medorum regnum transtulit in Persas: regũ p̃mus ⁊ maxim⁹

¶De somnijs Alexandri magni regis Macedonũ. Cap̃.XXII.

a Lexandro Macedoni: iuuenis incognitus per somnium visus erat: violentas manus usqꝫ in interitum inferre. Is postea cuz ad vigilãtem ex Macedonia uenisset: recordatus rex: qui naz eẽt interrogauit? Auditoqꝫ q̃ Lassander foret filius Antipatris: somnioꝝ ueritatem greco carmine delusit: quasi nefas rat⁹ de tali amico suspicari: atqꝫ illius dextera oblatum uenenum

ſus. En fabellas in q̃bus ⁊ philoſophoruꝫ ꝓterunt̃ ingenia: q̃ꝫ multi ouũ ſine theſauro ſomniauerunt.

¶ De uaria iterꝓtatiõe ſomnij Curſorij qui per noctẽ eſtimauit ſe curru q̃drijugo uehi. Cap̃.XXXVI

c Urſor iturus ad Olympia: per noctem eſtimauit curru quadrijugo uehi. Primo mane adijt interꝓtem. Et ille vinces ait: Id enim agilitas equorum ⁊ robur indicat. Idẽ ſomnium ad Antiphonem retulit: quẽ vnum ex Graijs ſomnioruꝫ coniectoribus in primis celebratuꝫ video. At ille vinceris inquit haud dubie: Non aliad uertiſti te a quatuor ꝓuentum eſſe dũ curreres.

¶ De interꝓtatione ſomnij alterius curſoris qui ſe in aquilã tranſformatũ ſomniauit. Cap̃.XXXVII.

a Alter curſor tranſformatum ſe in aquilam ſomniauit: Conſuluit coniectorem. Ille victor eris inquit: Nec enim uolucris uolatu cũctas ſupergreditur. Antiphonis acumen experiri ſtatuit. Ille reſpondit: Queſo amice nonne te vicendum iam ſentis? Auis enim hec alias omneſ dum fugat ac ſequitur: ſemper eſt ultima. Iunc lector ⁊ ſomnijs quatere ⁊ interꝓtibus crede.

¶ De ſomnio mulieris que videtur ſigillata ſe genitalia habere. Cap̃.XXXVIII.

m Atrona pariẽdi auida: ſed an grauida eſſet incerta: viſa eſt in ſomnijs ſigillata genitalia habere. Alter ex cõiectoribus: minime ꝓgnantem aut parituram aſſeruit. Fore eniꝫ ꝓcluſum partus iter. Alter contra: Ea enim dũtaxat claudi ⁊ conſignari ſolere que plena ſint. Nos ⁊ horum ſimilibus quid de hac interꝓtum arte (ſi qui tñ adhuc illam ꝓfitentur) ſentiendum ſperãdũq; ſit: eruditi hoies intelligãt: vulgus qõ tenuit non relinquat. Et de naturali quidem diuinatione ſatis dictum eſt.

¶ Tractatus Quartus: de uaticinijs furẽtum: necnon ⁊ de preſagijs ac diuinationibus morientium.

¶ Q; fidem ꝓbentibus furentũ uaticinijs: ipſi quaſi furere videantur. Cap̃.I.

q Ui furentum uaticinijs fidem ꝓbẽt ipſi paulominus furere videnṫ. Quiſ enim ſanus exiſtimet: eos qui ⁊ preſentium notitiam ⁊ preteritoruꝫ memoriam perdiderint futuri preſcientiam inueniſſe? Non tollatur tñ a nobis iudicij libertas: nec opinionum uarietas extirpetur: Liceat opinari furere ſolitos quoſdam ⁊ libros animis ferre motus: q̃bus a coꝛporib⁹ abſtracti: ⁊ diuino (ut ipſi uolunt) ſpũ concitati: uentura preuideant: Liceat hoc ipſum irridere: ut que ſapiens nõ videt: inſanus (qõ eleganter ait Licero) ⁊ is qui humanos ſenſus amiſerat: diuinoſ ſit aſſecutus? Nobis autẽ eatenus modeſtus Academie mos placeat: ueriſimilia ſequi: ubi ultra non attingimus: Nihil temere dãnare: nihil impudẽter aſſerere. Ueritas ergo ſuis locis maneat: nos ad exẽpla pergamus.

¶ De uaticinio remigis mentecapti de futura ſtrage Grecie. Cap̃.II.

A a Ffertur in primis uaticiniũ remigis cuiuſdam claſſis Rhodie: quẽ nõ tam reſpectu habito vilis ⁊ obſcuri hois: q̃ꝫ rei ipſius inter domeſtica exẽpla cõmemoro. Hic igitur repẽte alienatus: teſtari clara uoce cepit: ante diem triceſimũ futuras in Grecia ſtrages mariaſ: rapinaſq; apud Dyrrhachium ⁊ incendium ⁊ fugam: Claſſẽ ꝙ o ipſam domum eſſe redituram: Id cuꝫ H. Pompeius qui ꝓtor claſſi ꝓerat audiſſet: narraſſetq; tribus: Ciceroni: Catoni (de⁹ bone quãtis ⁊ q̃ꝫ illuſtribus viris qui bello ciuili tunc forte aberãt) oẽs moti: quidam ꝙ o etiam ualde ꝓterriti dicuntur. Paucorum aut dieruꝫ interiecto ſpatio: Labienus fugiens ex acie Theſſalica: ſtragem legionum ⁊ ingenti ꝓlio fuſas Põpeij copias nũciauit. Eniuero confeſtim raptuꝫ ex horreis publicum frumentum: totaq; ciuitate cõſperſuꝫ: qui illic erant fuga ꝓcipiti digreſſi: ⁊ a Rhodijs deſtituti: nolenteſq; ſequi naues incenſe ſunt. Sic oia que furens ille uociferatus fuerat: euenerunt. Hoc ſane uaticiniuꝫ coloratiſſime Tullius extenuat: Fit enim illo tempore fuiſſe in Theſſalia caſtra caſtris admota oẽs qui Dyrrhachij erant timuiſſe grauiter imminentis ꝓlij fortunaꝫ: qõ in partibus Ceſaris exercitus ⁊ dux animoſior videretur: Uerũtamen eum metum qui cõſtantes ⁊ Romanos viros urgebat: greculum hominem ꝓſtraſſe facillime ⁊ a ſenſu ꝓꝓio deieciſſe. Minime mirãdũ igit̃ ſi qõ oẽs taciti uerebanṫ: qõq; idem ille ualde ꝓtimuerat: furens depoſito pudore p̃dicaret. Alioqui quid agerent dij inſano potius remigi: q̃ꝫ memoratis ſupra tribus tam claris viris: ut ꝓtori etiam ꝓdenti viro ⁊ egregio inſtans reipublice periculum reuelarent.

¶ De uaticinio furibundi Cornelij. Cap̃.III.

f Ed qd de cornelio dicã: qui ⁊ ſanguine nobilis ⁊ ſacerdotio uenerãdus: ⁊ (ut aiunt) caſtitate vite ſanctus? Patauii in tranſpadana Italia degens: hanc ipſam pugnam non triginta dierum ſpatio circũſcripſit: ſed eoipſo die: ⁊ dũ in Theſſalia gerebatur exꝓeſſit? Subito enim furore coꝛrept⁹: murmurare oꝛſus eſt: Uidere ſe de longinquo ꝓlium grauiſſimum: ⁊ modo hos fugere: modo illos inſequi: modo ꝓlium inſtaurari: ⁊ vulnera ⁊ mortes ⁊ gemitus cadentiũ: ⁊ clãgorem tubarum: ⁊ equorum ſtrepitum: ⁊ fragorẽ arboruꝫ: ⁊ ſagittas ⁊ ſpecula celũ tegentia: ⁊ ſtragẽ immenſam: ceu preſens oibus que gerebantur interforet. Ad poſtremũ exclamans ait: Uicit Ceſar. Et his dictis cõticuit. Ea res primum riſui atq; contẽptui: poſt autem miraculo eſt habita qñ uenientibus nuncijs ex Theſſalia: non modo pugne tempus euentũq; nouiſſimum: ſed ſingulas quoq; uariantis fortune viciſſitudines: cum illius dictis ⁊ geſtibus conueniſſe compertum eſt. Digna rerũ paritas: ut bellum qõ (ut uera dicam) a furẽtibus gerebatur: non niſi a furentibus ſpectaretur. Sed hec hactenus. Nic ꝙ o mirari poſſe aliquos ꝓclare video: ubi nã Martios dimittam fratres: apud uetuſtiſſimos Romanorum hoc in genere celebratos? Sed de his fateoꝛ nihil ꝓter nomen habeo. Ubi ꝓterea Caſſandram virginem Priami regis filiam: cuius illuſtris admodum ⁊ magne rei nunc eius furoꝛ. Ubi Polibum Corinthum: de quo eſt apud Homerum: q; multis Achiuorum Troiam petentibus: ⁊ in primis filio ſuo (an furore an aliter incertum) mortem ꝓnũciauit. Ego aũt omne

intermissa delectat. Nam Sidonij temeritatē admirari vix sufficio: nisi forte temerari⁹ ipse sim qui temerarium illum dicam: dum sales eius seu tarditatis mee seu illius stili obice: seu fortassis (naz vnūquodqz possibile est) scripture vitio nō satis intelligo: Unum utiqz nō me fugit irrisum ꝛa Sidonio Ciceronem. O libertas ne si dicam audacia: quos temeritatis nomē offendit exasperem: Jnuētum eē hoiem latinuz qui nō dico aliqd ut (ꝛ Senecam: ꝛ iam hinc meipsum excusem: vix est enim humanum) oi reprehensione caruisse: sed eloquētiaz aut stilum aut oino dicēdi genus Ciceronis irride at: Atqz hoc Sidonius ausus est: Aluernus orator nō latiose fingere fratrem: ut ait ille (qō ipsum satis erat audacie) sed emulum: ꝛ (qō est graui⁹) irrisorem: atqz illi detrahere cui oēs deferūt: preter paucos illius coetaneos ac cōciues: quos presentiuz comes haud dubie torsit ꝛ in uoces cōpulit inuidia: quā nec Sidonio cām loc⁹ nec tps idulserat: quo magis magisqz aiuz viri mirorꝛ: ut ꝓtra i dubitatū eloquētie pncipē eloqntie studiosus isurgeret alio seculo atqz alia nat⁹ orbe: ꝛ sane cūcta v̄ santi nihil occurrit quo uel docti hois ignorātiam accusare possim: uel iuidiam excusare: nihilqz quo suspicer: puersitatem fuisse iudicij: nō nature: Falli tamē in hoc possum (ut in multis) in eo certe nō fallor: uel si fallor: cū multis lōgeqz clarissimis falli iuuat: qz solute facūdie pcipatus cōtradictoribus late victis: vnius Ciceronis est ꝑ pri⁹: quo luce clarior fit: uel morum uel itellectus obligtas cōtrarium asserētis. Jlle tamē adducit: nescio quem Julium Titianum: ꝛ nescio quos Frontonianos sue irrisionis auctores: Quib⁹ ego simulqz oibus idem sentiētibus: vna uoce respōdeo hoc solū: Sicut eqdem uerum est illud Senece: quoniam quicqd habet Romana facūdia: qō insoleti grecie aut opponat aut p̄ferat: circa Ciceronem efflоruit. Uerūqz illud Quintiliani: ubi iter multa ꝛ glorioſa pconia viri huius: dono quodam ꝑuidētie genitū dicit: in quo totas virtutes suas eloquētia expiretur. Et post multa qbus hoc ꝓbat: Quare ingt nō merito ab oibus etatis sue regnare in iudicijs dictus est: apud posteros vo id consecutus: ut Cicero iam nō hominis nomen: sed eloquētie habeaꝛ. Nūc igiꝛ spectemus: hoc propositum nobis exemplum sit: Jlle se profecisse sciat: cui Cicero ualde placebit. Sicut hec inquam uera sūt: sic illud quoqz ueriſſimum: qbus displiceat Ciceronis oratio: uel nō nosse ueram perfectamqz facūdiam uel odisse. Nāc ego calumniam indiscussam transire nō potui: qz qz ualde festinem: ad rem redeo. Multa igitur hic familiariter ad amicos inter quos ꝛ ad te ipsum scripta cōperies. Nūc de publicis priuatisqz negocijs: nūc de doloribus nostris: que nimis crebra materia est: aut alijs de reb⁹ quas casus obuias facit: nihil q̄si aliud egi: nisi ut animi mei status: uel si quid aliud nossem: notum fieret amicis. Probabaꝛ enim mihi: qō prima ad fratrē epistola Cicero idem ait esse epistole ꝓpium: ut is ad quez scribiꝛ: de his rebus quas ignorat certior fiat. Atqz ea mihi tituli fuit occasio: de quo aliquādo cogitanti: q̄nis epistolarum nomē cōsentaneum reb⁹ esset: quia tamen ꝛ multi ueterum eo usi erāt: ꝛ ipse ego uarium carmen ad amicos: de quo paulo supra mentio incidit: eodem prenotabam: bis eo utipiguit nouumqz ideo placuit nomen: ut familiariū rerum liber diceret: Jn quo pauca scilicet admodū exquisite: multa familiariter deqz rebus familiaribus scripta erāt: Et si interdum exigente materia: simplex ꝛ inelaborata narratio: gbusdam interiectis moralibus: quod ꝛ ab ipso Ciceroне seruatum est: ꝛ hec tam multa quidem de taz parua re loqui censorum p̄morꝛdacium iubet metus: qui nihil scribentes quod iudicari queat: de aliorum iudicant ingenijs: impudētissima temeritas: que solo silentio tuta est: Complosis in littore manibus sedenti: facile est ferre quaz uelit de gubernatoris arte sententiam: aduersus hanc propter viam latebris saltem tuis horꝛidula hec atqz improuide nobis ela psa defendito. Jllam vo non Phidie Mineruam (ut ait Cicero) sed qualemcūqz animi mei effigiez atqz ingenij simulachrum multo mihi studio dedolatum: si vnq̄z supremam illi manum imposuero: cum ad te uenerit: secure qualibet in arce coustituito. Hec hactenus. Jllud libētius si liceret silentio tegerem: sed ingens morbus non facile occultatur Erumpit enim ꝛ indicio suo proditur: pudet vite in molliciem dilapse. Ecce enim (quod epistolaruz ordo ipse testabitur) primo mihi tēpore sermo fortis ac sobrius: bene ualentis animi fuerat: adeo ut non me solum: sed sepe alios consolarer: sequentia indies fragiliora atqz humiliora sunt: neqz sat viribus referta querimonijs. Illa p̄cipue: ut occultare studeas preco: quid enim alij dicerent: cuz ipse relegens erubescam? Ergo ego in adolescentia vir fui: ut in senectute puer essem? Jnfelix ꝛ execrāda peruersitas fuit: animum uel mutare ordinem: uel subtrahere tibi penitus ista que dāno. Neutro circūueniri posse visus eras: qui ꝛ flebilium exempla ꝛ omnium cum cōsule diem tenes. Ad excusationum igiꝛ arma confugio: lassauit me longo ꝛ graui prelio: dum spiritus dūqz animus fuit: ipse restiti ꝛ ad resistendum alios cohortatus sum. Ubi hostis viribus atqz impetu: labare mihi pes atqz anim⁹ cepit: excidit confestim sermo ille magnificus: ꝛ ad hec que modo displicent: lamenta descendi: qua in re excuset me fortitan amicorum pietas: qui b⁹ saluis ad nullum fortune vulnus ingemui: eisdem mox vna pene omnibus ruina obrutis ꝛ mundo insuper moriente inhumani potius q̄z fortis visum est non moueri. Ante hoc tempus quis me vnq̄z de exilio: de morbo: de iudicio: de comitijs: de ullis fori turbinibus: quis me de paterna domo: de fortunis peditis: de gloria imminuta: de pecunia dilata: de absentia amicorum flebiliter agentē audiuit? Quibus quidem in molestijs: tam molliter agit Cicero: ut quantum stilo delector: tantum sepe sententia offendar. Adde litigiosas epistolas: ꝛ aduersus clarissimos atqz ab eodem pauloante laudatissimos viros iurgia ac probra mira cuz animi leuitate: quibus legendis delinitus pariter ꝛ offensus: temperare mihi nō potui: quo minus ira dictante: sibi tanq̄z coetaneo amico familiaritate que mihi cum illius ingenio est: quasi temporum oblitus scriberem: ꝛ quibus in eo dictis offenderer admonerem que mihi cogitatio principium fuit: ut ꝛ Senece tragediam: que inscribitur Octauia: post annos relegens parili impetu eidem quoqz ac deinde uaria occurrente materia: Uarroni Virgilioqz atqz alijs scriberem: e quibus aliq̄s in

Elegantissima stilitudo temeritatis.

O Ingētē morbus ñ facile occltari

W Plurie laudes Ciceronis ex seneca ꝛ gntiliano

P

nū ꝛ trāslatorē dicerēt. Ipse aūt ꝛ ingenij fiduciam ꝛ iudice fretus Augusto: alto aio inuidorū uerba desperit. Tibi qdem magnam ingenij cōsciētiam esse scio: sed ubi Augustū iudicē inuenies: quē enī re admodum atqꝫ oibꝰ modis ingenijs sui tpis fauisse cōpertū est? Nostri reges de saporibꝰ epularū: de uolatu auiū iudicare possunt: de ingenijs hominū nō possunt. Qō si forte ꝓsumpserint: supbie tumoꝛ aperire oculos aut flectere ꝛ in uerū figere nō sinit. Itaqꝫ ne qd sue etatis suspicere videātur miranī ueteres quos nouere contēnunt: ut defunctorum laus: viuentiuꝫ cōtumelia nō uacet. Inter hos iudices viuēdū moriendūqꝫ nobis est: ꝛ (qō est durius) tacendū. Ubi enī ut dixi Augustū iudicem queremus? Unuꝫ habet Italia: immo ꝝo terrarum oꝛbis vnū habet: Robertū Siculū regem: fortunata Neapolis: que vnicū seculi nostri decꝰ: incōparabili felicitate sortita es. Fortunata inquā ꝛ inuidiosa Neapolis litterarū domus augustissima: que si Maroni quōdā dulcis visa es: quanto nūc dulcioꝛ videris: ubi igenioꝝ ac studiorū egregius extimatoꝛ habitat. Ad te cōfugiat quisqs ingenio fidit. Neqꝫ ꝝo differēdū putet: suspecta mora est: deuexa enīꝫ est etas: ꝛ mūdus iā ꝓidem eo carere: ꝛ ipse ad meliora regna trāsire meritꝰ. Ueꝛeoꝛqꝫ ne multa ipse mihi fere penitētie materiam ꝓlatādo quesierim: ois qdē pulcheꝛ rei dilatio turpis ꝛ ois de honesto deliberatio longioꝛ inhonesta est: rapienda est occasio: cōfestimqꝫ faciendum qō añ tēpus fieri nō pōt. Qō ad me attinet: currere ꝛ ꝓperare ꝓpositū est (ut qō de Julio Lesare: in epla quadam ait Licero) oia mea studia in istuꝫ cōferam. Ego ꝝo ardenti qdem studio ac fortasse efficiam: qō sepe viatoribꝰ cū ꝓperant euenit: ut si seriuꝫ qꝫ uoluerint forte surrexerint: ꝓperādo etiā citius qꝫ si de nocte vigilassent pueniāt quo uelit: Sic ego qm̄ in isto hoie colendo: tā indoꝛmiui diu cursū coꝛrigā tarditatē. Tibi aūt tuo foro uti necesse est: qm̄ ad eum regeꝫ aspirare nō tā freti qꝫ belli obice ꝓhiberis. Patria enim tua: cuiꝰ nemo amātioꝛ: ciuis est: inimici regis imperio subiacet. Dicerez Tyrāni: nisi quia timeo aures tuas offendere. Ad hec ꝛ magna res est: neqꝫ nostris calamis discernēda sed illoꝝ gladijs. Igiť ad inceptū redeo. Si hec tibi exempla de illustrissimis electa nō sufficiunt: alia ex alio grege boiuꝫ adijciā ꝛ etate recētiora ꝛ sanctitate clarissima. Quātos oliꝫ emulos Augustinus noster: quātos Hieronymus: quātos habuit Hzegorius. donec spectata virtus ꝛ litterarū diuina ꝛ admirabilis ubertas iuidiā vinceret? Uir boꝛū gsqꝫ integrū fame ꝓconiū: nisi ab ipso die moꝛtis accepit. Unū emulo ac repꝛehēsoꝛe carentem: vnū plena ꝛ indecerpta laude decoratuꝫ Ambꝛosiū: cuius ne inuētis quidē famā moꝛdax liuoꝛ attigerit: apud quosdaꝫ inuenio: qō forte ad purā eius ac simplicem doctrinā ois ambigui expertem referendū est: Nā apud Paulinū qui Ambrosij vitā ꝛ obtrectatoꝛū eius noia legimꝰ ꝛ vindictā diuino irrogatā. Perfer igiť iā sine lamētis: qō summis ingenijs cōtigisse vides. Uideris aūt quadā in ꝑte tuaruꝫ litterarū: hoc ipsum cōqueri: ꝙ multos noueris magnū in vita nomē assecutos: ꝛ hoc quoqꝫ si me audire uolueris: magnifice contemnes. Scis enim quibus hoc euenit: his egdeꝫ solis qui famam suam: qm̄ calamo nequeunt: clamore defendunt. Aspice istos purpuratos qui ingenti strepitu: populoꝝ in se ora conuertūt: qui se sapientes dici uolūt: ꝛ quos sapientes vulgus appellat: singulis ciuitatibus ascribēs sapientū greges: cū tū illa florēs olim studiorum mater grecia nō amplius qꝫ septem sapientū noibus gloriet: qō ipsum posteris iporꝛtune nomē arrogātie visuꝫ est. Sed qui eos excusant: aiunt nō id eis cognomen ꝓpꝛio iudicio: sed populoruꝫ suffragijs obtigisse. Unus ex oibus seculis Epicurus: sapientez se ꝓfiteri ausus intollerāda supbia: seu potius ridiculosa dementia: Cuius secūdo de finibus bonorum ꝛ malorū meminit Licero: hodie in nostroꝝ causidicorum grege furoꝛ ille vulgaris est. Respice ꝛ hos qui in altercationibus ꝛ cauillationibus dialecticis totū vite tempus expēdunt: seqꝫ inanibus semp questiūculis exagitant: ꝛ ꝓsagium meū de oibus habeto. Omniū nempe cuꝫ ipsis fama coꝛruet: ynumqꝫ sepulcheꝛum nomini ossibusqꝫ sufficiet. Cū enim moꝛs frigidā linguā stare coegerit: nō modo ut sileāt necesse est: sed ut de his etiā sileaī. Possem exēplis affluere: teqꝫ ipsum in multis testem facere: Quot loquacissimas picas agnouimꝰ in oculis insane multitudinis ꝓstrepētes: quorum repēte uoꝛ cecidit: nisi lōga ꝛ apud quosdā suspsti tuꝫ odiosa forte narratio esset? Sed de his ꝛ sepe alias: ꝛ nūc qō res ipsa poscebat diximus: Neqꝫ enī ut eos monerē sermo mihi institutꝰ: sꝫ ut tibi satisfacerē: cuiꝰ oino diuersa cōditio est: tūc enīꝫ maxime resonabis cū iā log amplius nequeris. Leterū ualde ipatiētis animi est: bꝛeuissima expectatione toꝛqueri. Expecta paululū: eris uoti cōpoꝫ: cū obstare tibi ipse desieris: id ex ꝑte longeua forsan absentia: ad plenum moꝛs sola ꝓstabit. Reducē ad memoriā ex oibꝰ seculis illustres viros Romanos grecos: barbaros: cuiꝰ nō ꝓsentia fame nocuerit: tibi (si recētioꝛe memoria est) plures forte ex historijs occurrēt. Ego id vni oiuꝫ Africano tributum memini: ut scilicet ꝛ fama mirabilis ꝛ ꝓsentia mirabilioꝛ haberēť. Idez sacris in lr̄is tribuiť Salomoni: quere aliū: forte nō inuenies: ꝛ si Uirgilius imodico studio Eneā suū exoꝛnādi hoc ad eū glorie genus trāfferre ꝓtēdat: sed imobile uerū est: excusant tū ꝙsi nō Eneā sed sub Enee nomine virum forte ꝓfectūqꝫ describat: dedit idē oratoꝛū vni oū taxat is qui hoc sicut uerius usurpasset: ꝓillustris scilicet oratoꝛū ꝓnceps Marcꝰ Tulliꝰ: vni quoqꝫ poetarū idē tribuit Aulo Licinio Archie: sꝫ uereoꝛ ne id amore iudiciū obliquāte ꝓceptoꝛi suo mediocris ingenij viro tribuat: qō nec Homero tribuit nec Uirgilio tribuisset. Leterū ut ad te reuertar nihil ex oibus que dixi: qō tibi iustā idignādi materiam ꝓstare possit inuenies. Nemo enim se anteiri ab vno uł a paucis egrefert: nisi qui glorie ꝓncipatum pertinaci sibi mente cōstituit. Patere (ut ceterarum rerum) sic ingenij tui fortem noisqꝫ foꝛtunam: putabas eam in solis diuitijs ius habere? Humanarū rerū oiuꝫ excepta virtute dña est. Illā quoqꝫ sepe oppugnare: sed nunqꝫ expugnare ꝓmittitur. Famam certe qua nihil est leuiꝰ facile rotat ac uentosis suffragijs circūuoluit: a dignis eam trāsferēs ad indignos: nihil qdē mobiliꝰ: nihil iniquius vulgari iudicio sup quo fama fundata est. Itaqꝫ mirum non est si assidue quatiť que tam tremulis initiť fūdamētis. Hec sane nō nisi in viuos

L

D

E Impatientis eē ai bꝛeuissima expectatō ne toꝛqri.

Scipio africanꝰ ꝛ Salomon fama ꝛ ꝓtia mirabiles fuerunt

F Fortūa oia ꝓter virtutē expugt.

Fran. Petrarcha Agapito Columne: mortale ge-
nꝰ semp in peiꝰ ruere: ac posthabitis meliorib⁹ de
teriora curare studiosius detestãs. Epl'a.XXI.
Fran. Petrarcha Agapito Colũne: Eundẽ ut ad
cenã poeticam ueniat iuitãtis. Epistola.XXII.
Franciscus Petrarcha Joanni Columne montez
Laꝛarum montemqꝫ Soracte ⁊ oppida nõnul
la circunstantia describens. Epistola.XXIII.
Fran. Petrarcha Joãni Colũne: Cãs more apud
Laꝛarum mõtem recensens. Epistola.XXIIII.
Franciscus Petrarcha Joãni Colũne: ꝓtestãs
se impꝛesẽtia nihil scribere posse: eo ꝙ magnitu-
dine ruinarum urbis ita obruatur ut quid animꝰ
ferat ignoret. Epistola.XXV.
Fran. Petrarcha Joãni Colũne: Joannã ⁊ Agne
tez sorores collaudans: easqꝫ mulieribꝰ que Ro-
me atqꝫ apꝺ exteras nationes virtute claruerint
comparans. Epistola.XXVI.

Epistole Libꝛi Tertij.

Franc. Petrarcha Thome Messanẽsi: ad dubita
tionẽ de Tile isula habitũ rescribẽs: uariasqꝫ de
ea insula opiniones narrans. Epistola.xxvij.
Franciscus Petrarcha Thome Messanẽsi: sup-
uacuũ eẽ curas hominum in longum pꝛotendi in
etate bꝛeuissima affirmans. Epistola.xxviij.
Franciscus Petrarcha Stephano Columne Ju-
niori. Uti victoria nescienti frustra esse ꝙ vicerit
narrãs: exemploqꝫ Hãnibalis: Pompeij: Cyri:
Alexandri: Agamemnonis ac Scipionis Africa
ni compꝛobans. Epistola.xxix.
Frãciscꝰ Petrarcha Stephano Colũne Juniori:
eũdem de ꝙbusdaz litteris ⁊ carmine ⁊ soluta ora
tiõe ad eũ missis certiorẽ reddẽs. Epistola.xxx.
Franciscus Petrarcha Stephano Colũne Junio
ri: Solitudinẽ non oratione laudari posse: sed ex
perientia pꝛobari asserens. Epistola.xxxj.
Franciscus Petrarcha Stephano Columne Ju-
niori: cuz eodẽ sũmo bono disceptãs: ⁊ que uere
dici possit sũma felicitas exponens. Epl'a.xxxij.
Frãciscus Petrarcha. L. M. Regium cõsultorẽ:
mediocritatem oibꝰ in rebus esse appetẽdam: ⁊
pꝛcipue a regibus consulens. Epistola XXXIII.
Fran. Petrarcha. L. M. ⁊ tristẽ ꝓteritoꝝ memo
riam ⁊ anxiaz sollicitudinẽ futurom deponẽdaz
admonẽs: mathematicis etiã nõ credẽdũ eẽ scri
pturaꝝ testimonio ꝓbãs. Epl'a.XXXIIII.
Fran. Petrarcha. L. M. Jn quot incõmoda bõ
ebꝛiosus incidat ostendens. Epistola.XXXV.
Franciscus Petrarcha. L. M. eum ad belli immi
nentis ꝓfectionem hortans: simulqꝫ nõ pauca de
felicitate in bꝛeui vite spatio multis exemplis cõ
memorans. Epistola.XXXVI.
Franciscus Petrarcha. L. M. vim amoris com-
mendans. XXXVII.
Fran. Petrarcha Marco suo: ad diuinuz amorẽ
eum adhortãs pollicensqꝫ suuz erga illum nun-
qꝫ defuturum. Epistola.XXXVIII.
Fran. Petrarcha Joãni Colũne: Jlli fabellã ara-
nee ⁊ podagre recitãs: ex q̃ quo pacto podagri
cum moꝛbuz curet edocẽs. Epistola.XXXIX.
Fran. Petrarcha. L. M. ꝙ pecunia illius indigẽ
tiam releuare nõ possit se excusãs: multa quoqꝫ
de laudibꝰ pauꝑtatis tractãs. Epistola.XL.
Fran. Petrarcha. L. M. eũdẽ ad bonoꝝ amicoꝝ
ꝓquisitionẽ: ⁊ ut malos tanqꝫ maritimos fluctꝰ
fugiat exhortãs: Bonos etiã uel paucos uel nul
los eẽ: malos aũt qꝫ plurimos ꝓbãs. Epl'a.XLI.
Frãciscus Petrarcha. L. M. eũ ut in aduersis se
virum pbeat cõsolanz: cum animi virtꝰ maxime
in calamitatibus dinoscatur. Epistola.XLII
Frãciscus Petrarcha. L. M. ꝙ ad id ifelicitatis
tẽpora deuenerint homines nõ nisi ingratitudi-
ne polleãt conquerens. Epistola.XLIII.
Fran. Pet. Fratri: se hac sola cupiditate teneri ut
antiquoꝝ scripta auidus pquirat significãs eũ q̃
qꝫ ut diligẽter oẽz Hetruriã iuestiget si aliqd scri
ptoꝝ antiquoꝝ iueniat hortãs. Epl'a.XLIIII.
Franciscus Petrarcha. L. M. homines nec expi
entia quidem ab infelicitate deterreri posse mul-
tis exemplis ostendens. Epistola.XLV.
Fran. Pet. Lelio suo: Jllũ ut ad se scribat excitãs
ut etiam apꝺ cõem dñm pꝛo felici rerum suarum
exitu intercedat rogans. Epistola.XVLI.
Franciscus Pet. Lelio suo: factũ cuiusdã iuuenis
qui vginem cuiꝰ amore lãguebat vitiauerat nar
rãs: eũqꝫ ut in hoc facto apud dñm illiꝰ iuuenis
intercedat rogans. Epistola.XLVII.
Franciscus Petrarcha Lelio suo: eloquẽtiaz plu-
rimum ualere ad mitigandos efferatoꝝ animos
exemplo maiorum cõpꝛobans: ꝙqꝫ suuz villicuz
mitigauerit admirans. Epistola.XLVIII.

Epistole Libꝛi Quarti.

Franciscus Petrarcha Joanni Colũne: uẽtosum
quẽdaz mõtez in Hallia describẽs. Epl'a.XLIX.
Fran. Pet. Dionysio suo: Jlli ꝙ ad Robertum re
gẽ uocatꝰ accesserit ꝓgratulans: multa quoqꝫ de
diuitiarum cõtẽptu: deqꝫ beate vite desiderio: ac
de laudibus regis cõmemorans. Epistola.L.
Franciscus Petrarcha Roberto Sicilie regi: ꝙ
mortem neptis taz cõstãter laudauerit admirãs
nõnulla etiã de anime imortalitate: multa aũt de
regijs laudibus interserens. Epistola.LI.
Franciscus Petrarcha. L. M. Jllũ Rome an ne
Parisij assumẽdaz sibi lauream putet: cuz utrin-
qꝫ litteris accersetur consulens. Epistola.LII.
Franciscus Pet. L. M. optimũ ꝓsiliũ illiꝰ de assu
mẽda laurea se executurum asserẽs. Epl'a.LIII.
Fran. Petrarcha. L. M. eundẽ ꝙ Romã sit peti
turꝰ ꝓ adipiscẽda laurea: q̃ue die eã i Capitolio
sit assumpturus certiorem reddẽs. Epl'a.LIIII.
Fran. Petr. Roberto Sicilie regi: Jlli ꝙ laurea
se dignum estimauerit gr̃as referẽs: atqꝫ q̃ ritu
eaz Rome suscepit ostẽdẽs: ꝓtra uetez etiaz lau-
datores pꝛsentia cõtemnẽtes inuehẽs. Epl'a.LV.
Fran. Petrar. Barbato Sulmonẽsi regio secreta
rio: Jllũ quo tempe laureã Rome magno cuz po
puli fauore assũpserit certificãs. Epistola.LVI.
Fran. Petrarcha Joãni Colũne: Jlli ꝙ lauream
adeptus sit: ⁊ ꝙ Parmenses a tyrãnide liberati
sint significans. Epistola.LVII.
Frã. Petrarcha Peregrio messanẽsi: Thome mes
sanẽ. obitũ deplorãs: filꝫqꝫ illi epigrãma ut supꝛa
defũcti sepulchꝛũ effigat destinãs. Epl'a.LVIII.
Frã. Petrarcha Jacobo messanẽsi: Thome messa
nẽsis obitũ grauiter se tulisse ꝓtestãs. Epl'a.LIX.
Frã. Petrarcha Joãni Colũne: illũ ut morte Jaco
bi fris forti aio ferat hortãs. Epistola.LX.
Frã. Petrarcha Lelio suo: apud eũ de repentino
Jacobi Colũne obitu conquerẽs. Epistola.LXI.

magnifica viderim: me tñ Italice originis nõ peni
tet: imo (ut uerum fatear) quo latius peregrinor:
eo maior Itali soli subit admiratio. Qõ si gratias
agebat Plato dijs (ut uerbo eius utar) immorta-
libus: inter multa q̃ grecum eum t nõ alienigenã
edidissent: quid nos ꝓhibet ꝓ eodem quoq; gra
tias agere ortusq; nostri deum auctorem recogno
scere? Nisi forte nobilius est grecum nasci q̃ Ita-
licũ: qõ siquis dixerit: dicat idẽ t seruum esse no-
biliorem q̃ dñm. Atq; nullus hoc greculus quan
tũlibet procax impudẽsq; dicere audebit: duz me-
minerit diu ante urbem cõditam ante partuz t au
ctum virtutib⁹ imperium. Deniq; añ Romanos
rerum dños gentẽq; togatam: nõ Italiaz sed quo
tam Italie partem eo tẽpore desertam t uacuam
grecis habitatoribus possessam magnãq; greciaz
nũcupatam: Que enim tũc magna visa est: q̃ ma-
xima: q̃ immẽsa videri potuit post euersam Corin
thum: post uastatam Etoliam: post Argos t My-
cenas ceteraſq; urbes triũphatas: post Macedo-
nie reges captos Pyrrhũq; deuictum t maden-
tes iterum Asiatico cruore Thermopylas: Credo
neminem negaturum aliq̃to clarius Italicuz esse
q̃ grecum. Sed de hoc forte alibi: nũc in Gallias
reuertamur. Pariseorum ciuitatem regni caput:
que auctorem Julium Cesarem prætendit introij:
nõ aliter aio affectus q̃ olim Thessalie ciuitatem
Hypatam dum lustrat Apuleius. Ita enim sollici
to stupore suspensus t cũcta circumspiciẽs viden
di cupidus explorãdiq; uera ne an ficta essent que
de illa ciuitate audierã: nõ paruũ in ea tempus ab
sumpsi: t quotiens operi lux defuit noctem super
addidi. Demuz ambiẽdo t inhiãdo magna ex par
te didicisse video: qs in eadẽ ueritati qs fabulis lo
cus sit: que (qm̃ longa narratio est: neq; hoc loco sa
tis explicabilis) differẽda est donec ex me oia co-
ram audies. Gandauũ quoq; (ut media sileã) eo-
dem cõditore supbũ vidi: t ceteros Flãdrie Ba
bãtieq; populos lanificos atq; textores: Uidi Le
odium insignem clero locũ: Uidi Aquẽsem Karo
li sedẽ: t in tẽplo marmoreo uerẽdũ barbaris gen
tibus illius ꝑncipis sepulchrum. Ubi fabellã audi
ui nõ inamenã cognitu a gbusdã tẽpli sacerdotib⁹
quã scriptã mihi ostẽderũt: t postea apud moder-
nos scriptores accuratius etiã tractatã legi: quam
tibi quoq; ut referã incidit animus: ita tñ ut rei fi-
des nõ apud me queraf: sed (ut aiũt) penes aucto
res maneat: Karoluz regẽ quẽ magni cognomine
equare Pompeio: t Alexãdro audẽt: mulierculam
quãdam pdite t efflictim amasse memorãt: eius
blãditijs eneruatũ neglecta fama (cui plurimũ in-
seruire cõsueuerat) t posthabitis regni curis: alia
rũ rerũ oiuz: t postremo suiipsius oblitũ: diu nul
la ꝓsus in re nisi in illius amplexibus acquieuisse
summa cũ indignatione suorũ ac dolore. Tãdem
cũ iã spei nihil superesset (qm̃ aures regias salutari-
bus cõsilijs insan⁹ amor obstruxerat) femina ipsã
maloꝝ isperata mors abstulit: cui⁹ rei igẽs ꝓmũ in
regia: sz latẽs gaudiũ fuit. Deinde dolore tñ prio-
re grauior: quãtum fediori morbo correptũ regis
alium videbãt: cuius nec morte lenitus furor: sed in
ipsum obscenum cadauer t exãgue trãslat⁹ est: qõ
balsmo t aromatib⁹ cõditũ: onustũ gẽmis t uela
tum purpura dieb⁹ ac noctib⁹: tã miserabili q̃ cu-
pido fouebat amplexu. Dici negt q̃ discors t q̃
male se cõpassura cõditio est amãtis ac regis: nun
q̃ profecto cõtraria fine lite iungunt. Quid est ãt
regnum nisi iusta t gloriosa dñatio? Cõtra: quid
est amor: nisi feda seruitus t iniusta? Itaq; cũ cer-
tatim ad amãtem (seu rectius) ad amẽtem regem
ꝓ summis regni negocijs: legatiões gẽtiuz prefe
ctiq; t prouinciarũ presides conuenirent: Is in le
ctulo suo miser oibus exclusis t obseratis forib⁹
amato corpusculo coherebat: amicam suaz crebro
uelut spirãtem responsurãq; compellans. Illi cu-
ras laboresq; suos narrabat: Illi blandũ murmur
t nocturna suspiria: Illi semp amoris comites la-
chrymas istillabat (horrẽdũ miserie solamẽ) sz qõ
vnũ tñ ex oib⁹: rex alioqui (ut aiũt) sapiẽtissim⁹ ele
gisset. Addunt fabule qõ ego nec fieri potuisse nec
narrari debere arbitror. Erat ea tẽpestate in anla
Lolonienſis antistes: vir (ut memorãt) sanctita-
te t sapientia clarus: necnõ comitatus t cõsilij re
gij prima uox: qui domini sui statum miserat⁹: ubi
aiaduertit humanis remedijs nihil agi: ad deum
uersus illum assidue precari: in illo spem reponere:
ab eo finem mali poscere: multo cuz gemitu: quod
cum diu fecisset nec desiturus videretur: die quo
dam illustri miraculo recreatus est. Siquidem ex
more sacrificanti: t post deuotissimas preces pe-
ctus t araz lachrymis implẽti: de celo uox isonuit
sub extincte mulieris lingua furoris regij causam
latere. Quo letior: mox peracto sacrificio ad locuz
ubi corpus erat se proripuit t iure notissime fa-
miliaritatis regie itrogressus: os digito clam scru
tatus gemmam perexiguo anulo inclusam: sub ge
lida rigentiq; lingua repertam festinabundus aue
rit. Nec multo post rediens Karolus t ex consue
tudine ad optatuz mortue congressum properans
repẽte aridi cadaueris spectaculo concussus obri-
guit exhorruitq; contactum: auferri eam quamto
tius ac sepeliri iubens: inde totus in antistitem cõ
uersus: illum amare: illum colere: illum indies ar-
tius amplecti: deniq; nihil nisi ex sententia illius
agere: ab illo nec diebus nec noctibus auelli. Qõ
ubi sensit vir iustus ac prudens: optabilem forte
multis: sed onerosam sibi sarcinam abijcere sta-
tuit: ueritusq; ne si uel ad manus alterius peruenî
ret: uel flammis cõsumeretur domino suo aliquid
periculi afferret: anulum in vicine paludis preal-
tam uoraginem demersit. Aquis forte tum rex cũ
proceribus suis habitabat: ex eoq; tempore cun-
ctis ciuitatibus sedes illa prelata est. In ea nil sibi
palude gratius: ibi assidere: illis aquis mira cum
uoluptate: illi⁹ odore uelut suauissimo delectari.
Postremo illuc regiam suam trãstulit t in medio
palustris limi immenso sumptu iactis molibus: pa
latium templumq; construxit: ut nihil diuine uel
humane rei eum inde abstraheret: postremo ibi vi
te sue reliquum egit: ibiq; sepultus est. Cauto pri
us ut successores sui primam inde coronam t pri
ma imperij auspicia capesserent: quod hodie quo-
q; seruatur seruabiturq; q̃ diu Romani frena im
perij Theutonica manus aget. Logior fui in hac
narratione q̃ debui. Sed quoniam peregrinatio
ne longinqua librorum solatio destituta est: t in
ppetuo motu facilius est multa cogitare: q̃ gran
dia: iustum epistole modum implere serijs non ua
lens: eam (ut vides) obuijs quibusq; confartio.
Uale.

Parise
or urbẽ
a. J. Le
sare con
ditam

Ganda
uum ab
Julio ꝓ
dituz.

C
Karoli
magni ſ
celetur
amor.

laceratione conquerens. Epistola.C.
Frāciscus Petrarcha Socrati suo: Illi q̄z medio critatis appetitu teneaī significās. Epistola.CI.
Frāciscus Petrarcha Nicolao urbis Rome Tribuno q̄ famam ipsius imminutam audierit indignans. Epistola.CII.
Frāciscꝰ Petrarcha Joāni Aretino: de libertate p̄ie honore quoq̄z ipsius gratulās. Epl'a.CIII.
Franciscus Petrarcha. T. M. cum eo apertas inimicitias gerendas esse: qui amicitiam p̄o iniuria reputet asserens. Epistola.CIIII.
Franciscus Petrarcha Joanni Anchiseo: causam illi quare potius Cisalpinam Galliam q̄z Florētiam petierit assignans. Epistola.CV.
Franciscus Petrarcha Joanni Anchiseo: de aduē tante amico congratulans. Epistola.CVI.
Frāciscus Petrarcha Joanni Anchiseo: Francisci cuiusdam amici sui mortem immaturam valde deflens. Epistola.CVII.
Franciscus Petrarcha Joanni Columne: eum ut forti animo fratrum ꝛ nepotum obitum ferat cōsolans. Epistola.CVIII.
Franciscus Petrarcha Brunoni Florētino: amātuz ceca eē iudicia asserens. Epistola.CIX.
Franciscus Petrarcha Luchino vicecomiti Mediolanēsi: Maiores nostros qui virtute ꝛ litteris claruerunt cōmendans: simulq̄z nostri temporis p̄incipum ignauiam ꝛ ignorantiam reprehendens. Epistola.CX.
Franciscus Petrarcha Jacobo Florētino: adulationes admodū se odisse significās: eumq̄z potiꝰ ut carpat nō laudet hortans. Epistola.CXI.
Frā. Petrarcha Hilberto grāmatico Parmēsi: Illum ut optimis moribus adolescentuluz suum instituat rogās: multa etiam de scholastica disciplina interserens. Epistola.CXII.
Franciscus Petracha: Lancelotto equiti Placētino: pluribus amicorum se litteris teneri ostendens: ꝛ quod amori remedium conferendum sit docens. Epistola.CXIII.

¶ Epistole Libri octaui.

¶ Franciscus Petrarcha Stephano Colūne seniori Ipsum q̄ fortune tela tam forti aio acceperit laudās: Eundem etiam in fratrū: uxoris: filioꝝ ac nepotum morte consolans. Epistola.CXIIII.
Franciscus Petrarcha Olympo: q̄ se domuz nō reppererit dolens. Epistola.CXV.
Frāciscus Petrarcha Olympo: quāto fōtis Sorgie amore teneatur significans: ad vitaz etiam solitariam illum inuitans. Epistola.CXVI.
Frā. Petrarcha Olympo: Illū itez ceteroſq̄ amicos ad vitā solitoriā inuitās. Epistola.CXVII.
Franciscus Petrarcha Olympo: Iterum illi solitudinem p̄ponens: ad quam capessendam apud Sorgie fontem hortans. Epistola. CXVIII.
Frā. Petrar. Bartholomeo hēmitico rligioso: carmina q̄ ipe petierat se mittē significāſ. Epi. CXIX
Frā. Petrarcha Socrati suo: q̄ annꝰ pestilēs ꝛ cōiūctos ꝛ amicos eripuerit cōquerēs. Epl'a. CXX
Frāciscus Petrarcha Socrati suo: adhuc de pestilēte anno q̄ amicissimum hoiem qui sibi superat subtraxerit conquerens. Epistola.CXXI.
Frā. Petrarcha Lozbardo de Siricho amico suo illi p̄tē vitā quā ōgimꝰ describēs. Epl'a. CXXII.

¶ Finis.

¶ Frāciſci Petrarche poete laureati oratoriſq̄ nō inculti: Epiſtolarum de rebus familiaribus: Liber p̄imus Incipit.

¶ Franciſci Petrarche ad Thomam Meſſanenſem Famam ante mortem non eſſe appetendam exponentis: cum ea nobis viuentibus minime poſſit acquiri. Epiſtola.I.

Querelam publicam nemo ſapiēs ſuam facit: Satis gſq̄ p̄uatarum querelarū domi habet. Satꝭ dixi: nimis dicere debueraz. Nulli ne hoc vnq̄z accidiſſe reris? Falleris. Nulli vo cōtrarium accidit. Vix ſuperſtite qui fecerat: cuiuſq̄z ſcripta uel geſta placuerūt: laudes hoium mors inchoat. Scis quare? q; cuz corpore moriī inuidia viuitq̄z cum corpore. Multorum ings ſcripta laudantur: que ſi gloriari licet nō pgis ulterius: ſed (qui indignātibus mos eſt) ſuſpenſum linquens auditoris animum ſermone p̄teruolas inexpleto. Uerum enimuero fugiētem cōſequor mentis augurio: ſcio quid uelis. Multoꝝ ſcripta laudātur: que tuis ad mota: carere nō tantum laudatore: ſed etiam lectore debuiſſent: cum tua interim nulluſ attingat. Recognoſce in vbis meis indignationem tuam: que iuſta eſſet niſi illam de cōmuni omnium aceruo: in uſus p̄prios traduxiſſes: Omnium inquam quoſ hic ſcribendi ſeu amor ſeu morbus tenuit omniuz ue quos tenebit. Reſpice enim in p̄imis quorum ſunt illa que laudātur: quere auctores: certe p̄idē in cinerem uerſi ſunt. Uis ꝛ tua laudari? Morere. A morte hominis viuere incipit humanus fauor: ꝛ vite finis p̄incipium eſt glorie: que ſi ante cepit: ſingularis quedam ꝛ itēpeſtiua res eſt. Plus dicā: dum eoꝝ qui tecū vixerūt gſq̄z ſupfuerit: cumulate qdem qd appetis non habebis: cum oēs pariter urna p̄cluſerit: ueniēt qui ſine odio ꝛ ſine iuidia iudicēt. Ferat itaq̄z de nobis quālibet ſuiam p̄ſens etas: ſi equam: feramus equo aio: ſi iniquā: ad ego res iudices: hoc eſt ad poſteros p̄uocemus: qñ ad alios nō licet. Delicatiſſima res eſt iugis cōuerſatio: minimis offendiī: ꝛ fame ſemp inimica p̄tia eſt: multaq̄z admirationi hoiuz familiaritas detrahit frequēſq̄z cōuictus. Uides ne tu hos ſcholaſticos: genus hoium vigiliis ac ieiunio ſqualidum? Crede mihi: nihil ad lucubrādū durius: nihil mollius ad iudicādū: cū multa laborioſiſſime legerint nihil examināt: ꝛ qd in re ſit dedignanī ingrere cū hoiez ipm noſſe videanī: Itaq̄z oiuz vna lex eſt: Cūcta eni ex equo quoꝝ auctores uel ſemel aſperexerit: ſcripta faſtidiūt. Hoc inges puis accidit ingenijs: magna eni ꝛ ualida per obſtātia quelibet erūpūt. Redde mihi Pythagorā: reddā tibi illius ingenij p̄ceptores. Redeat in greciā Plato: renaſcaī Homerus: reuiuiſcat Ariſtoteles: reuertaī in Italiam Uarro: reſurgat Liuiꝰ: refloreſcat Licero: non mō segnes laudatores inueniēt: ſed mordaces etiaz ꝛ liuidos detractores: qō q̄z ſuis tpibus exptꝰ eſt. Quid Virgilio maius habuit lingua latina? Reperit tñ ille: q nō poetā: ſed raptorē alienaꝝ iuētio-

A

Inuidia cū cō pe ꝛ viuē ꝛ mori.

Laudē non niſi pmōtē aſſequi poſſe.

Fameī micā cē p̄tiaz.

B

Hic igitur expectare in animo est: donec ꝛ estas ipsa deferueat: quam hucusqꝫ nō senseram: ꝛ me uegetiorem quies faciat: qui me fessum esse hoc ipso primum loquente perpendi. Nulla quidem fatigatio maior q̄ animi est: q̄ si reliqui itineris tediū subierit: Rhodanus mihi pro uehiculo erit. Interim ut noris ubi sum: hec tibi festināte nuncio trāscurrere non piguit. De fratre item tuo: duce olim: nūc (da dolori ueniā) defore meo: nusqꝫ alibi q̄ apud ipsum conqueri visum est: quam querelam: ut sibi q̄ primum mitti iubeas: oratus facito. Et Uale nostri memor.

¶ Francisci Petrarche ad Jacobum Columne Lōbericensem presulem: q̄ se non expectato Romā petierit familiariter conquerentis: simulqꝫ nō pauca de fide ꝛ taciturnitate cōmemorātis. Epla. V.

A Euertebar e germania ꝛ iam Lugdunum r peruenerā: precum tuarum ꝛ desiderij mei uncis retrahentibus: non taꝫ poetico aut phisico: q̄ꝫ cursorio more festinans. Illic cursui meo molestissimum frenum adhibuit insperat⁹ rumor aufugisse te absētie mee uelut opportunitate captata ꝛ sine me Romaꝫ petijsse: qđ profecto nūq̄ facturum esse promiseras. Quid dicam? Amā te nō amato nil reor esse miserius. Quomodo autem te: seu quibus primum uerbis aggrediar? Suspitiosum ne an tuorum contēptorem putem? Nihil moribus minus tuis cōuenit. Obliuiosuꝫ quem rar mirator ipse memorie tue? Fidefragum dicam q̄ notissima fides est. Quid ergo? Tu culpe nomē inuenies ꝛ teipsum condemnabis: uel si libet absolues: apud tribunal tuum tecum agitur: tu idem ꝛ reus ꝛ testis ꝛ iudex eris. Sede igitur ꝛ mecū aliquātisper equo iure discepta. Equat enim amor imparia. Q̄ si contra me forte lingua tua pronunciauerit: ad conscīam ꝓuocabo. Rīde dolori meo querenti: Cur tu Rome: ego in Gallia sum? Quid tanto diuortio dignum feci? An ut inutilis ꝛ inamena sarcina in tergum abijcior? De utilitate quidem videris: de reliquo (qm̄ dolor ingens libertatiſ asserto esse solet) ipse ꝓnuncio. Nulla igit̄ (si te noui) amenior: nulla curis tuis opportunior: tecuꝫ est Lelij mei ꝛ ceterorum pace dixerim quib⁹ (ut me equare audeam) superbe fortitan fortune illorꝫ cogit ꝛ dolor mei: Ego enim te mundo pretuli: tu mihi queso quid non prefers? An timuisti ne secretum tuū ex me in vulgus erumperet? Ita ne rimosum expertus es cita infirmi ac futilis animi: cui tā facile commissa diffluerent? Egisti incaute qui mihi totiens graviora crederis. Sed (crede mihi) quoniam hodie (ut video) dolor uerecūdiam superat: crede inq̄ mihi pater optime: nullius (quē qđē ego nouerim) fido silentio secundus sum. Nemo me ideo q̄ secreta nō teneam: ne dicam fideli amicitie: sed uel senatorio gradui: uel sacerdotio cereris inhabilem arguerit. Legimus apud persas: nihil fide sanctius: nihil pulchrius silentio: nihil loquacitate deformius. Itaq̄ illud uel morte custodiunt: hanc morte castigant: non est qui quocunqꝫ supplicio sui regis pandat arcanum. Si quis forte contrafecerit: nullo non supplicio dignus habebitur preclare. Quid eniꝫ oino facilius q̄ꝫ tacere? Ad quid ergo utilis: aut cui magne rei sit habendus idoneus: qui rem longe facillimaꝫ implere nequiuerit? An ꝥo occupationes meas interrumpere noluisti? Conuersatio igitur longeua quid profuit? Nondum intelligis: non esse me de illorū grege qui (ut ait Flaccus) breui fortes iaculantur euo multa: qui terras alio calentes sole permutāt: qui penetrant aulas ꝛ limina regū: Ut Uirgilius ait: qui aium suuꝫ in frusta discerpūt: huic arridēt: illi seruiūt: neminē ex integro diligūt: nulli plene cōfidūt: certe ego q̄ siꝫ nescio. Ualde eni i iudicio rerꝫ nostrarū fallimur: Sꝫ ut sim de grege nihil optantium: magnopere laboro: de multis nunq̄ speraui Sciebam enim q̄ qui paucorum similis fieri studet: multiſ fiet inuisus. Spes ꝛ occupatiōes mee in te hactenus site erant: In quo si me diutius errare non es passus: perurbane mecum agi non negauerim: q̄ alienationem animi tui: non cōtumelioso quidem actu: non uerbo aspero: nō graui supcilio: sed fuge silentis indicio perceperim. Sin experiri aut inflāmare desiderium meum cogitasti: vide ne aduersus imbecillem animum nimis aculeatum ludi genus elegeris. Aut forte indulgentior causa est: pepercisti arbitror labori meo: uerit⁹ ne fastidio pelagi impar essem: ꝛ quoniaꝫ id tibi quoq̄ restat iter per sticulosam Apuliam: sub estiuo sole deficerem. Sed queso nōne hoc tuo de me iudicio iniuriosus es fame mee? Ubi ego hanc opinionem merui? Quis me labor fregit: aut terruit. Sola videndi dulcedo per ignotaꝫ me Barbariē circunducit: per Italiam credo pulchra necessitas non duxisset: sub pireneis olim collibus: ut tibi comes essem: nisi pudet: quantis me precibus ac blāditijs oneraſti? Quanq̄ꝫ (ut uerum fatear) sequebar ego ꝓpe cupidius: q̄ꝫ detrahebar: quid ita nūc sub Apenini iugis comes esse nō merui? Nisi forte inertiam meam illa peregrinatio patefecit: tu vo quotidie miraberiſ vnde ea laborum patientia in litterarum ocio mihi nato ac enutrito: presertim cum ꝛ anni tempus esset aduersum ꝛ uepricosum iter ꝛ inculta regio (quodq̄ super omnia nos angebat) conuersatio dura ꝛ multum nostris moribus aliena. Sed forte (quoniam sensum ratiocinatio ad uerum ducit) non quecūq̄ potuimus possumus: dies auget: dies imminuit ab ea peregrinatione: quarta nunc estas agitur: triennio senior factus sum: qđ tempus nō tm̄ mutando corpusculo mortalis hois: sed euertendis imperijs atq̄ urbibus late patet. Ludo tecuꝫ (ut vides Magnus interdum dolor ubi lamenta defuerint in iocos uertitur: omnis quidem dies fateor gradus est ad mortem: ꝛ uagientes in cunabulis infantes: crescēdo pariter senescunt. Neq̄ tm̄ ea etas est mihi: que naturale detrimentum sentiat: quippe que nōdum plena est. Itaq̄ crescentibus adhuc annis puerior multoq̄ ꝛ membris ꝛ animo ualidior indies fio: q̄uis non ignorē quid sequatur. Uiator enim quo altius ascendit: eo descensui proximior fit: ꝛ si dici fas esset quodāmodo ascendendo descendit. Idem mihi accidit: Interim tamen ascendo. Que cuꝫ ita sint: Idoneā facti tui causam forte tu noueris: ego eaꝫ palpitabūdus inquiro nec inuenio: ꝛ hoc vno uel maxime amare me intelligo (q̄ amantiuꝫ mos est primis quidem offensiōibus moueri: mox ubi flāmam extinguere non datur ad excusationū medicamenta confugere: ꝛ qđ acrius factum dolent: uel nequaq̄ factum si liceat: uel bono aio factum dicere). Hoc igitur ago si possum: ut iure desertus

Amare ꝛ nō amari nihil miserū

Apō pas fidē ꝛ tacitnitatē integram.

Dies dies gradus ē ad mortē

regnum habet: mor̃s hoiem eximit ab impio fortune. Cessãt exide ludibria: hec uelit ipa ul' nolit: vtutem fama: ceu solidũ corp⁹ umbra ꝓsequit. Habes ergo (ni fallor) gloriãdi potiẽ cãz q̃z idignãdi: si cũ oib⁹ fere pstãtibus atq; clarissimis viris cõis tibi tua sors est. Quoq; etiaz nũc egore aio sis: Africanum ipm quem ex hac acie segregare visus eram: in cõe restituam: cui q̃uis qđ rarissimum est: ut dixi: psentia nõ noceret: nocuit tñ (ut ceteris) hoium iuidia: quaz tãtis vtutib⁹ nõ potuit extiguẽ: incẽditq; potiẽ ⁊ iflãmauit: Nocuit (qđ sine idignatione nõ possum meminisse) puersatio lõgior ⁊ nascẽs ex familiaritate cõtẽptus. Vñ aũt hec elicia pcõtabere. Nolo me aliqd imutasse suspiceris: Ipa Titi Liuij clarissimi scriptoris vba ponã: qui orta cõtẽtione dignitatis honorũq; iter Scipionẽ Africanum Titumq; Flaminiũ: In qua succubuisse Scipionẽ refert. Maior inqt gloria Scipionis: ⁊ quo maior: eo ppior iuidie. Et statim postea: Accedebat inqt ⁊ alio. Scipio African⁹ iam ꝓpe annuz decimum assidu⁹ in oculis hoium fuerat: que res min⁹ uerendos magnos hoies ipa satietate facit. Et hec qdez ille: Tu vo (ut iam finem faciam) fortunã tuã tanto comite solabere: expectabisq; transilius: memor uetus apo Flaccũ uerbuz eẽ: qđ ut vina: sic poemata meliora dies reddit. Apo Plautũ aliquãto uetustius: Ille eni ait: Qui utunt vino uetere sapiẽtes puto: ⁊ qui libẽter ueteres inspectãt fabulas: qđ nõ min⁹ ipsi Flacco bilem cõmouisse suspicor q̃z tibi tãtam eẽ uetustatis reuerẽtiam: ut crimẽ lõgo sermõe purgãduz sibi fuerit Lucilium reprehendisse. Postremo tecum cogita qd est hoc pro quo tam sollicite torqueamur: Uẽt⁹ est fama quaz segmur: fum⁹ est: umbra est: nihil est. Jtaq; facillime recto atq; acri iudicio cõtẽni pot: Qđ si forte (qm̃ generosos aios familiaris hec pestis inseq; solet) appetitũ hũc extirpare radicit⁹ nõ potes excrescẽtẽ: rationis saltẽ falce cõpesce: parẽdũ tẽpori parẽdũ rebus est. Deniq; (ut snie mee sũmã breuius expediã) virtutẽ cole dum viuis: famaz iuenies in sepulchro. Vale.

Titi liuij vba de Scipiõis ⁊ Titi flaminij dignitate.

Uetusta poemata vino uetera adeq̃ri: ex Flacci ⁊ plauti aucte

¶ Frãcisci Petrarche ad Raimũdum supantiũ: hominũ vitam eque ac flosculuz mometo ⁊ virere ⁊ arescere asserẽtis. Epistola.II.

Ereri mihi (nec imerito) visus es: ne (qđ fere oib⁹ adolescẽtib⁹ accidit) etatis flore decipiar. Nõ pollicebor tibi pater aium solidũz ac stabilez oisq; uanitatis exortem (qđ in hac etate difficillimum ⁊ pot⁹ diuine gratie q̃z hũane vtutis arbitror sed mẽtez haud quaq̃z sue ꝓditiõis ignaram spõdeo. Sẽtio me (mihi crede) nũc dum maxime florere video: maxime ad arescẽdũz pgere. Quid in re celerrima segnib⁹ uerbis utor: imo vo pperare: imo currere: imo (ut loq̃r ppie) uolare. Uolat eni etas (ut ait Cicero) Et oino nihil est alio tẽp⁹ vite hui⁹ q̃z cursus ad mortez: Jn quo (ut ait Augustin⁹) nemo uel paulo stare uel aliquãto tardus ire pmittit: sz urgent oes pari motu: nec diuerso ipellunt accessu: Neq; eniz cui⁹ vita breuior fuit: celeri⁹ diez duxit: q̃z ille cui lõgior: sed cũ eq̃liter eq̃lia mometa raperent ambob⁹: Alter abijt ppi⁹: alter remoti⁹: quo nõ ipari uelocitate ambo currebãt. Alio est eni ampli⁹ vie pegisse: aliud tardius ambulasse. Qui ergo usq; ad mortem pductiora spatia tpis agit: nõ lẽtius pgit: sed plus itineris ꝓficit. Ecce quanti duo viri uelocitatem vite mortalis describẽtes: uolare eaz ⁊ currere asserũt: Quotiẽs vo Virgilius fugẽ tẽp⁹ ait? Quid si oes tacerẽt? qđ ẽt si negarẽt? nũqđ io segni⁹ fugiẽs curreret aut uolaret? Neq; vo me talia sũmiq; labijq; locutũ putes (qq̃z coetaneis meis est mos) p auctor̃ vireta captare flosculos: qđ viro turpe ait Seneca: nobis ita ꝓmissũ putãt: ut nihil videaẽ in adolescẽtia formosius. Ego me nõ nego flosculos interdum legere: qb⁹ iter senior choros (si res tulerit) uti queã: sed ita ad optatã senectutẽ merita cũ laude pueniã: ut ego magis oia ad vitã extimẽ q̃z ad eloquẽtiã referẽda: Et q̃uis (ut est usus: ut est ingeniũ: ut est aius: ut est etas) eloquẽtie studio delecter: tñ ⁊ duz alior̃ bene dicta recẽseo: ⁊ si qñ mihi aliqd forte sonãti⁹ excidit: utrobiq; magis meditor: ut qcqd id est vite ꝓsit: adolescẽtieq; me malis expediat: q̃z ut vbis ornatioribus iuuenilis ligua lasciuiat. Sũme qdem demẽtie videẽ in id niti: ad qđ forte nunq̃z fis uẽtur⁹: ⁊ qđ paucis accidit: qđ q̃z cũ adept⁹ fueris modicũ ꝓsit: fortassis ⁊ multũ noceat: illud vo negligere: qđ ⁊ oib⁹ ꝓmptum: prae oib⁹ utile: dãnosiq; nunq̃z eẽ possit. Scimus aũt magnor̃ auctoritate hoium exprimẽtoq; rez edocti: qm̃ paucis bene log: bene viuere aũt oib⁹ datũ est: ⁊ tñ plures illud amplectunt: hoc fugiũt. Jta est natura hoium: difficultatib⁹ icũbere ⁊ ea cupidius appetere: que laboriosius parant. Ego qdez (⁊ si mihi fidem etas deroget) teste tñ ꝓscia lego: nõ ut eloquẽtior aut argutior: sed ut melior fiã: Et qđ de morali phie pte dixit Aristotiles: ad oẽs trahor: q̃z q̃z si uterq; fruct⁹ sequeret ifortunatiorez me labor̃ nõ negarẽ. Tibi aũt pr̃ gras ago: q⁹ me pene mones: ⁊ oro ut idẽ sepe facias: Sed sic hẽto: me iam hinc cepisse cognoscẽ cursum meũ ⁊ picula numerare: ⁊ multos nosse decrepitos: me alti⁹ humi fixos ac tenacius iherẽtes. Multũ me tangit illud Domitiani ꝓncipis iam senescẽtis. Nil ingt grati⁹ decore: nil breui⁹. Et illud Catonis senis apo Tullium: Quis est tam stultus q̃uis sit adolescẽs: cui sit exploratũ ad uespum eẽ victurũ? Et illud Virgilij tũc iuuenis iuuenil' dictum: sed uere: sed grauiter: sed mature: Collige vgo rosas dũ flos nouus ⁊ noua pubes: Et memor esto euuz sic ꝓperare tuum. Ego vo memor sum (⁊ q̃uis nõduz plene possim) cogito tñ ut possum: ⁊ indies ut ꝓfundi⁹ possim: nitor. Cogito nõ qd alijs videor: sed qd sum ⁊ etatem hãc ⁊ q̃lẽcũq; formam corpis: ⁊ reliq; (vñ mihi forsan ab alijs inuideaẽ) sentio data mihi ad piculum: ad exercitium: ad laborem. Deniq; (ut breuiter cõcludam) Scio me ascẽdere ut descendam: virere ut arescam: ut senescaz adolescere: viuere ut moriar. Vale.

Etatem uolare: ex Ciceronis autoritate

Oibus idẽ vite spatium mõtisq; eq̃lẽ ter minũ eẽ ex Aug. sñia

¶ Francisci Petrarche ad Joãnem Colũne: Galliam: Germaniam: Rheniq; ripas se peragrasse narrãtis: Jnq; his regionibus mores hoium sollicite cõtemplatum esse ⁊ aspectu telluris incognite delectatum: Jtaliam tamen sibi magis placere affirmantis. Epl'a.III.

Allias ego nuper nullo qdem negocio (ut nosti) sed visendi tñ studio ⁊ iuuenili quodam ardore pagraui: Germaniam tandez Rheniq; ripas attigi: contemplatus sollicite mores hoium: ⁊ aspectu telluris incognite delectat⁹: ac singula cum nr̃is conferẽs: ⁊ lz multa utrobiq;

B

C Demẽtie ei ad qđ puenire non potest.

Cupidius hominẽs appetẽt q laborios⁹ sint.

D Nil gr̃i us decore nil breuius Catois ⁊ Virgilij snie

A

arborum comis:estas frugibus diues est:autum
E nus pomis:hyems niuibus abundat. Nec modo
non tñ tolerabilia:sed grata:si peruertantur fient
concussis nature legibus inportuna. Et nemo erit:
qui uel hyemis glaciem equo animo per estatē per
ferat:uel solis ardorem alienis mensibus seuiētē:
Sic nemo reperiē qui uel senem infantibus collu-
dentem non oderit aut rideat:uel puerum canum
aut podagricum non miretur. Quid autem queso
ad oēm disciplinam tam utile:imo tam necessariū
est q̄ ipsarum litterarum prima cognitio:in quib⁹
oium studiorum fundamenta consistunt? Sed ex
diuerso quid sene ridiculosius in talibus occupa-
to? Tu ergo senis tui discipulos meis uerbis exci
ta:neq̄ deterreas sed hortare:non quidē ut ad dia
lecticam sed ut per eam ad meliora festinent. Se-
ni autem dic non me liberales artes dānare: ſ̄ se-
nes pueros. Ut enī nihil elementario sene turpi⁹:
q̄ ait Seneca: sic nihil dialectico sene deformi⁹.
Et si sillogismos eructare ceperit:fuge consulo:ac
iube illum disputare cum Encelado. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Thomam Messaneñ. eū
dem quid in Inuentionibus ꝛ vi ingenij obserua-
re debeat instruentis. Epistola.VII.

A Uid agendum tibi sit consulis:in eo statu
q in quo fere ois scribentium turba est:qui ꝛ
sua cuiq̄ non sufficiūt ꝛ uti pudet alienis:
ꝛ interim a scribendo cessare non sinit ipsa rerum
dulcedo insitaq̄ mortalium animis glorie cupidi
tas. Sic itaq̄ perplexus atq̄ hesitans ad me re-
dis: Primum oium cōsultius fuerat certiorē adiis
se consultorem:a quo uel multa ꝛ uaria:uel unum
quodcūq̄ optimum ꝛ electissimū esset:accepisses.
Enimuero nunc ad ostiū pauperis pulsasti: unde
tamen:me uolente:nō oīno uacuus abibis: q̄ ab
alio mendicaui:id tibi libens impartiar. Mihi qui
dem fateor:de hac re nō amplius q̄ unicū cōsiliū
est:q̄ si fortassis inefficax experimento deprehen
deris:Senecā culpabis. At si efficax:sibi nō mihi
gratiaꝫ referes. Deniq̄ in oēm euentū:illū nō qui
dem solū:nam ꝛ hoc ante Flaccus dixerat: ꝛ (q̄
satis auguror) ante Flaccū alij q̄ querendi nūc
ocium nō est:sed expressiorem habeas uelim con-
silij huius auctorez. Cuius summa est: Apes in in-
uentionibus imitādas:que flores nō quales acce-
perint:referunt:sed ceras ac mella: mirifica qua-
dam ꝑmixtione cōficiūt. Eius autē nō sensum mō
sed uerba Macrobius in saturnalibus posuit: ut
mihi quidem uno eodēq̄ tēpore:q̄ legēdo simul
ac scribendo ꝓbauerat rebus ipsis improbare vi-
derē: Non enim flores apud Senecā lectos in fa
nos uertere studuit:sed integros ꝛ quales in alie-
nis ramis inuenerit ꝓtulit:q̄q̄ q̄ alienū ego ali-
q̄d dixerim:licet ab alijs elaboratū:cū Epicuri sen
tētia sit ab eodē Seneca relata:quicqd ab ullo be-
ne dictū est nō alienū esse sed nostrū. Nō est itaq̄
cur Macrobius culpandus sit q̄ magnā epistole
unius partē in prohemio operis illius nō tā tran-
stulit q̄ trāscripsit: Id enim ꝛ mihi forsan interdū
ꝛ multis maioribus accidit: Sz illud affirmo ele
gātioris esse solertie ut apium imitatores nostris
uerbis:q̄uis aliorū hoiuz sentētias proferamus.
B Rursus nec huius stilum aut illius:sed unum no
strū conflatū ex pluribus habeamus. Felicius qui
dem nō apiū more passim sparsa colligere: ſ̄ quo-

Apes in inuētionib⁹ imitandas esse

rundā haud multo maiorum uermiū exēplo:quo
rū ex uisceribus sericū prodit:ex seipso sapere po-
tius ꝛ loqui:dūmodo ꝛ sensus grauis ac uerus ꝛ
sermo esset ornatus. Uerum q̄ hoc aut nulli prorsus:
aut paucissimis datum est:feramus equanimi
ter ingenij nostri sortem:nec altioribus inuidētes:
nec despicientes qui infra nos sunt:nec parib⁹ im-
portuni. Scio aūt quid tu nunc tacitus dicis: Do-
mo hic me a studio retrahit ꝛ ab industria dehor-
tatur:dum patiēter ignorantiam ferre docet: Ego
Vo nihil magis cauendum arbitror:q̄ ne ignauia
consenescat ingenium: Licet enim Cicero scribat
videri sibi hoies cū multis reb⁹ humiliores ꝛ in-
firmiores sint: hac re maxime bestijs prestare q̄
loqui possunt:tñ id uel oratori ad cōmendationez
artis quam tradebat indulgendū fuit:uel sic acci-
piendum ut ipsum loqui posse sine prouio intelle-
ctu esse non possit: Aliogn multo mihi potius vidē
tur in eo precellere:q̄ intelligere:q̄ multa scire ac
meminisse possunt: q̄ beluis natura non tribuit:
tametsi aliquam intellectus discretionis ꝛ memo
rie similitudinē habere videanť. Quid ergo? Ho- C
tor atq̄ obsecro:ut omni vigilātia ꝛ summis viri-
bus:animi tenebras:ignorantiā depellamus:eni-
tamurq̄ in terris aliquid addiscere:quo via nobis
ad celum fiat: Sed interdum meminerimus:si for
te (quia non omēs vnos sydere nascimur) tardita-
ti nostre iter ad summa nō panditur:decere nos in
genij terminis esse contentos quos deus nobis ꝛ
natura prefixerint. Q̄ nisi fecerimus:nunq̄ sine
mentis anxietate futuri sumus: Q̄diu enim in co
gnitionem rerum ibimus:q̄ iter nunq̄ intermit-
tere usq̄ ad extremum spiritū debemus:noui quo
tidie recessus apparebunt: ad quos seignorantia
nostra porriget:hinc meror ꝛ indignatio ꝛ cōtem
ptus nostri:quas latebras (qm̄ vulgus indoctum
nō videbit) letius deget atq̄ tranquillius: Ita fiet
ut scientia que ingens causa sacre delectatiōis esse
debuerat:molestissimam sollicitudinem inferat: ꝛ
vitam cuius se ducē pollicebatur interimat. Assit
ergo cunctis in rebus modestia. Illa nobis suade-
bit: ut non in his solum que fortune aut corporis
dicuntur:sed in his etiaꝫ que animi bona sunt que
cūq̄ nobis portiūcula obuenerit:de modicis quo
q̄ non modicas grates agere consuescamus largi
tori eterno:qui optime quid nobis expediat videt
idq̄ largitus est:nō q̄ delectabilius ſ̄ q̄ oppor
tunius nouit. Et nimiruz sicut iure laudatur senex
paucorum ille iugerum qui regum equabat opes
animo:sic ille laudabitur deformis:hebes aut bal
bus:qui Alcibiadis formam animo:qui Platonis
ingenium:aut eloquentiam Ciceronis equauerit.
Cui igitur ingenium deest:non desit equanimitas:
cui adest:assit ꝛ moderatrix rerum oium discretio
ut incorrupto iudicio vires suas extimet. Ne for-
te sibi blandiens ꝛ ipse se fallens importabili fa-
ter suspexit:alter erubuit.Sit Cesar mundo terribilis: Brutus ⁊ Cesari:utrunq; tamen reuerentia cepit exulis Marcelli.Quis exilium tale non cupiat:immo uero quis exilium: quod ipsis patrie dominis inuidiosum est? Illos commemoro quos penitētia ciuium reduxit.Q; multos autem fortuna restituit? Nunq; Camillū Roma uocasset:sors illi ⁊ excidium urbis:quis crederet:ac fremēs per Italiam transalpinarum gentium furor:viaz fecit ad reditum:ut esset vnus(vir memorandum)cunctis exulibus ⁊ bone spei simul ⁊ spectate erga ingratam patriam pietatis exēplar.Atq; (ut aliquādo ad nostrorum temporū acta trāsgrediar)Matheus vicecomes Mediolano patria:prepotentis inimici viribus pulsus:q; diu solus ac profugus ⁊ in summa inopia rerum omnium fuit:complorat⁹ a suis:illusus ab hostibus? Quem ferunt die quodam curarum plenum:preter ripam Benaci lacus errantem:habuisse obuium superbi hostis nuncium:atq; ab eo domini sui uerbis interrogatuz:qd nam ibi tam incomitatus ageret? Nil aliud respō disse nisi se retia tendere. Quod responsum: tunc forte contemptui habitum:breui quid mysterij importarat innotuit.Ita ociosus senex vnus aduersarios suos omnes:ceu totidem pisces esca spei inanis elusos: prouidentie sue retibus circumuenti. Alio quoq; tempore cum ad eundem nuncius redijsset:⁊ percontaretur irridens:quibus itineribꝰ aut quando esset in patriam reuersurus? Tranquilla fronte respondit:Tu ꝙ abi:dominoq; tuo nūcia:ijsdem me rediturum itineribus quibus exiui sed non anteq; sua crimina preponderare meis inceperint. Nec fefellit augurium: Siquidem non multo post in immensum auctis hostium sceleribus: quibus insolens,dabat alimenta felicitas: Mediolanum illis eiectis victor ingressus est. In qua urbe(ut vides)usq; in hodiernum diem ⁊ nepotes dominantur ⁊ filij. Nec in banc narrationē incidisse ideo videri uelim ut uel tibi uel cuiq; viro bono auctor sim aduersus quantumlibet male meritam patriam arma capiendi(satius reor pauperem in exilio mori q; libertate turbata nolentibus imperare)sed ut ueteribus ⁊ nouis constaret exemplis:non posse per vim exulibus spem auferri.Et si animos difficultatibus obsessos ad patiendum erigit fortium virorum recordatio: Accipe nunc etiam insigne recensq; aliud exemplum.Stephanus de Columna summum militie decus: cū in omni fortuna gloriosus:tamen in exilio gloriosissimus ⁊ admirabilis fuit: Neq; enim vna erat eius ⁊ ceterorum exulum conditio.Quibusdam extra patriam nobilibus tuto viuere permittitur: hi cum patriam reliquerint:laxiorem retinēt libertatem. Alijs artior dicta lex est ut hoc aut illo loco se contineant:illic habitātibus nil durius expectādum:Huic ꝙ ⁊ patria interdictum:⁊ nullus in orbe terrarum tutus locus:nullus in tanta tempestate portus aut refugium: Hostem habuit ut potentem:ita inexorabilem Bonifacium octauū Romanum pontificem:quem armis frangere difficillimum:humilitate seu blanditijs flectere nec possibile quidez esset:Deniq; quez nihil nisi sola mors vinceret:seuitiz est inhumane:petitumq; modis omnibus immerentis caput exulis: promissionibus:minis:potentia:dolis:auctoritate: pecunijs: ingentia persecutoribus premia fautoribus denūciata supplicia:cum Stephanus nunc citra: nunc trans equora:nunc disiunctissimas utriusq; maris insulas:Siciliam Britāniamq;:nunc extrema Galliarum soliuagus circūiret:egenus interea cūctarum rerum:sed prediues animi: Itaq; cū apud Arelatē casu quodam in manus explorantium uenisset:interrogatus quis esset: Nomen suum quod dissimulare poterat:multis audiētibus dixit:seq; ciuem Romanū intrepido ore professus est.Quāta autem:deus bone:vnius capitis maiestas que odiosas etiam ⁊ armatas manus a furore deterruit.Edicto proposito sollicitabantur reges:ne q; eum foueret hospitio: Cuius obtentu:cum Sicilia decedere iuberetur:eo animo paruit:ut exul in ea prouincia remānisse:rex abijsse crederetur.Sic illum:sic alios toto persecutionis sue tempore reges vidit tanq; ipse rex esset.Altissimo animo nec ullis aduersitatibus cōtracto:⁊ supra fortune fluctus eminente:prosus ut vni sibi dictū videri posset poeticum illud:Aspice securus vultu non supplice reges.Quotiens Rome ⁊ per Italiam nuntiata mors eius erat:quotiens actum esse de reb⁹ Colūnensium fama fuit:⁊ cum illo viro egregiaz corruisse familiam? Nulla usq; de illo spes preter q; in solo ipsius pectore restabat. Nunq; tamen in de discessit:quominus diebus ac noctibus uersaret,animosa consilia:⁊ omnem laborem obiret imperterritus.Ultro enim in medio rerum suaruz discrimen:amicorum bellis interdum:utriq; partium ignotus interfuit ⁊ omnium confessione vni⁹ hominis presentiam est secuta victoria:haud ambigua:sed tibiipsi q; mihi notiora recenseo.Quis ergo miserum dicat hunc exulem:cum quo tantus virtutum comitatus exulabat: quem post decennem sui experientiam in priorem statum uera animi magnitudo non fortuna reposuit? Sed quorsum hec tam multorum exemplorum conquisitio? Ut nemo presenti malo attonitus uenturum opinione preoccupet:⁊ mediocriter graui exilio grauissimum malorum omnium desperationem accumulet:presertim cum non solum virtus operosa ea que Stephanum ipsum in patriam reuexit:ꝫ mutatis sepe populoruz moribus:uel dissentio simultatum:uel que feros animos mitigat longa dies: incidens commiseratio non digna patientium:uel ipsa tacite virtutis admiratio:uel impensum ciuibus suis obsequium:uel publice necessitatis occasio: uel aliqua vis fortune finem imponere possit exilio. Ne quis preterea qō ipse depulsus sit:virtutum suarum proijciat ornamenta:graue cogitāꝫ preciosissima rerum in exilium ferre cum viliora non liceat. Neq; enim nouum est ut efferentes gēmas atq; aurum:urbana predia:⁊ omnem inutilem aut onerosam sarcinam in incendio relinquamus.Quod si aurum inter precioſa numerandum esse persuasum est hominibus:quid tandez de virtutibus iudicandum est? Vilius argentum est auro:virtutibus aurum. Atqui cum non semper in exilium ferre argentum ⁊ aurum sinamur quocūq; ferimus:virtutes ⁊ bona animi ferre permittimur.Quod feciſſe videmus eos:quorum tibi nūc exēpla ꝓposui:ut ad imitādū exardesceres:nec diffideres fieri posse itez:qō totiēs factū est.Licet in exiliū ⁊ in carcerē ⁊ in mortē ipsaz ferre virtutes:

Camilli exēplū.

matthe us vice comes.

Steph ani colū ne exilium

Hec ⁊ his silia que apud Ciceronē Cato loquit: satis qd uterq; crederet testant. Illi tñ utcūq; crediderint: quoꝝ magna ex pte spes inanes ac fallaces fuerāt: Nobis ab illo qui ⁊ falli non pōt ⁊ fallere nō nouit: spes certa pstat: Illuc tādem quo fratrez tuum translatum confidimus esse uenturos. Sed quid interim faciam: dixerit aliquis: desiderio torqueor: amore lāgueo: auiditate crucior fratrem reuidendi? Quid facias aliud nisi quod facere solēt qui casu aliquo a personis charissimis auelluntur? Memoriam retinent: ⁊ absentium imaginem pro fundamento custodiunt: illos amāt: de illis loquūtur: illis prosperum optant iter. Idem fac(⁊ certus suz iam feci) frem tum in ea parte cordis absconde: vnde nulla eum pellat oblinio. Illum dilige sepultum ut viuentem dilexisti: uel etiam multo uehementius. Illum coge sepius ad te reuerti commemoratione pia ⁊ frequenti: Precare iter ut faustum sibi contingat: ⁊ calcatis perfidi hostis insidijs: uelox in patriam reditus: Neq; enim hec aut patria nostra est aut fuerat sua: ubi ⁊ nos peregrinamur adhuc: ⁊ eum irritis uotis arpectauimus ad meliora ꝓperantem: exilium est hoc: ipse in patriam profectus est: Oremus ut sospes ⁊ sine labore perueniat. Id illi prodesse poterit: id agamus: pium obsequij genus est pro defunctis orare: Lachryme aut sunt arma mulierū: viros nō decent nisi moderatissime forsan atq; rarissime: Alioqn ⁊ fundentibus eas officiunt: ⁊ illis non ꝓficiūt quoꝝ amore funduntur. Si quibus etiam nūc desiderij stimulis urgeris: cogita id diuturnum esse non posse. Breuis est enim hominum vita: ut si ad nos non sit ille reuersus: nos tamen ad illum oporteat satis celeriter proficisci. Omnia autem breuia: ut ait Cicero tolerabilia esse debent etiam si magna sint. Frater tuus ereptus est mille laboribꝰ: ⁊ueri similiter speratur ad eternam requiem peruenisse: aut deproximo peruenturus: nos in seculi fluitantis agone remansimus. Quobrem siquis propter seipsum q̄ relictus est deflet: videat ne merito possit audire Tullianum illud: Suis icommodis graviter angi non amicum sed seipsum amātis est. Si vo propter illum: uerendum est ne(ut idem ait) inuidi magis q̄ amici sit. Hec non tam ad informationem q̄ ad gloriam tuam retuli: quoniam sicut inceperam: gratis consolatori eterno: tu externa consolatione non indiges: q̄q̄ quid etiam indigēti conferre potuissent: he litterule raptim de arescentis ingenij scatebris expresse. ¶ Superuacuū est deinceps illorum exempla subtexere: qui suoꝝ mortem fortiter tulisse memorantur. Et tamen ut intelligas quorum ego te numeris ascribo: tantoq; fretus comitatu hereas in incepto: quantuz memoria complecti potuero (pauci enim libelli me in hanc solitudinem sunt secuti) aliquot nobiliora exempla ex omni copia uetustatis interseraz. ¶ Emilius Paulus vir amplissimus ⁊ sue etatis ac patrie summum decus: ex quatuor filijs preclarissime indolis: duos extra familiaz in adoptiones alijs dādo ipse sibi abstulit: duos reliquos itra septez dierum spatium mors rapuit: Ipse tamen orbitatem suam tam excelso animo pertulit ut prodiret in publicū: Vbi audiente populo Romano casum suuz tam magnifice cōsolatus est: ut magis metuere nequem dolor: ille fregisset q̄ ipse fractus esse videretur: ex quo non minorem: iudice me: gloriam cepit q̄ ex triumpho quem illis diebus speciosissimum egerat: Per illum enim Macedonie: per hoc mortis ac fortune victor apparuit. ¶ Pericles Atheniensis dux itra quatuor dies duobus filijs orbatus: non solum non ingemuit: sed nec priorem frōtis habitum mutauit. ¶ Cato senior ille(cuius supra mentionem habui) quantum laudetur ab omnibus nullus ignorat: qui modo uel tenuiter nouit historias(quodq; maius est) sine ulla historiaruz notitia: Sic iam apud cunctos huius nois fama percrebruit: ut eo audito vir quicq; ad sapiētie sūmam adijci posse videatur. Ita fit ut nō magis ueterum iudicio q̄q̄ modernorum consensu Cato sapientissimus habeatur. Atq; inter multa preclara hominis illius nihil singularius admiramur: q̄q̄ mortem filij optimi viri modestissime dicit tulisse. ¶ Xenophon filij morte nunciata sacrificium (cui tunc intererat) non omisit: Coronam tantum quam capite gestabat deposuit: mox interrogans diligentius atq; audiens quod strenue pugnans cecidisset: coronam ipsam capiti reposuit: ut ostenderet de cuiq; morte non dolēdum: nisi turpiter ⁊ ignaue morientis: quo metu uerisimile est: virum sapientem uereq; Socraticum: ad primum nuncij relatum deposuisse coronaz. ¶ Anaragoras mortem filij nuncianti: Nihil inquit nouuz aut inexpectatum audio: ego enim cum sim mortalis sciebaz ex me genitum esse mortalem. O uere dignum homine responsum. Q̄z multi sunt e medio etiam grege philosophorum: qui ⁊ si nature conditionez amplecti simularent: tamen peruersuz moriendi ordinem taciti non tulissent: Anaragore vo nihil inopinatum poterat contingere: Cogitabat eniz assidue (quod est apud Senecam) omnia ⁊ mortalia esse: ⁊ incerta lege mortalia. Quodq; alio quodam loco ait idem: Sciebat sibi omnia restare: Ideoq; quicquid factum esset: dicturus fuerat sciebam. Multa nunc ultro equidem constantie similis exempla se offerunt: sed epistole modus plura non recipit: finem igitur imponam. Et si cui forsan patientia tua ab his laudatissimis actibus aliena videbitur propterea q̄ tu non filium perdideris sed fratrem: equo animo patiar vnumquenq; sentire quod opinio sua fert. Ego quidem in meipso alterum casum dumtaxat exptus sum: filij amissionez non noui: At fraterne necis vulnus excepi: de hoc certius loqui possum: Nihil itaq; contendo: neq; luctus inuicem confero: sed illud scio: sepe facilius amissum filium restaurari posse q̄ fratrem. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Philippum Laudicensem episcopum: Eundem de obitu insepulti amici consolantis: Illudq; Poete allegantis: Facilis iactura sepulchri: Non pauca etiaz de uarijs sepeliendi ritibus narrantis. Epistola.XIII.

Micum bonum perisse tibi doleo: sed magis in te rectuz perisse iudicium indigno: Neq; enim aut te ipse satis viriliter: ne dicam philosophice consolaris: aut illum qua flendus est defles: si modo quisq; viri fortis exit⁹ non inuidiosus potius q̄ miserabilis videri pōt. Nā (ut epistole tue sensuz breuiter stringam) non tam mihi videris aut damnū tuuz aut amici parūper festinatam mortē (ubi parcere possem: vulgato forsitan errori) q̄ genus mortis atq; ihumati corpis

Lachrimas mulierū eē nō viros decere.

Pauli emilij ⁊ stantia.

H Pericl' ꝑstātia. Catōis fortitudo i mō te filij.

Xenophōtis exēplū

Il Anaragore exemplū

conflagrature viderentur intensius:uel si exilij co
mes inopiam sequeretur abeuntem:multa mihi si
mul contrahēda fuerāt qbus seu blāduꝫ illud seu
uētosum malum mitigari posset:seu pstari solatiū
pauptati. Que quanq̄ mihi dictu facilia videri
ꝛ tibi auditu credibilia debuissent:nō tamē facile
uariorum remedia morborum his explicabant an
gustijs:Q̄ tristis enim res:q̄ luctuosa sit iste quē
amorem dicimus:q̄ miserabiles exitus inueniat:
q̄ fucata ꝛ mēdaci fulgore celata sit:q̄ nihil eoꝝ
que pollicet prestare possit ambitio:q̄ magno ani
mo tolerabilis sit pauptas:nō pōt a quoq̄ homi
nuꝫ breuiter dici. In presenti vō quando nec amo
ris flāmas morum tuoꝝ grauitas nouit:ꝛ si quid
olim tale sensisses:iam etas extirpit:ambitionis p̄
terea suspitionem:bonoꝝ per omnem vitam fuga
nō recipit:ꝛ pauptatem remisit patrie pietas:ma
gnus mihi laboꝛ uberioris cōsolationis eximitur.
D Patria tua nullo te alio affecit incommodo:q̄ ut
eius careres amplexibus:omnia tua aut tecuꝫ sūt
aut tibi seruiūt: Nō illa solum dico: que nec eripi
poterāt magnanimitatem:modestiam aliasq̄ vir
tutes:que siue Bias ille sapiēs(ut Licero:ut Va
lerius:utq̄ oēs)siue(ut Seneca:ait) Stilbon:in
cēsa patria ꝓfugus:sua secum se ferre gloriat:sed
vulgariter intelligo tua:etiam que de fortune ma
nibus accepisti:ueteris enim patrimonij domin⁹
perinde locuples exul excedis ac domi fueras ci
uis:Ac nescio:an eo forte locupletioꝛ ꝙ manētib⁹
diuitijs:sumptus est partioꝛ. Accedit ꝙ maioꝛ ps
hominum:nō prius se cadere posse q̄ tota cecide
rit:suspicatur: Tu vō nō cecidisti sed impulsus es
Integer igit ac rectus sentis iam(ut arbitroꝛ) nu
tare fortunam:ꝛ q̄ fragilibus fūdamentis inhe
seris:cum tibi magnus videbaris itelligis nec de
inceps dubitas:eam que impulit posse psternere:
Ita(qō rarissimis cōtingit)exul diues ꝛ cautioꝛ
uadis ut facile duob⁹ grādibus bonis maluꝫ vnū:
Quid bonum quidue malū in vita di ci possit ꝛ illud exiguum cōsoleris. si qd tum in vita bonū
nisi virtus:aut malum aliqd nisi virtutis opposi
tum dici debet. Uade itaq̄ securus:nō te repetet
patria:nō reuebet casus. At vō qō tantopere de
fles:exilium ꝛ ptinax illustrabit iniuria: Multos
magnos viros calamitas fecit:multos declarauit:
neminem ex diuerso miserum fecit aduersitas sed
deterit:nec latitare diuti⁹ passa est. Quid palles:
q̄si magnum in te ius habeat fortuna? Nō illa p
tes iudicis obtinet sed testis:qualis sis in tua po
testate est:nō est in illius quale de te testimonium
ferat:sed ut ferat tātum:mētiri nō pōt: loqui pōt.
E Quis aūt nisi culpe sibi cōscius:testez metuit ue
re loquturum? Nō est que te ad ignauiam cogat:
est que digressus tuos dinumerat:patiētiam exer
ceat:suspiciat aut despiciat pectoris tui robur:de
mum populo referat qcqd inuenerit. Erige aium
discute tenebras errorum popularium:nō pateāt
aures tue mulierciarum uocibus: nunq̄ letus
eris:nunq̄ securus si te populo regēdum tradide
ris. Quicqd magna pars hominum aut miratur
aut metuit:ridiculum est:qcqd predicat falsum:cō
mitte potius te paucorum cōsilijs:nō sūt ut viden
tur ista terribilia:inter que vulgus exilium nume
rat:ꝛ si lectio lōga nō ꝓfuit experientia ꝑderit for
tasse. Noli semper terram intueri: interdum ocu
los attolle: cōfestim ueritas occurret:ꝛ exilium
nihil eē fateberis:nec peius viuere virum bonum
quantumlibet procul a patria:immo vō non posse
extra patriam viuere cui totus hic orbis est patria
Quid enim refert q̄ diuersa parte cōsistat:ualles
qdem ꝛ lacus ꝛ flumina ꝛ colles alios videt:ce
lum vnum est:illi se infert:illuc aium exigit:eo co
gitatiōes suas ex omni mūdi parte trāsmittit:nec
aliud q̄ sub tecti vnius amplexu ex alio in alium
thalamum trāsiuisse se cogitat. Tu quoq̄(nisi me
am ꝛ multoꝝ spez diutissime fefellisti) Absit ut ad
vnum huius immēsi edificij angulum sis astrict⁹:
quo minus ubicūq̄ terram sub pedibus calcaueris:ubi celum supra uerticem videris:ubi te spira
bilis aura pflauerit:patriam tuam uoces. Erit igi
tur exilij tui:nō solum facilis:sed iucūda cōditio.
Cum enim duo sint que hominum affectum ad be
niuolētiam excitēt:Uirt⁹ scilicet:qua(ut ait Lice- Nil vtu
ro)nihil est amabilius:ꝛ immerētibus viris infli- te ama
cta calamitas:quoꝝ primum facit ut amemus mi bilius
remurq̄ claros viros:secūdum ut misereamur af
flictis. Alterum in hac tēpestate tibi aderit:alterū
adesse videbit. Uirum fortem sentiēt oēs: erulem
dicēt: Et sane(si qd Tullio credimus)iter oēs vir
tutes fortitudinis splēdidissim⁹ vultus est: rursus
inter hominis erumnas:nō in ultimis numeratur
exilium. Aut ego fallor: aut optādum est ne forte
recēs hec ciuiuꝫ tuoꝝ ira lētescat:ne ue tibi hoc ex
ulis nomē casus aliq̄s eripiat:in quo miserie nihil:
fauoris aūt ꝛ glorie vides eē q̄plurimum. Sed
laborem ings atq̄ ignominiaꝫ reformidat anim⁹:
F Primum nego tale hic aliqd inesse:ubi oblataꝫ ti
bi magne laudis materiam ac generosam fuisse lin
quēde patrie cām:alto animo obiectaꝫ tyrānis cō
tumaciam scio: Ubi ꝑterea ocium ꝛ quas semper
optaueras laborum ferias inueniſti: Deinde qui
ignominiam timet quam peperit virtus: fame
nō virtutis amicus est:qui vō labores refugit:op
tare desinat gloriam ad quam certe difficilis: sed
clara(ni fallor)ꝛ delectabilis via fert. Tibi qdem
vni(ut dixi)singulari q̄dam p̄rogatiua:inges glo
ria nullis molestijs:nisi forte quas tuipse tibi fin
xeris queri: Illud eniꝫ uereor ne alienis poti⁹ q̄
tuis oculis susceptum vulnus aspicias: ꝛ casum
tuum alieno metiaris arbitrio:que adeo quotidia
na pestis est:ut ad clamorem alienum plericq̄ titu
bēt:ꝛ multo prius concidant q̄ impulsi sint:quan
q̄ satis impulsus videri possit:quem tot hominuꝫ
milia pessimis opinionibus perurgere nō desinūt:
Sed ut ualde imbecillis virium est quem leniſ au
ra ꝓstrauerit:sic ꝓrsus insanum animi scito quem
videris res suas alioꝝ ꝛ presertim ignorātiuꝫ pō
derare sermunculis: qui quo frequētiores sūt:eo
cautius cōtagiosus morbus euitādus est: passim
tam multorum hominum corda corripiēs. Si ali
os audire uolueris:nō deerūt qui fortunam tuam
G multiplicib⁹ onerēt querelis:qui te incolumē atq̄
optime ualētem lugeāt: qui semineces uelut fere
tro viuētis assideāt. Audies uoces miserabileſ:vi
debis forsan ꝛ lachrymas aut simulatas:aut amē
tie proximas:miser esse incipies:q̄ miseris aurez
p̄bere cōsueueris. Nihil enim fere est qō cōuict⁹
assiduus in hominum ingenijs non possit: quod
si teipsum consulere tecumq̄ q̄ cum alijs loqui
malueris:nunq̄ desinam de te grādia sperare teq̄
felicissimum iudice te dicere: ꝛ inuidiosum magis

rere:extreme fuerit uel iniurie uel vindicte. Unde hec in vna eademq; gente uarietas? Nimirum de cursu temporis:mutati mores: opiniones hominum alternant. Hec rursus id quero de quo magnos interdū viros differentes audiui: Uter eē sepulture modus honestior:ne quē maiorib⁹ nostris memoriam:quemq; multis adhuc gentibus seruari fama est:lege addita:que sepeliri hominem in ciuitatibus uetat quibusdam paucis admodum exceptis:quos singularis virtus legibus solutos fecit:cuius tertio de legib⁹ meminit Licero: An hic noster quem a uetustioribus resumptum christiane religionis usus obtinuit. Non ea mihi nunc cura est: Id potius quod agebam perago: Ideo multa nobis horribilia videri:quia consuetudine lōga uarios cōcepimus errores:que apud alios diuersa consuetudine nō timentur. Si vō tu mihi(quod professionis tue proprium est)ceteris spretis:ueritatem regum non vulgi rumoribus:sed insita ratione quesieris: Inuenies virum sapientem:opinionē ab erroribus auertere: ⁊ aut miserari delirantium greges aut ridere. Uale.

Moresp tpis cursū imutari.

¶ Frācisci Petrarche ad Seuerum Apeninicole Exilium non multifaciendum exhortantis: ⁊ quis proprie exulare dicatur. Epistola.XIIII.

A Exiliuz vñ dicatur

Exilium ⁊ si ab exiliendo tractum rear:uel ut Seruio placet: ab eo quod quis extra solum eat:non tamen exilium esse nisi inuito accidat annuerim: Alioquin sepe a regnis suis reges exulant:eoq; maxime tempore:quod prorogandis tuendisq; regni finibus ⁊ propagande glorie impenditur: quando nemo illos exules dicere audeat:nisi a quo ratio omnis exulauerit:qppe cū nunq; uerius: ⁊ sint ⁊ dicantur reges. Aliqua ergo vis doloq; aliquis interueniat:oportet:ut exilium uerum sit. Id si recipis:iam cernis in tua manu situm:utrum exul an peregrinus sis. Si lachrymans:si mestus:si deiectus exiuisti:exulem te procul dubio noueris. Si vō nihil proprie dignitatis oblitus:neq; coactus sed libens: ⁊ eodem habitu frontis atq; animi quo domi fueras: iussus exire paruisti:peregrinaris profecto:non exulas. Nam ⁊ in ceteris formidatarum rerum generibus inuenies neminem esse miserum:nisi qui se miserum fecit: Sic pauperem:nō rerum paucitas:.sed cupiditates facit: Sic in morte(que exilio simillima est)nō tam rei ipsius asperitas q; trepidatio ⁊ opinionis peruersitas nocet:quibus amotis multos aspicies non modo equanimiter sed lete etiam ac feliciter morientes: Ex quo nimirum intelligitur non eē necessarium sed spontaneum mortis malum. Hec in re ipsa sed totum in obliqua mortalium existimatione repositum:quod nisi ita esset nunq; in periculo pari tanta esset imparitas animorum. Eandem q; rationem video exilij:quam ceterorum omniuz non in illo sed in nobis esse quo vincimur: Opinionem scilicet que ubi paululum a ueritate deflexerit:mox innumerabilibus iactatur erroribus: ut ad uerum difficillime redeat:seq; nisi multum adiuta non erigat ad intuendum proprie originis maiestatem. Ut enim ceptum persequar:quid exiliuz queso? Ipsa ne rei natura aut intermissio dilectaz personarum? An indignatio potius ⁊ impatiens desiderium animi languentis exasperati? Q; si tu mihi quicūq; a patria absūt exulare sine vlla distinctione firmaueris:rari ergo non exules. Quis enī hominuz nisi desidiosus ac mollis aliquoties aut visendi auidus:aut discendi studio: aut illustrandi animi:aut curandi corporis:aut amplificāde rei familiaris proposito:aut necessitate bellorum:aut sue reipublice:seu domini:seu parentis impio:domum liquit ⁊ patriam? Cur autem ita peregrinantes non miseri omnes sunt:nisi q; restiterūt:nec impelli seipsos in miseriam passi sunt. Eque eteniz caruerūt priugio:liberis:cognatis:parētib⁹:amicorū cōiictu:amate urbis aspectu. Morum tñ omnium desiderium leniit modestia: ⁊ solamen aliquod inuenit absentie. Sed ⁊ multum profuit spes redit⁹ Nunq; iuissent tam constanti animo:nisi se reditu ros in patriam credidissent. Sit ita: Tibi vō spem quis abstulit:presertim cum hec sit vna ex omnib⁹ que ab inuito non eripitur? Pellitur in exiliuz vir bonus ad tyrāni nutum:spoliatur rebus omnibus in carcerem mittitur:detrūcatur:laniatur:occidit: insepultus abijcitur. Inter tot minas atq; impet⁹ fortune:cum cogamur ad cetera:ad desperandum nemo compellitur. Uidimus in exilium missos pusq; ad destinatum peruenissent:immenso pie desiderio reuocatos: Alios vō post tempus tanto cū honore:tantaq; ciuium penitentia reuersos:ut mihi felices tali exilio viderent. Quosdam ab extrema inopia ad summas repente diuitias:quosdam ex carcere ad imperium peruenisse. Nonullus collum subduxisse securibus morti preceptos ⁊ prospitati eximie reseruatos. Nemo vnq; tam iniquo loco iacuit ut non ei liceret oculos attollē: Nemo tam deploratum rerum suarum vidit exitum ut p hiberetur sperare meliora. Ciceronem ab exilio Roma reuocauit diebus paucis:egregij ciuis presentia carere vir potuit. Reuocauit ⁊ Metellum cui cum in spectaculo Trallib⁹ sedenti honorificentissime littere senatus ⁊ populi Romani nomine redderentur:nihil in letitiam uersus:eodem vultu fuit:quo menia urbis erierat: Uir nec digressu fractior:nec insolentior reditu. Illic patrie furori cessit:hic desiderio paruit. Illic modestus:hic pius: utrobiq; memorabilis. Temptauit pari facilitate Rutilium:sed ille durior māsit: ⁊ patriam reditu censuit indignam suo. Eadem fuerat sors Marcelli:euentus longe alius:qui dum reuocatus a Cesare:summo desiderio bonorum omnium rediēs:in hostem incidisset:effectum est:ut in locum predulcis expectationis: publicus luctus incederet: cui mortem tamen illam nunq; exilio difficiliorem fuisse crediderim. Una est enim virtus: que uarijs licet asperitatibus perferendis:animos armat atq; instruit. Fuerat autem hic in exilio talis:ut magni sui preberet indicium:qualis futurus esset in morte. De quo non tacebo quid in libro de virtute ad Ciceronem Brutus refert:vidisse se eum videlicet Mitylenis exulem:tam infracto animo tāq; auido bonorum studiorum:tam deniq; feliciter beate q; dispositio:ut non ille sibi:q;uis longe relegatus sed ipse potius exul cum ab illo discederet videretur. Addit etiam Gaium Julium Cesarem:qui sibi ⁊ exulandi auctor fuerat: ⁊ postmodum redeūdi fuit per ea loca transeuntem:uerecundia permotum super exilio tanti viri: urbemq; ideo ubi ille tūc erat de industria preteruectum. O glorioſum exulem:cuius exilium potentissimorum ciuiuz al-

Exiliuz leuiē fe rēdū eē ex⁹ Ciceronis Metelli rutilij ⁊ Marcelli.

Sola vt⁹ iadu sis āmat

ab occidẽte consurgeret:hoc tamẽ solo letũ ⁊ deo gratias agentem:q̃ te saltem per multos labores euasisse video:q̃ nauicula tua ex eisdem periculis ueniẽs:aut portũ tenet:aut pleno subit ostia uelo. Deinceps expeditior casib⁹ meis occurram q̃ ⁊ consequendi desiderium incessit:⁊ gemine sollicitudinis dimidia parte liberatus sum. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Joannem Columne:amicitiam amicorum absentia non posse defraudari comprobãtis. Epistola.XVII.

A Perabam ex te magnificum aliquid audire:Sapientia enim tua iampridẽ mihi videbaꝫ finem imposituram querimonijs:quibus stolidum vulgus ⁊ ingratum personat. Longe vo fallebar(ut video) atq̃ utinã submissum liceret ab alio suspicari:⁊ non propijs tuis digitis querulum illud chirographũ constaret:in quo rez vnam exiguam multis uerbis pene muliebriter deploraſti:Cuius lamentationiꝫ summa est:te acerrime atq̃ inconsolabiliter doluisse q̃ hui⁹ exoptatissimi atq̃ optimi ducis nostri:meamq̃ ⁊ amicorũ faciem videre desieris. Motũ te de digressu subito turbatumq̃ non dubito:mansuetudinez namq̃ animi ⁊ suauitatem morum tuoruz nouiꝫ:qui omnino cum ulla seueritate aut habitu mentis asperiore nõ conueniũt. Unde tñ hic tam imodicus dolor non intelligo:Innumerabiles cause segregant amicos:Amicitiam ueram nulle qua p̃sente amicus absens esse nõ poterit:Quãtũ enim locorum interuallis ab amicorũ cõuersatione disiũgimur: tãtũ absẽtie detrimẽtũ assidua cõmemoratiõe discutimus:Cuius si tanta vis est ut morte superata defunctos etiã amicos pro viuentibus celebrem⁹ quod post obitum iunioriꝫ Africani:sapientissimo ⁊ oiuz Romanorum in amicitia gloriosissimo viro Lelio docente didicimus:qd tam magnum est si absentia similiter victa:longe positos amicorum vultus pro p̃sentibus habeamus? Apud poetam scriptum est:Hereꝫ infixi pectore vultus:uerbaq̃. Et iterũ:Absentem absens auditq̃ videtq̃. Ergo insanus ⁊ obscenus amor hoc poterit:pius ac sobrius nõ poterit? Immo vo multo amplius eodez B poeta dicẽte:Ante leues ergo pascentur in ethere cerui:Et freta destituent nudos in littore pisces. Ante pererratis amborum finib⁹ exul. Aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim:Q̃ nostro illius labaꝫ pectore vultus. Lelius ipse de amicissimo viro loquẽs:vide qbus uerbis utaꝫ. Uirtutẽ inquit illius viri amaui:que exticta nõ est:Cuius quare nõ dicis:virtutẽ illius aut illorum amo:que absens aut longinqua non est:sed ante oculos meos omni tẽpore uersaꝫ:⁊ in honore semper erit apud me. At iucũdissimum est amicos p̃sentes habere: intueri frontem atq̃ oculos:viuis eos uocib⁹ alloqui:⁊ colloquẽtium admotis auribus uerba pcipere. Necq̃ enim(qn in hac re poeticis testimonijs uti uacat)sine quadam animi dulcedine legimus: Anchisen filij occursu alacrem:tensis ad celuz palmis ⁊ profusis lachrymis dicere:Datur ora tueri nate tua ⁊ notas audire ac reddere uoces. Nec ego qdem aduersor dulcissimam esse p̃sentiaz amicorum:Quis enim hoc negauerit nisi inhumanus idez ac ferus? Sed tu mihi negabis:absentiã quo q̃ suas habere uoluptates:nisi totaz fortassis amicitie pulchritudinez que latissime patet ad oculos

Amicitia amicorũ absentia separari nõ potest

solos restringimus:⁊ a sede eius que est in animo seuocamus:qd̃ si fieri ceperit:angustissima qdem area restabit ubi se amicorũ charitas oblectet. Ut enim mortem:ut carcerem:ut egritudines:ut peregrinationes seu necessarias seu uoluntarias fileaz quis quotidianas nature necessitates:somnuz:famez:sitim:estus:algores:lassitudinem:qs studiorum aliarũq̃ rerum occupationes innumeras explicet:quibus etiam in eadem domo:ne dicam urbe:degentium:nec vultus aspicere:nec semper uoces audire permittimur? Ita eui breuissimi reperitur amicitia:quam lõgissime vite:nõ equeuã modo:sed(ut dixi)superstitẽ esse decuerat. Quis aũt locus in amicitia relinqueꝫ Appio ceco? (ceteros enim in eadem cõditione positos taceo) Ille mihi primus occurrit:quez oino credibile nõ est q̃ oculos nõ habuerit nec amicos habuisse:qui vniuerse reipublice talis fuerit amicus. Quid est ergo q̃ tantope lugeas absentiã:quasi hec tibi possit amicitiã surripere:cum illa nihil in hac neq̃ ceteris rebus tuis:nisi quãtũ tu sibi permiseris possit? Memento potius queso:nõ q̃longe sis corpe(q̃uis qd̃ longinquum videri potest in hac puncti vnius breuitate:cuius nos homines vix integram particulam incolimus)sed esse in tua potestate ut animo ⁊ cogitationibus presens sis. Hoc igitur vno quo potes modo nos iugiter aspice:litterarũ idẽtidẽ frequẽti cõmertio teipsũ nobis ostẽde. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Joannẽ Colũne:expectationez de futuris amputandã esse ut quiete viuaꝫ: persuadentis. Epistola.XVIII.

A Olestissimam moram traxisse te Licie in- m dignando describis:per mensem integruz expectantem aliquaz nauem que te in Italiam pferret. Atqui in Italia tũc eras dum ad Italiaz suspirabas:Ita dico si(qõ poetis atq̃ cosmographis placet) Italie terminus uarus est:intra quem a parte Italie ciuitas illa sedet:Sed utiq̃ de re cõstat:interiorez Italiaz in animo habebas ⁊ pro Italia Romam dicere uoluisti. Sentio iam morbi huius originem:expectationibus enim talibus plena esse solet adolescentia:qnarum illi etati qualisqualis uenia debetur:senectuti autem que omnes spes suas iam post tergum spectare debet: omnis longa vite huius ⁊ anxia expectatio feda est. Tu itaq̃ senior de te videris:Ego iunior de me loquar qui adolescentia iam exacta:etatez tuã adhuc longe(si quid hic longũ est)ante me video. Ceterum quo rarius passionis huiusmodi molestias experior:eo frequenti⁹ ueteris mali reliquias incuso:eoq̃ certius intelligo:virũ prouectum nec presentibus frangi nec futuris angi:sed utrunq̃ tẽpus equa fronte despicere:⁊ quicquid secum uel attulit uel premisit paruipendere. Presentia taceo qñ sermonẽ de futuris institui:que mentes hoiuz uanis expectationibus suspendunt:⁊ in qbus(nisi fallor:)ridiculosius erratur. Expectãs alius peregrine nauis aduentum:totis diebus vndas prospicit fluitãtia longe(ut est apud Lucanũ) Sempma videꝫ ueniẽtis uela carine. Alius iãiam moturus a littore serenam celi tranquillitatem:uotis omnibus exposcit:Iste nulli honesto negocio intẽtus id agit semper qõ agebat olim classis Iliace magister:surgit eniz impiger:⁊ (ut ait Uirgilius) oẽs explorat uentos atq̃ auri⁹ acra captat:Sy-

L

Licet dixi:immo vo expedit:necessarium est opor
tet:Aliogn uere exules sunt qui relictis bis abeũt
uere inopes:uere infelices ⁊ miseri. Nec satis est
quantum habueris efferre:plusculum exigit. Vi-
de q̃ accurate viaticum parat peregre pfecturus:
copiosior cupit eẽ:quo lõgius pergit. Optimum ti
bi in hac peregrinatione viaticum ex virtutib⁹ con
stabit:gbus affluentibus etiam si alimenta co:po-
ris desint:pauper esse non poteris. Has igitur con
grega:his te vndiq̃ fulcias: preclaram tibi fuisse
olim scio multarum virtutum supellectilem:nõ im
portuna nec difficilis sed agilis ⁊ amena res est:la
boriose(fateor)tãta res queritur:ceterum postq̃ que
sita fuerit sine labore circũfertur. Quesiuisti eam
ab adolescẽtia:seruasti eam domi:noli eam nunc se-
nior ⁊ peregrinus amittere:sed quantum habuisti
uel eo ampliorem:quo maior se ostendit necessitas
perfer:q̃q̃ id tibi nolenti sciam euenturum sponte
sua viaticum qdem hoc nunq̃ usu cõsumit:sed au-
getur potius. Est enim ex virtutibus que usu pul-
lulãt ⁊ in medijs difficultatib⁹ crescũt:donec pos
sessorem suum ad supremum felicitatis culmẽ eue
xerint. Taceo nunc exilij tui non spernẽda solatia.
Si sub Arcton eternum illud Scythie gelu aut sb
ardenti sole inhospitale mundi latus incolere iube
reris:deniq̃ ppius licet sed extra italiam pjectus
haberes fortasse aliquid qõ fortune tue posses obij
cere: Nunc vide q̃ digna querela tua sit:iussus es
Florẽtiam ire ⁊ illic manere:donec te populus re
uocet: Nõne aiaduertis quantas grates agere de
beas magistratibus tuis:qui te ocio lõgo consopi-
tum excitarent: ⁊ ex diuturna consuetudine mater
nis uberibus herentem abduxerũt:teq̃ ex patria
(ut pace tua dixerim)multum impari in ciuitatem
florẽtissimam transire uoluerunt. Hoc inq̃ ptereo:
quoniam sic sumus nãliter affecti:ut incultus licet
ac desertum scopulum:ubi natos nos educatosq̃
meminimus:oibus anteponendum terris arbitre-
mur: Quod si aliquãdo error iste cessaret:ignosce-
res profecto fortune:immo vo ueniam peteres q̃
beneficium suum nõ ante cognoueris. Adde q̃ du
os preclare indolis filios tecum eduxisti:Alterum
iuuenem:infantem vo alterum:poppotunis etatũ
gradibus distantes:ut scilicet cum illo curarus sar
cinam partiri posses:cuius hoc etiam obliuisci. Hinc
presidium vides:illinc solamen profectionis tue:
Hi tibi dulcem patriam faciebãt. Hos habes:quid
requiris aliud? Expectas ut uxor pudicissima: ut
parẽtes optimi:ut blãdissime filie reuiniscãt? Nõ
illos tibi exilium abstulit sed mors:quam cum to-
tiens insultãtem ⁊ rerum tuarum dulcissima que
q̃ rapientem viceris:non debes exilio vinci:quod
te omnia vite ꝓris adminicula ⁊ precipue natos
tantorum pignorum reliquias auferre non prohibet:
Verum ego(ut dixi) ⁊ hoc solatius ⁊ oẽ quod
fortune ictibus subiectum est sileo. Scio que patri
am abstulit in filios ius habere:redeo ad virtutus
stabiliora presidia:quas tibi nec ciuium tuorus de
creta:nec impia tyrãnorum:nec predonum violen-
tia:nec nocturni fures eripient. Nec si tecum detu-
listi:mentietur quisquis te exulem dixerit. Si aũt
reliquisti:omnis dies nouus aliquid quod lugeas
feret:omnis locus non molest⁹ tm:sed hostilis:nec
exilium modo tibi:sed carcer erit. Vale.

¶ Francisci Petrarche ad eũdẽ Seuerum Apeni
nicole:q̃ ipsi superiore epistola nil remedij contu-
lerit dolentis: ⁊ ut exilium non egreserat iterus cõ
sulentis.

Epistola.XV.

Xcidisse tibi omnem spem video: quod q̃
recte patiaris: epistola superiore testatus
sum:doleoq̃ nil illam tibi remedij contu-
lisse. Nec satis scio utrum in medico an in egrotan
te sit vitium:qui si ad salutem peruenire cupis:cre
dulum se consilijs ⁊ obsequentissimum medicorũ
legibus prestare debet. Ego quidem in illa id age
bam:ut dimissa patria spem seruares:cuius tanta
vis est ut presentes molestias non sentiat:dus sibi
letiora promittens:uenturum tempus cogitatio-
ne complectitur. Quid autem te sperare prohibe-
bat:patrie ne relegantis asperitas? Quenã vo seu
quid prorsus est tibi:preter hoc vnum exilij nomẽ
ablatum illatumue quo doleas? An ad hec tibi cla
rorum virorum exempla defuerãt? Sed multa an
te oculos posui ⁊ plurima ponerem:nisi illa perisj
sent ex quibus agnoscerem spem bonaz euẽtus ha
bere felicissimos. An vo timuisti patriaz tuam sine
fine seuituram:quod tantillum ex solita dulcedine
remisisset? Sed an ignorabas:nulli natorũ patres
esse mitiores q̃ ei quem semel male tractauerint?
Nullius amorem magis ardescere:q̃ eius qui er
ga bene meritam se gessit asperius. Ante magis er
terruit edictum patrie:quo penis adhibitis cave-
tur ne reuocandis exulibus mentio ulla fiat ad po
pulum. Scire autem debes populorum uolunta-
tes:sicut ingressu frementes ⁊ uarie sunt:sic pro-
gressu faciles ⁊ instabiles fore. Sed est quedaz in
animis mortalium:quam ⁊ tenuiter video ⁊ uer-
bis consequi nequeo miserabilis ⁊ funesta peruer
sitas:aures obstruentium aduersus salutares con
solatorum uoces atq̃ omnibus modis id agentiũ
ut miseriores fiant:ne ue aliquid quod dolorem le
nire possit obrepat:quo nihil excogitari potest: ne
dicam dementius esse. Nunc vo quoniam sic te af
fectum inuenio:ut desperationem reditus tui:pro
quadam(ut ita dixerim)uoluptate suscipias:ab il
la parte manum retraham in qua multus intracta
bilem medicamenta nil releuant. Quid autem pro
hibet illorum more qui vno aut altero membro p-
dito:ne per reliquum corpus infecte partis conta-
gia dilabantur:proxima circũliniũt:vulneris quo
q̃ tui oras ambire: ⁊ (ne in totum animum dolor
serpat)conquisitis prope fomentis occurrere? No
li queso trepidare:non illuc digitos inferaz ubi tu
forsan expectas: Nihil contra opinionem tuaz ho
die dicturus sum: Illud potius ne cum vnius rei
desperatione:ceterarum omnium subeũte fastidio
totius vite tue tranquillitas pereat enitor:quãdo
ita vis ut reintegrande tibi spei:nulla mihi spes su
persit. Finge itaq̃ in exilio viuendum tibi:in exi-
lio morienduz: Habes credo quod petis:ut me fa
uente redituz in patriam desperare tibi liceat. Ve
rum:ut cumulatius mos geratur egritudini tue:
indulgebo tibi amplius:non ut in tãtum exilio sed
toto diuisus ut orbe a terra moriare tua hoc tibi
barbara tellus incumbat: plus ego q̃ tuipse do-
lori tuo permisi:tu letius nihil: ego etiam trisio-
ra proposui: nec tamen video quid in hac re tam
miserum sit: ut virum fortem cogere possit ad la-
chrymas. Certe si aut insani amoris aut ambitio-
nis facibus ardere te crederem que procul a pia

A Fidẽ mi dico ab egro eẽ pstãdã.

B Vulgi mos i pmo rey egressu

C

bia:ubi nullus potest cōsistere miles instabilis:raptis etiam quas calcat harenis. Nūc vo si per terrā rigidos lapides aut tumentes colles:si per mare fluctus incōstantiam pertulisti:nihil est quod lamenteris tanq̄ iniuriosa tibi fuerint elementa: q̄ nature potius sue paruerint q̄ uoluntati tue. Altera litterarū tuarum pars nō minus delicate ac flebiliter:te cum iam pisis applicuisses:in morbum diutinum incidisse memorat:nō aliter q̄ si in etate tam longa qd morbus esset ignorares. Quomodo autem se aduersus mortem preparabit anim⁹: inter hec quotidiana tam querulus? Sed ne lati⁹ effundar:amplissima enim res est et uerborū egēs: Accipe breuiter quecūq̄ de his querelis a me ipe diffusi⁹ dici solet: Nimis faciles sumus ad accusādum naturam:nemo deflet q̄ nascitur:nemo q̄ uiuit:at q̄ egestatē sentit:q̄ labores patitur:q̄ senescit:q̄ egrotat: q̄ morit quisq̄ conqueritur:quasi ꝑm naturam minus ista q̄ illa sint: Et nasci et viuere et comedere et esurire et dormire et vigilare et laborare et senescere et egrotare et mori naturalia sunt:ut nemo his mortalium uacet:nisi cui forte senescēdi necessitatem laborūq̄ molestias et egritudinū necessitas mortis ꝓcipitata remiserit. Quid igitur inutiles querelas effundimus? An q: nobis solis ista cōtingunt:solis nobis lugere permisim⁹? An quia omnibus:cunctorū simul in nos lamenta transfundimus et uelut humani generis ꝓcuratores naturam accusamus immeritam? Odiosus sane negocium et importunum. Illa enim mitissima: nos beneficia eius per impatientiam exacerbauimus:in parentē optimam ingrati:in nosmetipsos impij. Oro itaq̄ pater amantissime:etsi etatē hāc nō decet etiam cōsulo:ut qcquid euenerit:inducamus in animum ferre fortiter: ferre moderate: ferre sine eiulationibus et sine ulla lamētatiōe mulieb̄ri. Habuimus enim deliberādi (et gratias christo) habemus adhuc deliberata exequēdi spatiū: Et licet vulgus insaniat:sunt tñ nobis aliquāto magis sobrij cōsultores:quorum potius monitis obsequēdum est. Nec te moueat vita mea quotiens epistolas meas legis:nec in frontē respexeris ista suadentis. Uidisti enim interdū pallentē medicū: qui suā nō poterat:alteri⁹ egritudinē curare. Uale

¶ Francisci Petrarche ad Jacobum Columne: Epistolas illius iocosis conuitijs refertas esse significantis:de uarijs quoq̄ rebus:non pauca etiaz de laudibus urbis Rome adiungētis. Epistola.XX.

Emisopitū epistole tue clamor excitat:quā iocosis refertam conuitijs letus ridensq̄ perlegi. Et (ut primū uenienti iaculo prius occurram) vide queso pater optime de multis que cōtra me colligis:quantum ab intentione tua:prima etiam scribentis uerba discordent. Mirari solitum te ais q̄ mundum in etate adhuc tenera sic artificiose decipiam:ut scilicet ars hec sit tam experientie q̄ nature. Panegyricum pluriz certe uerborum:sed minime amplioris glorie ceciniss mihi poteras. Mundus decepto: generis humani: quot vitam laqueis implicitam:q̄ amare dulcedinis aspersione cōmēdet:nouit quisq̄ apertis oculis iter hoc agit. Cuius et nos fraudibus de industria fauemus:studioseq̄ ut ipsi nobis ignoti sim⁹ aduersus Apollinis consilium laboramus. Hunc superbia inflat sub specie magni et excelsi animi: Illum malitia et fraus et quicquid prudentie proximum videtur:sub amictu finitime virtutis infatuat. Ille se fortem putat inhumanus et feror:hic se humilem uocat timidus et imbellis. Est et quē titulo frugalitatis auaritia sollicitet: et quem prodigalitas spem largitatis exhauriat. Personata sunt vitia et immania monstra:formosis sub pellibus delitescunt. Accedit delectabilium sed transituraruz immo vo transeuntium ac fugientium rerum turba: Ambitio honorem nobis et plausum auraq̄ vulgares: Luxuria blandas et uarias uoluptates pecunia plurimarum rerum sufficientiam ostētat: Nullus hamus sine esca:nullus sine visco ramus: nullus laqueus sine spe. Accedit humana cupiditas: preceps inopsq̄ consilij et falli facilis et insidijs opportuna. In hoc igit ancipiti et lubrico et suspecto itinere:si quem forte tam cautum uel natura uel studium fecisset:ut mundi fraudibus elusis:mundum ipse deciperet:frontem scilicet ostendens populo similem:tota intus mente dissimilis: quem tu hunc virum diceres? Hūc tamen ubi querimus? et natura optima et etate solida simul ac sobria opus est: et alienorum casuum obseruatione sollicita: Tu tamen hoc mihi nomen imponis immensum quidē (modo non irrideas) quod si hodie ueruz non est:deum oro:qui potens est etiaz ab inferis excitare:ut ueruz fiat anteq̄ moriar. Sz quo hinc iocando ꝓgrederis? multos fictionibus meis opiniones de me concepisse magnificas. Fuit ars hec fateor:quibusdam ex illustribus viris:ut ingenio quodā ueras virtutes mirātibus: Hinc et Nume Pōpilio diuini colloquij: et Publio Africano diuine etiaz stirpis fama quesita est: Mihi ars ea nō cōpetit:nihil habeo quod ostentē: et tamen nescio quis me ab incunabulis superuacuus fati fauor insequitur:notior suz q̄ ueliz: et scio de me quā tuluscunq̄ sim:in utramuis partez multa iactari: quibus ego nec deprimor nec extollor. Scio populi totidē fere mendacia esse quot uerba: Et hec quidem hactenus: Neq̄ eniz ut turbe displiceā: magnopere laborandū est. Necdū desinit urbanitas tua:dicis me non modo vulgus insulsum sed celū ipsuz fictionibus tentare. Itaq̄ Augustinū et eius libros simulata quadā beniuolētia cōplexū:re autē uera a poetis et philosophis non auelli. Quid autē inde diuellere:ubi ipsuz Augustinū inherētē vides? quod nisi ita esset:nunq̄ libros de Ciuitate dei (ut reliqua sileā) tanta philosophorū et poetarū calce fundasset. Nunq̄ tantis Oratorum ac Historicorum coloribus exornasset. Nimirū: Nūq̄ enim in somnis ad tribunal eterni iudicis tract⁹ accesserat Augustinus meus sicut Hieronymus tuus: Nunq̄ exprobrari sibi Ciceronianuz nomē audierat:quod cū audisset Hieronymus fideq̄ dedisset:q̄ nunq̄ amplius libros gentilium attingeret:q̄ diligenter ab omnibus:sed a Cicerone ꝑsertim abstinuerit: nosti. Augustinum vo cui nullo somno interdictum erat:non solum familiariter illis uti nō puduit:sed ingenue etiam fateri:se in libris Platonicoruz:magnā fidei nostre partē inuenisse: et ex libro Cicerōis qui uocat Hortēsius:mutatiōe mirabili ab omni spe fallaci et ab inutilibus discordātiū sectarū cōtētionibus auersum:ad solidā ueritatis studiū fuisse uersuz: et lectiōe libri illius inflāmatū:ut mutatis affectib⁹ et abiectis uoluptā-

Augustinū ex libris platonis: et Ciceronis Hortēsio ad christianā religionē multa trāstulisse

extimare q̃ miserum. Et si ad credẽdum alijs ꝓnus es: cur ⁊ mihi nõ credis ueriora simul ⁊ gratiora referenti? Nõ tu (mihi crede) corruisti: nec corrues quidem nisi uelis: nullam ignominiaꝫ passus es: sed adeunde glorie pennis in limine optionem habes: utrum glorioſus incedas an retrocedas inglorius. Non labor est iste sed regeſ: nõ exilium sed libertas. Quam olim mira celeritate fugiẽteꝫ querebaris: occurrẽtem ultro complectere: Et que tãta fuit Romam tibi causa vidẽdi? Libertas que sera tũ respexit inertem. Ille in ꝑmone pastorio ut libertatem inueniret ꝓriam se religisse gloriaꝫ: tu phũs defles? Uixisti alijs diu: incipe iaꝫ tãdem tibi viuere. Nemo ꝓperasse te arguet: qui nec ꝓs incepis q̃ pastor ipse Maroneus: sed candidior postq̃ tondẽti barba cadebat: oẽ tẽpus ab ineũte etate ciuibus tuis cõdonasti: retribuerũt inertimabilis rei ꝓpetuam largitatem: ⁊ ut longe vite religas saltem tibi hẽas decreuerũt. Agnosce ciuitatis aium: ⁊ hinc ꝓriam erga illam munificentiam ꝓtẽplare: que tãta fuit ut egẽtissimas lꝫ sui manus pseuerãdo laxauerit: utere letus imunitate tibi nũc cõcessa sic patrie tue menia tanq̃ ingetuꝫ libertatis ꝓprie carcerem recordare euasisti. Et (qõ magnum est) ptigit iubẽtibus abire custodib⁹ insanis: siqd forte cõmittis ut redeas: Ad illa potius te querte qbus adolescẽtiam dedicaueras: que robustiores annos tuos fecissent utiq̃ tranquillos: nisi quam adhuc desideras patria uetuisset. Faciẽt autem ꝓfecto placidissimã ⁊ uenerabilem senectutẽ: nec exilij mõ sed fortuitarum rerum oium ptẽptricem: De studijs liberalib⁹ loquor: ⁊ pstim de illa pte phis que vite magistra est. Nec tu nunq̃ aio ꝓrsus itermiseras: ⁊ si parũper ab eis te ciuilium negociorũ impetus arceret: Nũc vo his qm̃ nihil obstat: totus incũbe: teq̃ melioribus auspicijs noue vite offer: ⁊ talibus aium exerce munerib⁹. Rege ueterum historias: quãtas emulationes Romanor ducum ⁊ qdem illustrium hinc repis exortas: q aut se qsq̃ q̃ ꝓrimum extra ꝓriam mitti uellet aut serius reuocari: Cur queſo: nisi q dulce natalis soli caruisse dulcedine: dum latiorem alibi vtutis exercẽde mãm inuenirẽt? Celebratis comitis solebãt cõsules ꝓuincias sortiri: ⁊ illam genero sior aius optabat in qua piculi plurimum videbat nõ q per se qsq̃ boium nisi amens picula seu difficultates eligat: sed q vtutis splẽdor in illis facillime videaꝫ appere. Quapropter siue exilium hoc tuum leue est: ⁊ importuna querela est: inter blanda uociferãtium: Siue durum ⁊ molestuꝫ qõ populus asserit: ego aũt aduersor: nec tũ ideo siquid usq̃ uetuste indolis remãsit erit viro digna querimonia: oblatum sibi spõte deplorãtis: qõ alijs ambiẽ: locus hic quem tibi magistratus ordinaret ꝓuincia tua est: Nõ pñt oẽs cum ingenti exercitu in Africam trãsire: detractoq̃ ex Italia Hãnibale: infestam oppugnare Carthaginem: Non possunt alias ex alijs ꝓpagãdo victorias: nũc rebellãtes Hispanias: nũc obsessa pdonibus maria: nunc Armeniam ac Judeam: ⁊ totius orientis regna penetrare: Non omnibus datum est aut fractis Numidie viribus ⁊ continuatis imperijs a meridie: in boreaꝫ arma transferre: breuissimoq̃ tempore tinctum Libyco sanguine: theutonicis ac Cymbricis mersare cruoribus: aut gallicis late pdomitis: ⁊ regib⁹ ad violẽtam pfessionem Romane virtutis adductis: Hinc rheni: illinc oceani claustra perrũpere: ⁊ Hermaniam atq̃ Britãniam vno impetu calcare: Nec oibus cõtingit: ante curruꝫ reges captiuos agere: Hec enim Scipionibus: Põpeijs: Marijs: Cesaribus: Amilijsq̃ reseruata sũt: His ⁊ similibus viris absẽtibus certamẽ fuit cum hoste lõginquo: tibi cuꝫ exilio pugna est: cuius impetum nõ feres modo: sed repelles ⁊ cõteres si cupias quodcũq̃ necesse est. Si animo tuo psuaseris vnicum aduersus aspera clypeum eẽ patiẽtie: ⁊ illam saluberrimam Cleãtis uocem: in latinum ab Anneo Seneca trãslatam: in tuum pectus alte deriseris: Ducũt uolẽteꝫ fata: nolẽtẽ trahunt. Vale.

Quo loco q̃renda sit libertas

Adv te romãoſ triũphos

¶ Frãciſci Petrarche ad Joannem Colũne: Epl'as illius auidissime susceptas narrãtis: statumq̃ ipsius ꝓsperuꝫ audire optãtis: aias etiã multa pati ex corporum societate exponẽtis. Epistola.XVI.

A

Ex itinere medio redeuntem: Epl'am tuam auidissime susceepi: Optabam enim solito etiam ardẽtius statum tuum ꝓsperum audire: q amoris comites çelus: ⁊ timor per absentiam crescũt. Angebar aũt ⁊ turbatum erat cor meum: qm̃ ⁊ turbatum te discessisse noueram: ⁊ hos qui turbationi tue materiam ꝓbuerant: nefarij uoti cõpotes videbam sub oculis meis uelut triumphaliter obseruari: q ⁊ te in exilium pepulisse: ⁊ me ꝑsentia oris tui cõuictuq̃ sobrio ac delectabili spoliasse. Terruerant quoq̃ me visa mea ⁊ somnior imagines: que turbulẽte miris modis ⁊ infeste semel ⁊ iterum animam dormiẽtis impleuerãt: nõ q ignorarem somnijs temere nõ habendam fidem: sed sic est: hoc iter ingressus sum: iter dico: vite huius labẽtis ad mortem: in quo ⁊ estuare oportet ⁊ algere: ⁊ famem ⁊ sitim ⁊ somnium ⁊ somni minas atq̃ ambages ⁊ quietem turbidã sentire. Deniq̃ multa pati: donec illa dies expectata pijs: formidata nocentibus: mortalem hũc nos exuat amictum: ⁊ aios nitẽtes ad supera de compedibus tãdem huius caliginose stationis eripiat Interea fateor nec lõga est via passionum insultibus: q quid de his aut sedandis aut tollẽdis philosophi disputẽt: q q̃d in se alij sentiãt: adhuc valde sum obnoxius: hec mihi nascẽti lex cum corpore data est: ut ex eius cõsortio multa patiar: aliter nõ passurus. Secretorum nature cõscius poeta: ubi animabus humanis ineſſe quẽdam igneuꝫ vigorem ⁊ celestem dixit originem: excipiendo subiunxit: Quantum nõ noxia corpora tardãt: Terreniq̃ hebetãt artus moribundaq̃ membra: Hinc metuũt: cupiuntq̃ dolent: gaudentq̃: neq̃ auras Respiciũt: clause tenebris ⁊ carcere ceco. Sic erã igit admirãs: q de te post digressum tuum aures meas nullus rumor impulerat: duꝫ ecce littere tue mihi oblate sũt: agnoui signum: ⁊ iam securior legi. Ceterum q nũcius mirum immodum festinabat: ⁊ res pluribus uerbis egere videbat: responsionem distuli in diem alterum: quam iam hinc tripartitam fore ꝓuideo: q tua quoq̃ de reb⁹ uarijs triplex est querela: Unuꝫ qõ breuiter dici poterat nõ fuit cõsilium differre: me scilicet peccator meorum nodis implicitum: nõdum in portum potuisse cõfugere: sed in eadem tẽpestate qua me discedens reliquisti: actatum fluctibus herere: ne q̃q̃ sepe retentantem uela facere: siquis meus uentus

B

Uir.vj. enei.

terribile nomen: cuius sine exēplo magnitudinem atq; incōparabilem monarchiam: futuram pſentē q; diuini cecinerunt uates. Neq; ego nūc Romanas prosequor laudes: maior res est q̄ ut possit a transcurrente tractari: sed hec cursim attigi: ut intelligeres nō paruipēdere me Regine urbis aspectum de qua infinita perlegi: ⁊ ipse multa iā scripsi plura forte scripturus: nisi primordia mea p̄cipita ta dies mortis abrumpat. Finge me his nequaq̄ tangi: q̄ dulce tñ est christiano animo urbem cernere: celi instar in terris: sacrosanctis martyrū neruis atq; ossibus cōfertam: ⁊ ueri testimm p̄ciosa cede respersam: Uidere uerendaq; populis saluatoris imaginem: ⁊ in saxo durissimo: eternum gentibus adoranda uestigia: Ubi ad litteram luce clarius impletum cernit illud Ysaie: Et uenient ad te curui filij eorum qui humiliauerūt te: ⁊ adorabūt uestigia pedū tuorū omnes qui detrahebāt tibi. Circūire sanctorum tumulos: uagari per apostolorum atria melioribus iam curis comitantibus: ⁊ inquieta sollicitudine vite p̄sentis in littore Massilie destituta. Que cū ita sint: qd me segnē uocas: cū scias q̄ iter meū ex alieno pēdet arbitrio? Ego meipsum tibi dederam: paruū qdē ſ; ppetuū munus: Tu me alteri parere uoluisti: si alter ꝓprie dicitur talis ⁊ taꝫ vnanimis germanus: nihil hic mihi cōscius sum: si culpa est uel tibi parce uel fratri. In extrema litterarum parte ueritus forte ne lepidissimis iocis tuis offenderer (Solet enim leonis quantumlibet blanda cōtrectatio animātia parua p̄terrere) suaue olentis vnguenti drachmā adhibes: ubi pupugisse videbare: dum me ad te amandum: immo vo ad tibi reddēdas amoris vices p̄dulciter coh̄ortaris. Quid dicā? Multa loqui nō magis dolore q̄ gaudio p̄pedimur: hoc vnū me tacentem nō ignoras: usq; adeo saxeus nō sum: ut ad tam debitum amorem sit mihi necessarius hortator: atq; utinam in amando non magis freno q̄ calcaribus egerem: Tranquillior iuuenta sequeretur: hoc saltem oro ne finxisse me fingas. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Agapitum Colūne: mortale genus semper in peius ruere: ac posthabitis melioribus deteriora curare studiosius: detestantis.

Epistola.XXI.

A On miror in te quod in omnibus stupeo: n in me autem queror ⁊ lugeo: publicum malum est. Que negligi sine periculo poterāt certatim q̄rimus: quod apprime curandū erat publice negligitur. Q̄ fertilis ager: q̄ domus cōposita: q̄ obsequiosus seruus: q̄ sollicitus procurator: q̄ splendida uestis: q̄ nitidus equus: q̄ pulchra uxor: q̄ nostri corporis ornata supficies: omnes curamus: q̄ pulcher ⁊ ornatus animus: curat nemo: nec se curaturum spondet aut sperat: sed qō primum esse debuerat: differimus ad extrema. O cives cives querēda pecunia primū. Uirtus post nūmos. Sic est hodie: sic erat Flacci seculo: sic erit temporibus pronepotū (nisi forte meliora de posteris auguramur) Utinam id quidem sperare possemus. Sed (ut res eūt: indies peiora conijcio: q̄ uis iam peiora vix possim nedum timere sed fingere) certe sic viuitur: eoq; criminū ac furoꝫ uentū est: ut ꝓcedi ulterius sine publico p̄cipitio nō possit. Nūc nunc impletū est quod ante tempus dixerat Satyricus: Omne in p̄cipiti vitiū stetit: Enitemur tñ pro viribus ut semper aliquid accedat insanie: Hec nunq̄ a maioribus tradite licentie finibus cōtenti erimus: nunq̄ cōmittemus: ut mentitus videatur Horatius: ubi ait: Etas parentū peior auis tulit nos nequiores: mox daturos progeniem vitiosiorem. Et (ut in tēpus aliud grauiorem hāc querimoniam differamus) insistentes cepto: semper uerissimum faciemus: quod Marco Varroni viro longe doctissimo visuꝫ est: quoniā si duodecimam cure partē quā impēdimus ut pistor bonum nobis panem faciat: ipendissemus in nobis: ipsi iam pridez boni essemus (ut de anulis: de calceis: de calamistris sileam) Sic est proculdubio: sic erit: semper curabunt superuacua: semper necessaria negligētur. In litteris tñ tuis clarissime vir: vnum de te bone spei pignus habeo: videris mihi vim pati: ⁊ (qui proximus ad salutez gradus est) statuꝫ tue mentis agnoscere: videris mihi indignatione magnifica: cum primum se facultas obtulerit ex his compedibus euasurus. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Agapituꝫ Columne: eundē ut ad Lenā poeticā ueniat iuuitātis. Epl'a.XXII.

A D cenam expectatus uenies: memorq̄ nō a hic cupidinariū forum esse: Poeticuꝫ tibi cōuiuium presto est. Idq̄ non Iuuenalis aut Flacci: sed quale a Uirgilio pastorale describitur: Mitia poma: castanee molles: ⁊ p̄ssi copia lactis. Cetera duriora: inelaboratum ac rigidum panem: fortuitum leporem aut peregrinā gruē: idq̄ perraro: ⁊ callum fortassis apri rancidioris inuenies. Quid multa? Neq; locorum nec victus asperitas ignota est tibi. Itaq̄ non pedibus tm̄: sed ut facete Plautinus parasitus ait: calceatis dentib⁹ ut uenias: admoneo. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Joannem Columne: mōtem Capr̄arum montēq̄ Soracte ⁊ oppida non nulla circunstantia describentis. Epistola.XXIII.

A Eroppor tunuꝫ curis meis locū: si nō alio p ꝓperat animus: nactus sum in regiōe Romana. Capr̄arū mons dictus est olim credo q̄ siluestribus virgultis obsessus: caprīs q̄ hominibus frequētior haberetur. Paulatiꝫ cognitus loci situs ⁊ spectata fertilitas: habitatores aliquot sponte cōtraxit a quibus arx eminēti satis tumulo fundata ⁊ domorum quātum collis angustus patit: adhuc uetus caprarum uocabulum nō amisit: Locus ignobilis fama: nobilioribus cingitur locis. Est hinc Soracte mons siluestro clarus incola: sed ⁊ ante siluestrum poetaruꝫ carminibus illustris: Hinc Cymini cum monte lacus: quorum meminit Uirgilius: Hinc Sutrium quod non nisi duobus passuū milibus abest: sedes Cereri gratissima ⁊ uetus (ut phibēt) Saturni colonia. Cāpus ostenditur nō longe a muris: ubi primum in Italia frumenti semen ab aduena rege iactum dicūt primam messem falce desectam: quo beneficio miraculoq̄ delinitis animis: in partem regni viuens in opinionem diuinitatis vita functus: fauore hominum acceptus senex rex ⁊ falcifer deus est. Aer hic (quantum breue tempus ostendit) saluberrim⁹ hinc illinc colles innumeri: altitudine nec accessu difficili ⁊ expedita prospectui. Inter quos ⁊ vmbrosa laterum cōuexa ⁊ opaca circumantra subsidunt. Undiq̄ submouendis solibus frondosuꝫ nemus erigitur: nisi q⁹ ad Aquilonez collis humilior

Capr̄ar mons

Soracte mōs

Sutriū hetrurie ciuitas

Saturni colonia

dera cuncta notans tacito labentia celo. Alter beati senis herens tabulis: segnem mortem increpitat
B Alter nuptias aut partum cōiugis. Amice noctes alter expectans dies: horas momentaq; dinumerat. Quid multa? Meministi credo in Philogia nostra: quam ob id solum (ut curas tibi iocis exculterem) scripsi quid Tranquillinus noster ait. Maior pars hominum expectando moritur: Ita est paucissimos inuenies qui nō toti ex incerto pēdeant. Alexander Macedo: Julius Cesar: multiq; alij uel nostri uel externi duces: cū multa parantes ab hac luce subtracti sunt: et medijs eorum conatibus mors occurrit: tāto (ut mihi quidem videtur) difficilior: quanto insperatior. Hinc est qō ides ille Julius Cesar: fragili carina in ancipiti tempestate deprehensus: cum mortes timere cepisset: hoc unū videtur lamentari: q ingentes abruperit actus festinata dies fatis. Nouerat poeta quid maxime tali viro aut molestum fuisset in eo statu aut esse debuisset: idq; potissimum querelis inseruit: Una est autem aduersus hūc morbum medicina primo gustu fortassis amarior: haustu autē et dulcis et placida: Animus a terrenis abducere: si fieri potest: Si minus: auellere atq; extirpare radicitus: Quis enim hoc plerunq; cum dolore et offensione sensuū fiat raro tū (ut vides) amissa corporis absq; molestia restauratur: quāto minus anime salus in quā et uehementiores morbi et frequētiores incidunt: Hoc igitur fac et presenti letus: nulla futuri tēporis expectatione torqueberis. In Italiam inquis transire uolo: Nauim expecto uel quietū mare. Sic dices si cor tuū rebus mūdanis adhuc viscō cōsuete delectatiōis inheret. At si sursum nititur dices:
C Jn Italiaz transire uolo: quid enim magis expediat: nouit deus: homines ignorant: Nauim aliquam: sed nō minus aliquem expecto qui nauim nō uenturam nunciet: et utrunq; rumorem equis auribus excipiam. Sed habeo inquies in Italia magnum aliquid agere. Jam si quid tibi philosophie studiū cōtulit: vides (ut arbitror) quod extra Italiam geri nequit: magnum esse non posse: quotiens me ad vnum locum coartaueris desinit esse magnus conatus qui inter angustias cogit. Sed uolo in Italia saltem mori et patria tellure cōtegi cupio. Qui hec dicit adhuc Italicus est: vir magnanimus nō dum est: Quid enim puerilius q̄ curā gerere ubi capillorum et unguium purgamēta: ubi sanguinis superuacui uasculum deponas: ubi ipse iaceas nō curare? Certe si corpus consideras: tua nihil interest ubi sit res a te olim possessa: nunc autem derelicta si pateris si reluctaris ablata: Si ỹo animus respicis: nullus eum locus aut stringit aut laxat angustus: et siue ad celum ascendēdū: siue ad inferos descendēdū sit: undecūq; discedat unus est
D labor. Sed dulce est suorū manib⁹ sepeliri: Quedam dulcia facit nō insitus sapor: sed corrupt⁹ mā ducantiū gustus. Quid dulce dicitis aut nihil sentienti aut omne huiusmodi obsequium cōtemnenti? Una omnium est (ut ad ꝓpositum redeaz) expectātium cōditio: dum uentura prospiciunt: que sūt ante oculos nō vident: damnum certum sub ambigua spe. Hec quidem utiq; trāseunt: Illa autez raro plena fide succedūt. Adde q uel superuacua fere sunt: uel dānosa et in caput nostruz recasura que cupimus: ut sicut sepe reiectas indignatio: sic libi-

Una cē expectātiū ꝓditio uem.

tum prouectas uel fastidium uel improuisa pernities sequatur. Adhuc igit omnem spem: omne desiderium auerte ab his fallacibus bonis. Incipe vnum solum et uerum et summum bonum optare: si tamen usq; ad hanc etatem rem apprime necessariam distulisti: tunc discurrendi libido cessabit: et odium longioris more: tum vo nō mō Licie: sed (si ita sors tulerit) inter Libycas syrtes sine molestia stabis: rebus tuis cōtent⁹: nihilq; aliud requires. Dicet aliq̄s: Nūquid illud saltem vnū quod
E memoras: bonum expectandum erit: ut psens presenti gaudio desiderātem animam impleat? Minime. Si enim plene desideras: si sancte: si sobrie (aliter quippe tāta res optari nō potest) iam quod petebas tecum est: intus in anima illum quem diligis quere et inuenies: nō est ut eo potiaris exteri⁹ euagandū. Et si quid forte restat adhuc: quod amplius uelis aut cumulatius expectes: erit expectatio illa suauis et iucunda. Qui ad hanc regulam se formabit letus: e cunctis mortalibus quotiens exacta luce cubiculum intrabit: de preterito quidē dicere poterit securus Virgilianum illud a Seneca relatum: Vixi et quem dederat cursum fortuna peregi: Et de futuro illud Horatianū: Cras uel atra nube celum patet occupato: uel sole puro: nec vnq̄ uenturi studio p̄senti oblitus aut sibi aut alijs inutiliter etatem aget. Vale.

¶ Francisci Petrarche ad Joannem Colūne: ea que accidunt aduersa equo animo toleranda admonētis: leges etiam nature non recusandas esse: cum tam bona q̄ mala ex his proueniant exhortantis.

Epistola.XIX.

A Uerelarum tuarum uocibus plenus sum: q iam res ad fastidium inclinat: iam mollicem tuam ferre non ualeo. Neq; enim aliter q̄ si in hanc vitam nuper intrasses ad occursuz rei cuiuslibet expauescis: Pudeat inter lamenta senescere: immo vo pudeat olim senem puerili ter lamentari: Puerorum est ad omnia que viderint obstupescere: quippe quibus noua et admiranda sunt omnia: Senibus et presertim eruditis nihil nouum aut inopinatū euenire solet: nihil ita q̄ stupendum: nihil deplorandum. Unde igitur tot querele de rebus assiduis: et ꝑm nature statuta fluentibus? Portenta mouent animas interdum: Si bicipitem puerum: si quadrimanum vides: miraris imbrem lapideum: bouis uerba: mule partū In annalib⁹ legimus: quotidiana despicimus. Tu quid vidisti ꝓpter quod nunc totus in admirationem et lamenta cōuersus sis? Admirando quidez admirationem tuam cogis ut admirer: Non tam grauiter in alio ferrem immoderatum hunc stuporem: Qui totiens mare transisti: totiēs medijs periculis enatasti: totiens e faucibus mortis erept⁹ es. Admirando et fortunam tuaz accusando describis: passum te maris magnam (et ut Satyrici uerbo utar) poeticam tempestatem: atq; ad littus vnde discesseras: flatu cōtrario impellente relatum: Hanc tu maris iniuriaz existimas? Natura est: digniorem querele causam preferres: si uel illud tibi cōtigisset: quod quondaz Cesarea classis inter Italiam Greciamq; sustinuit: quando per Hadriaticum mare glaciali uelut torpore cōstrictuz cursuz expedire non ualuit: Uel illud quod terra sub pedibus tremente Pōpeianus exercitus tulit in L

Pueris oia esse noua: senibus nihil nouū euenire solet

admirãtes. Uellem ut duo laudatores ueterum: sorores tuas Joanna ⁊ Agnetem cernerent: haberent ꝓfecto in una domo amplissimam laudandi materiam: neq; femineis titulis conquirẽdis: per omnes terras ⁊ per taz multa secula uagarentur. Quicquid usq; sparsim queritur: apud has simul inuenitur. Tu viue: nõ virtute tñ ꝓpria: sed magni genitoris gloria fratrumq; concordia: ⁊ taliũ sororum pietate felicissimus. Uale.

¶ Eiusdem Francisci Petrarche Liber tertius Epistolarum de Rebus familiaribus Incipit.

¶ Francisci Petrarche ad Thomam Messaneñ. ad dubitationẽ de Tile insula habitaz rescribẽtis: uariasq; de ea ĩsula opiniões narrãtis. Epla. XXVII

A Erambulanti ueteruz cõfinia: accessu quidem aspera: sed amena cũ puenerisp: creber scrupulus ingenij pede calcandus est: Hoc sane quẽ tu tibi nup iniectum scribis: ego iampridez premor: queroq; itidem: qua naz mundi parte Tile sit insula: quero: Sed (ut ueruz fatear) nec certo iudice: nec ad rẽ ducẽtib⁹ cõiecturis: aut ipsam aut nulla inueniendi spem inuenio: ⁊ hec tibi quidem ex ipsis Britannici oceani littorib⁹ propinquior (ut fama est) ipsi quam uestigam⁹ insule scribo: Profecto vnde uel antiquo litterarum studio uel noua ac sollicita locorum indagine: certiuſ aliquid scribere posse debueram: Ultimam quippe terraruz esse non ambigitur. Hoc Uirgilius canit: hoc Seneca: hoc secutus utrũq; Boetius: hoc omnis deniq; scriptorum coborz: Illud quoq; satis inter multos conuenit: In occiduo tractu sitaz q̃longissime ab ortu solis ⁊ a meridie recessisse. Ceterum nobis in occidente positi stimulos addidit ipsa vicinitas: si ad orientem sita esset: forte nõ magis Tilem q̃ Thoprobanem curaturis. Cum vo Britanniam ⁊ Hybernem cunctasq; Orchadas in occidentali oceano: ad aquilonez: Inq; eodem: fortunatas insulas: ad austrum: partim usu: partim assiduo cõmeantium testimonio non aliter pene q̃ ipsam Italiam aut Hallias nosceremus circũspicere: mirariq; cepimus aliquantoq; scrupulosius iquirere sicubi vndis emergeret: celebrata hec omnium litteris insula: quam in nostro oceano ⁊ antiquorum locauit auctoritas: ⁊ nunc etiaz orientalium populoruz ac totius orbis confirmat opinio. Quid multa? Euenit huic qó sepe claris viris accidit: ut ubiq; sint q̃ in patria notiores: percontare occidentis accolas indocti ipsum insule nomen ignorant: litteris utiq; clarum nomen insule est. Insula vo nõ minus ignota q̃ vulgo. Mihi quidem de hac re cum Ricardo quondam Anglorum regis cancellario sermo non ociosus fuit: Uiro ardentis ingenij nec litterarum inscio: ⁊ qui ut in Britãnia genitus atq; educatus: abditarũq; rerum ab adolescentia supra fidez curiosus: talib⁹ presertim questiunculis enodandis aptissimus videretur. Ille autez seu quia sic speraret: seu q; puderet ignorantiam fateri (qui mos hodie multoz est qui non intelligunt quãta modestie laus sit homini nato nec nosse omnia ualenti: profiteri ingenue se nescire qó nesciat) seu forte (qó nõ suspicor) quia huius mihi arcani notitiaz inuideret: Respõdit certe se dubietati mee satisfacturũ: sed non priq̃ ad libros suos: quorum nemo copiosioz fuit: in patriam reuertisset (Erat enim dum in amicitiam eius incidi tractandis domini sui negocijs apud sedem apostolicam peregrinus: ea scilicet tempestate qua inter prefatum dñm suum ⁊ Francoruz regẽ prima diuturni belli semina pullulabant: que cruentaz messem postea protulere: nec duz reposite falces aut clausa sunt horrea) sed duz promissor ille meus abijsset: siue nihil inueniens siue nouiter iniuncti pontificalis officij graui munere distract⁹ q̃uis sepe litteris interpellatus: expectationi mee non aliter q̃ obstinato silentio satisfecit: Ita mihi Tile amicitia Britannica nihil notior facta est.

Post annos vo uenit in manus meas libellus de mirabilibus Hybernie a Giraldo quodam aulico Heinrici secundi regis Anglorum: licet tenui rerum stilo: non rudi tñ uerborũ arte contextus: quẽ ne totum bibliothece nostre foribꝰ excluderẽ: breuis quedã ipsius particulã promeruit: ubi de hac eadez insula nostre simili ⁊ operosa dubitatio inserta erat. Itaq; similitudo vna ingenij mihi totiꝰ operis cõmendauit auctorem. Aliquot ibi scriptorum sententias attingit: q insularum oceani que circa Britanniam: que ue inter Arcton ⁊ occasum sũt: extrema sit Tile: Ubi estiuo nulla nox: bruma li contra solstitio nulla dies: Ultra quam pigrum atq; concretum iaceat mare. Ad hec Solinum ⁊ Isidorum testes citat: ignotam nihilominus insulam occidenti: nullamq; huius uel nature uel nominis illic esse confirmat. Ideoq; coniecturam sequens aut famosam sed fabulosam insulam existimat: aut infinito ab alijs spatio secretam: nusq̃q; alibi q̃ in intimis borealis oceani secessib⁹ requirendam: Cuius sententie astipulatorez facit Orosium: Poterat ⁊ Claudianuz ubi Hyperboreo dã nataz sydere Tilem ait. Hoc tamen omisso rẽ agit ⁊ ad hũc fere modũ ille disputat: Tu testes quos inducit examina: q̃ sibi cõstet: ⁊ quanta sit dictis fides intelliges: Ego enim nunc a libris oibus q̃ longissime absum: Et id vnuz in hac peregrinatione molestissimum experior: Domo egressus: nullũ latine lingue murmur audio: domum regressus: comites libros cum quibus loqui sum solitus nõ habeo: omne mihi colloquium cũ memoria mea est. Nec igiẽ ex tempore ⁊ memoria scribo: ita ut de quibus illam hesitantem video: silentio potius q̃ calamo cõmittenda crediderim. Multa sane non aliter q̃ si sub oculis libri essent memini: que frequẽs horum cogitatio mihi altius atq; tenacius impressit. Plinium ille secũdum forte nõ legerat: quo nemo certius rem expressit: quam uere definire nõ ausim: cuz illud semper occurrat: qd ita oib⁹ habeaẽ incognita insula tam vicina: tam celebris: Sed dicam quid ipse Plinius secundus secundo naturalis historie libro senserit: Tilem esse insulaz sex dierum nauigatione: in septẽtrionem a Britãnia distantem: ubi semestrem estiuum diem ac paris spatij brumalẽ noctez esse cõiectat: ⁊ violento quantum sibi videẽ rationis argumento: Et prete rea nescio quo Phocensi Pythia Masilienſi teste utiẽ. Que si uera sunt: quãtulum hinc abest Tile ipsa quã querimus: cui⁹ apud Indos (ut auguroz) fama ingens: apud nos notitia nulla est. Seruius

Tile insula

Plinius secũdus

Seruiꝰ

tibus uolare altius inciperet. O virum ineffabilē dignumq; quem cicero ipse pro rostris laudet cui q; publice grates agat q; inter tam multos ingratos: vnus uelit esse gratissimus. O virum magnifice humilem t humiliter excelsum: nō qui alienis plumis ornatus auctoribus hic insultet: sed qui iā christiane religionis fluitātem puppim inter hereticorū scopulos agens presentisq; magnitudinis sine arrogātia sibi cōscius ueritatem primordior suorum t adolescentie rudimenta cōmemoret: t doctor tātus ecclesie nō erubescat ducatum Arpinatis hominis licet alio tendentis. Cur autem erubesceret? Nemo dux spernēdus est qui viam salutis ostendit. Quid ergo studio ueritatis obesse potest: uel Plato uel Cicero? quorum alterius schola fidem ueracez: nō modo nō impugnat sed docet t p̄dicat: alterius libri recti ad illam itineris duces sunt. Eadem t de alijs dici possent: sed piget in re notissima testes superuacuos conquirere. Nec tī ideo negauerim multa apud illos esse: que vitari oporteat: cum t apud nostros quedaz sint periculosa incautis: t Augustinus ipse in quodam opere so uolumine de uberrima messe suorum studiorum internascentis erroris lolium ꝓprio pollice decerpat. Quid ergo? Rara lectio est que periculo uacet: nisi legēti lux diuine ueritatis affluxerit: quid sequendum declinādum ue docens. Illa autez duce secura sunt omnia: t que nocere poterāt: iā syrtibus t charybdi: aut famosis in alto scopulis notiora sunt. Ut vo iam tandem huic lasciue calūnie finis fiat: Uero ne an falso Augustinum aio cōpletat: ipse nouit: Etenim ubi nec fallere vult quisq; nec falli potest. Unde deuia vite mee erroresq; cernentem misereri arbitror: p̄sertiz si adolescētie sue meminit: quam uagam t aberrātē miserat⁹ oipotens retraxit ad rectum iter: t nunc pro arenosis Africe littoribus: ubi aliq; diu noxie delectat⁹ uergebat ad mortem: eterne frondētis Hierusalem fine fine municipē esse dedit. Inde mihi fauet: inde me diligit: qd enim dubitē: cuz audiam in eo libro quē de uera religione cōscripsit: eū spe firmissima dicentem: Quisqs angelorū deū diligit: cert⁹ sum q; me diligit? Si enim ille cōtēplatiōe cōis dei angelicū amorē sibi ꝓmittere nō metuit cū sit homo audebo t ego qui homo sum amorē humanū anime illius sacratissime que nunc celo fruit: sperare. Sed enim nouis hic salib⁹ aspergor. Ais enim mihi phisica etiā nūc t poetica ruminati Augustini dicta quasi quedā somnia videri. Melius dixisses Illa relegēti: totā mihi vitā meā nihil videri aliud q; leue somniū fugacissimumq; phantasma. Itaq; lectiōe illa excitor interdū: uelut e somno grauissimo: sed urgente mortalitatis sarcina: palpebre rursus coeunt t iterū expergiscor: t itez t iterū obdormio. Uolūtates mee fluctuāt t desideria discordāt: t discordādo me lacerāt. Sic aduersus interiorē hominē exterior pugnat: nūc dextra igeminās ict⁹: nūc ille sinistra: nec mora: nec reges: t si pater eternus uoce plia dirimens fusuz Dareta de manibus Mentelli ardētis eripiat: vincet exterior. Quid multa? Adhuc de fine suz incert⁹ viuoq; in spe ad victorē mortis exclamās: Eripe me his inuicte malis: Da dextrā misero t tecū me tolle per vndas: Sedib⁹ ut saltē placidis in morte quescam. Sed nihil iocis lētius: nihil flexibilius: quocunq; traxeris sequūtur. Quid ergo ais: finxisse me mihi speciosum lauree nomen: ut esset t de qua ego loquerer: t ꝓpter quā de me multi loquerētur: rem autē uerā in animo meo laureā nihil esse: nisi illam poeticā ad quā aspirare me longū t ideffessum studiū testatur: de hac aūt spirāte laurea: cui⁹ form a captus video: manu facta esse omnia ficta carmina: simulata suspiria. In hoc vno uere ut iocaris simulatio esset: utinā: t non furor: sed crede mihi: nemo sine magno labore diu simulat: laborare autez gratis: ut insanus videaris: insania summa est. Adde q; egritudinem gestib⁹ imitari bene ualentes possumus: uerum pallorem simulare nō possumus. Tibi pallor: tibi labor meus notus est. Itaq; magis uereor: ne tu illa festiuitate Socratica quā Ironiam uocant: quo in genere: nec Socrati qdez cedis morbo meo insultes. Sz expecta: ulcus hoc cum tempore matureſcet: uerumq; fiet in me Ciceronianum illud: Dies vulnerat: dies medet. Atq; aduersus hanc simulatā (ut tu uocas) lauream: simulatus ille mihi etiam Augustinus forte profuerit: multa enim t grauia legendo: multumq; meditando: Anteq; senescam senex ero. Quis autē erit facetiarum modus? Ubi desines? Quid ais? Leptatum te quoq; fictionib⁹ meis ac ꝓpe delusum: immo vo delusum aliquandiu expectasse me Rome: simulantem ingens ueniēdi teq; reuidendi desiderium: tādem (qō spectatores callidi in circulatorum prestigijs solent) aperiēti tibi oculos t in artes meas profundius intendenti: omnem ingenij mei scenam patuisse? Deus bone quid hoc est? Calūniando tu qdem facies ut magus sim. Jam Zoroastres videri mihi incipio reperto: magie: sive vnus suorum. Esto sim Dardanus uel Damigeron uel Apollo uel alius si quem ars ea notiorē fecit: parum ne prestigij est: prestigiatorem uerbo facere? Sed iam satis superq; iocū trarimus: Serio uelim mihi respondeas. Cesset q̄uis ardor faciem tuam videndi: quem laboriosissime in quartum annum iam protraxi: oū cogito: ecce ille cras aderit: ecce tu postridie mouebis: excidat qdā curarum nō mediocris cumulus: quē cuz nullo mortalium nisi tecum equo animo partirer. Quiescat affectus cernēdi preclarissimum patrem tuū: magnanimos fratres: honestissimas sorores: exoptatos amicorum vultus: quāti demuz extimaturum reris: menia urbis t colles: t (ut ait Virgili⁹) Tuscum Tyberim t Romana palatia cernere? Credi nō posset: quātum urbem illam (desertā q̄uis) t ueteris effigiem Rome spectare cupiā: quā nunq; vidi ubi segnitiem meam (si tñ segnities t non necessitas fuit) incuso. Exultare mihi videt Seneca ad Lucilium scribens: ex ipsa villa Scipionis Africani: nec modicū ducit: vidisse locū ubi ille virtantus exulauerat: ubi negata patrie ossa reliquerat: Qō si ꝓtigit Hyspano homini: qd me hominē Italicum sentire putas? Non de villa Literni: aut de Scipionis sepulchro: sed de urbe Roma: ubi Scipio natus est: ubi educatus: ubi victor ides t reus pari gloria triumphauit: ubi non vnus ille: sz innumerabiles virerunt viri: quos nunq; fama taticura est. De ciuitate inquam illa: cui nulla similis fuit: nulla futura est: que ciuitas regum etiā ab hoste dicta est. De cuius populo scriptum legimus: Magna est fortuna populi Romani: magnum t.

De laurea sua qd sentiat Petrarcha

Zoroastres magie reptor

Laudes Rome

seculis abunde cautionis ac documenti prestare debeat: ne tñ in tam magno negocio vnius exẽpli cõmemoratione mouearis: ꝛ nostra ꝛ peregrina subijciam. Magnus Pompeius ad Dyrrhachiuꝫ victor Julium Cesarem prope captum duꝫ retinere posset: abire pmisit: siue ignorantia rei bellice in duce ꝓbatissimo: siue fortuna familiari suo in extremis necessitatibus opem ferẽs: siue (que vulgatio: fama est) mira prorsus atq; utinã felix humanitas illa fuit: ex qua mox in Thessalia calamitas publica: ꝛ in Egypto ducis ipsi9 mox miserabilis cõsecuta est: ꝛ in Africa Catonis simul ac libertatis iterit9: ꝛ in Hispania tristis reliquiarũ strages ꝛ Rome spoliatũ errariuꝫ: oppressse leges: atq; ibi dem succinctus ferro abdito senatus: ꝛ victor in Capitolio: qõ quatuor triũphis ornauerat interfectus. Mine Perusij ac Mutine grauis obsidio: ꝛ crudelissima Parmensium clades: cuius in Philippicis Cicero meminit: ꝛ Pharsalia nostro sanguine rursus infecta: ꝛ sub Leucadio atq; Etneo uerticib9: illa ingẽtia bella naualia. Postremo inde usq; in seculum nostrum tãtorum series malor ut ꝛ ipossibilis enumeratio sit ꝛ amara memoria: nec duꝫ miseriaruꝫ finis ullus appareat. Quid de Cyro rege Persarũ loquar: qui (ut ꝓprie dicã) victor in prelio in victoria victus fuit? Quid de Alexandro Macedone: qui bello incolumis: in conuiuio perijt? Agamẽnon famosum illud ac superbum Ilion strauit. Africanus minor: noster (ut ita dixerim) Policertes Carthaginẽ atq; Numãtiaꝫ funditus euertit. Uterq; in bello q̃ post victoriam tutior militieq; felicior q̃ domi: quos nõ minus moribus q̃ locis: tẽporibusq; distantes sciens in hac breuis epistole pte coniunxi: q; ꝓpe par fatũ atq; idem amborum exitus videret: victores hostiuꝫ: gsq; sua perdomita ac subacta barbarie inter amplexus nefandissimarum cõiugum periere. Nihil hec (fateor) ad nostrum ꝓpositum. Itaq; rem oim ad vnum finem deduco: ut ostẽdam multa etiã victoribus metuenda. Nusq; igit gestarum reruꝫ fiducia subsistendum: procedẽdũq; longius assidue ac more Cesareo urgẽdum impigre successum: instandũq; fauori numinis: credendũq; nihil actum dum agendum aliquid supersit: Alioquin multis bello suspectiorem fuisse victoriam: ꝛ uerendũ ualde ne melius fuerit non cepisse q̃ ceptum medio procurrentis facti calle deserere. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Stephanum Colũne Juniorem: eundem de quibusdam litteris ꝛ carmine ꝛ soluta oratione ad eum missis certiorem reddẽtis. Epistola.XXX.

A d

Et vniuerso rerum tuarum statu qd sentirẽ breue quidda tibi bellacissime vir materno prudem sermone cõscripseram: ut posset militibus etiã tuis innotescere: tecum in partẽ laboris ꝛ glorie ꝓfecturis. Subinde aũt pariẽte noui aliqd semp ingenio: eidẽ tibi carmẽ ex meo alienoq; cõterui: ea lege: ut primus meus: secundus alicui9 ꝓbati poete uersus esset: atq; ita ut legentẽ nõ sententiarũ mõ artificiosa cõnerio: sed uerboruꝫ quoq; consonantia delectaret. Qua in re: ceu noui pgmatis (tenui licet inuẽtione) gloriabar: donec missso iaꝫ carmie deprehẽdi alios asi me hoc gen9 attigisse: uerũq; qõ Hebreus sapiẽs dixit: Nihil nouũ sub sole: qõq; ait Comicus poeta: Nihil dictũ: qõ nõ sit dictũ prius. Nouissime per nũcium Stephani senioris magnanimi patris tui: quo plures virtuti stimulos incuterẽ scripsi oratione soluta ꝛ libera: quã si habes nihil est qõ mutem: nihil qõ adijciam: q̃uis enim multa se offerant: tamen sapientem monuisse satis est. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Stephanũ Colũne Juniorẽ: solitudinẽ nõ oratione laudari posse: sed experientia probari: asserentis. Epla.XXXI.

A p

Ostulas tibi statũ vite solitarie: quem hac etate secutus video: (ut asseris) pter morẽ hoium nostrorum breuibus uerbis exponi: Utrũ imitãdi an irritãdi auidius: nescio: tu scis Ceterũ q̃ magnã rẽ inter angustias cogi ac breuiter dici uelis forsan ignoras. Sunt de hocipso disertorum hoiuꝫ libelli: nec tñ (quantũ mihi videt) a quoq̃ sufficienter adhuc laudata res est: de qua sepe mihi (fateor) scribere aliqd impet9 fuit: ꝛ fecissem: nisi q; nõdum aut ingenio aut stilo aut rerum notitie satis fido: Qõ ad te preceseq; tuas attinet: Ego qdẽ: ut nunq̃ equis auribus laudatorez vite huius audiã: nisi qui primo dulcedinẽ eius aliqua ex parte gustauerit: cuꝫ innumerabilib9 bonis hec affluat: que nec audiẽdo nec legẽdo: deniq; nec aliter q̃ experiẽdo discunt: sic frustra quenq̃ docere uelle rear nisi eadẽ experientia magistra. Quid enim refert quãto eloquio res agat: aut nõ intelle B cturis qui audiẽt aut minime crediturisꝰ Tu itaq; si te solitudinis mee admiratio ꝛ imitãdi studium trahit (ut ꝑdicas) noli me curis alijs intentũ fatigare: noli narrationẽ imparẽ rebus exposcere. Sꝫ si mõ tu (qõ ego qꝫ ualde uereor sepe repeto) pura mente discẽdiq; nõ tẽptãdi aio interrogas: ueni ꝛ vide qõq; ipse tibi debere potes: alteri nic debeas. Desine tuarũ aurium pruritũ alieni sermonis vnguentib9 scalpere: leuioribus fabellis idem consequi nõ ꝓhiberis: idq; fiet honestius: q̃ si tractatũ rei grandis extorqueas: ad nihil aliud aut annuẽti profuturum aut petenti: q̃ ut legẽtis intẽtio cuipari possit: ꝛ sint scribentis uerba cõẽptui. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Stephanum Columne Juniorem: cum eodem de summo bono disceptantis: ꝛ que uere dici possit summa felicitas exponẽtis. Epistola.XXXII.

A q

Uid in questione ꝓposita sentiendum putes: ipse videris. Nec etas: nec liboruꝫ lectio: nec rerum experientia defuerit. Apud me quidem rerum nõ honestarum: uel sola consultatio turpis est si sententiam extorqueas: absit a me nõ modo summũ: sed (qm̃ ꝛ in hac opinione Stoicus q̃ Paripateticus: ꝛ in omnib9 Stoicus multo q̃ Epicureus esse malim) ne aliquid quidẽ bonum in diuitijs aut in uoluptate reponere. Cõmoda sunt hec ꝛ adminicula vite mortalis: Itaq; illõ fortune: hoc corporis bonum uocant. Bonum vo qõ querimus in animo est: nec corpori seruiẽs nec fortune. Cetera uocari bona fateor: sed non esse cõtendo. Ne ue me forsan errore lapsum putes inadUmus bonum uertenter hoc dicere: non sum nescius quid de hac re Aristoteles: quid Epicurus sentiat: sed philosophantium auctoritas non impedit iudicij libertatem. Mihi illa philosophorum diuinorum uerior q; sententia videtur: Beatos esse non posse qui bona diuidant tripartito. Unum bonum est: vnũ qõ felices faciat. Uestra qdẽ nimis iops ꝛ emẽdicata

Pompei9 Julius Cesar.

Cyrus Alexander

Nihil sub sole nouum

aprícum aperit sinum: mellificis apibus floreã stationem. Fontes aquaruz dulciuz limis uallibus ob strepunt: Cerui: Dame: Capreoli: t feri nemorum greges apertis uagãtur collibus: Omne uolucrũ genus uel vndis uel ramis immurmurat: naz bo-
B um t omnis mãsueti pecoris armenta: t humani laboris fructꝰ: Bacchi dulcedines t Cereris ubertatez: Ad hec t illa nature dona: vicinos lacus ac flumina: t non longinquum mare prætereo. Parua quonã gentis crimine: quibus celi legibꝰ: quo fato: seu qua syderum vi: ab his terris exulet ignoro. Quid enim putas? Pastor armatus siluis inuigilat: nõ tam lupos metuens q̃z raptores. Lorica tus arator hastam ad usum rustici pugionis inuertens: recusantis bouis terga sollicitat. Auceps retia clypeo tegit: t piscator hamis fallacibus herẽtem escam rigido mucrone suspendit (qõq̃z ridiculum dixeris) aquam e puteo petiturus: rubiginosam galeaz sordido fune cõnectit: Deniq̃z nihil sine armis hic agit. Quis ille pernox ululatus vigiluz in menibus? que uoces ad arma conclamantium? Que mihi in sonorum locum: quos blandis e fidibus exprimere consueueraz: succedere. Nihil incolis haruz regionum inter se: aut tutum videas: aut pacatum audias: aut humanũ sentias: sed bellum t odia t operibus demonũ cũcta simillima. Dis
C in locis pater inclyte: inter uolentem ac nolentem dubius iam sextumdecimũ diez ago: t quantũ potest in rebus omnibus consuetudo fragore militũ: t stridore lituum ceteris in arcem cõcurrentibus me sepe per hos colles uaguz videas atq̃z aliquid quod posteritatem mihi cõciliet assidue meditantem: Omnes me cum admiratione respiciunt: ocio sum: intrepidum t inermẽ. Contra ego omnes admiror: pauidos: sollicitos t armatos. Hec est humanarum uarietas actionũ. Quod si forsan interroger: an hinc migrare malim: nõ facile dixerim: t ire iuuat t manere delectat. Ad primũ ꝓnior suz: non q̃ hic molesti quicq̃z patiar: sed Romaz visurus domo moueram: Est aũt ꝑm naturam: ut usq̃z in finem uotorũ animus non quiescat: ex quo maxime colorem mihi videt habuisse opinio illa que beatifica visione dei in qua consumata felicitas hominis consistit: defunctorũ animas tam diu carituras astruebat donec corpora resumpsissent qõ naturaliter non optare non possunt: cuius illa sententia multorum saniori iudicio victa: t cũ auctore suo: da ueniam queso: qui ualde eum sed nõ errores eius dilexisti: sepulta iamprídem sit. Uale.

Aim nũq̃z nisi optato sine adepto qesce

C Francisci Petrarche Joanni Columne: Causas more apõ Capraz mõtẽ recẽsentis. Epla.XXIIII

A Hoc ecce Caprarum (immo vo) leonum
i ac tigridum monte quolibet agno mitior ursus iste tuꝰ habitat: Anguillarie comes: amator pacis: sine bellorum metu: Inter bella securus nõ sine pacis desiderio: hospitalitate secũdus memini: consilio vigens: blande seuerus t rigide benignus in suos: pieridum familiarissimus: t excellentium ingeniorum mirator elegantissimus ac laudator: t secum non aduersum: ut ille: sed cõueniens moribus suis nomen sortita Agnes cõiunx eius preclarissima soror tua: de qua (ut de Carthagine Salustius ait) silere melius puto q̃z parũ dicere. Sunt enim quedam que nullo melius modo q̃z stupore t silentio laudantur: horum ex genere soror tua est: Hoc concors t mite par coniugium: ceu rosas aut lilia torídẽ notaui inter spineta ac tribulos odioruz: horum suauitate utcunq̃z reliquorum temperatur asperitas. Accessit diuinus t singularis vir Jacobus de Columna: Lomberiensis Episcopus: germanus tuus: ad quem cum aduentus mei nuncium premisissem per litteras qd me agere uellet interrogans: quoniam obsidentibus omnes aditus domus tue hostibus: nõ tuto videbar Romam petiturus. Rescripsit ille congratulatus aduentui: t expectare iubẽs: pauciscq̃z post diebus ad septimum Kalendas Februarij affuit cuz Stbephano fratre primogenito: cuius etiam virtus eximia (magna quidem materia uatum) est: ne q̃z amplius q̃z centum armatis equitibꝰ stipatus uterq̃z: non sine spectantium horrore transiuerat: cum quingentos t eo amplius sub hostium signis esse constaret: sed ea (que sepe bellum conficit) fama ducum iter strauerat. Cum his ego nunc generosis spiritibus habito tanta dulcedine: ut sepe alibi q̃z in terris esse videar: nec iaz Romã magnopere requiram: Ibimus tamen: q̃zuis denuo dicantur aduersarij reditum in urbez accuratius obstruxisse. Uale.

C Francisci Petrarche ad Joannem Columne: protestantis se i presentia nihil scribere posse: eo q̃ magnitudine ruinarũ urbis ita obruatur ut quid animus ferat ignoret. Epla.XXV.

B urbe Roma quid expectet qui tam mul A
a ta de montibꝰ acceperit: putabas me grãde aliquid scripturum cum Romam peruenissem. Ingens mihi forsan in posterum scribẽdi materia oblata est: in, presens nihil est quod incohare ausim miraculo rerum tantarum t stuporis mole obrutus. Unum hoc tacitum noluerim: contra ac tu suspicabaris accidit. Solebas enim B
(memini) mea ueniendo deh ortari: hoc maxime pretextu ne ruinose urbis aspectu fame non respõdente atq̃z opinioni mee ex libris concepte ardor meus ille lentesceret. Ego quoq̃z (q̃zuis desiderio flagrarem) non inuitus differebam: metuens ne quod ipse mihi animo finxeram: extenuarent oculi t magnis semper nominibus inimica presentia. Illa vo (miruz dictu) nihil imminuit: sed auxit omnia. Uere maior fuit Roma: maioresq̃z sunt reliquie q̃z rebar. Jam non orbẽ ab hac urbe domitũ: sed tam sero domitum miror.

C Francisci Petrarche ad Joannem Columne: Joannam t Agnetem sorores collaudãtis: easq̃z mulieribusq̃z que Rome atq̃z apud exteras nationes virtute claruerint comparantis. Epistola.XXVI.

Unt qui Romanorum ueteres matronas A
f singulas singulis laudibus attollant: Et Lucretie quidem pudicitiam ascribunt: Martie grauitatem: pium impetum Ueturie: coniugalis amoris ardorem Portie: Claudie hilaritatem sobriam: Julie facetias t eloquentiam muliebrem: urbanitatem Cecilie: Liuie maiestatem: Corneliarum alteri generosum robur animi: alteri morum uerborũq̃z dulcedinem. Sunt t qui peB
regrinas suis laudibus prosequantur: honestatez in Penelope: in Artemisia amorem immortalem: In Ipsicratea tolerantiam: In Thamyri fortitudinem: consilium in Thetide: modestiam in Argia: pietatem in Antigione: in Didone constantiaz

uere ⁊ ante tēpus miseros fecerint. Rursus aut leta uere: ⁊ duplex est icōmodū: Fatigatio expectationis: qua nescio an ulla sit maior: ⁊ deliberatio gaudij cum uenerit: siue ut ipse uocat ꝓfloratio: qō qdē antequā ueniat sperādo ⁊ mente ꝓeoccupando iā dudū fere cōsumptū sit. Aut falso: ⁊ inanem ꝓfecto ridiculāq; letitiā: certū est spei ꝑdite dolore mixtoq; simul pudore desinere. Audiendi ergo penit⁹ nō sunt: impossibilia qdē sibi nobis etiā inutilia ꝓmittētes. Quid ⁊o qsq; sibi dixisse Christum putet: qō Amphitryoni ⁊o Juppiter apud Plautū: Bono aio es: adsum Amphitryo auxilio tibi ⁊ tuis. Nihil est qō timeas: hariolos haruspices: Mitte oēs que futura ⁊ que facta cloq̄r. Multo adeo meli⁹ q̄; illi: nō qdē quia suꝫ Juppiter (ut ait ille) sꝫ qr suꝫ de⁹. Ille sane multa nobis ad aurē cordis assidue logr: quē si audire uoluerimus: facile poterimus horū circulatoruꝫ ꝓmissa cōtēnere. Mors certa est: hora mortis incerta: ut oēm horā uelut ultimā expectemus: hec salutariter nosse satis est. Que igit horū ipudentia: que nostra demētia: ut multa caligine obsiti soliq; deo cognita: uenturi tpis denunciatiōe nos cruciēt? Est vnū fateor in hac tota uanitate mirabile: q; cū in religs ualde ueridicus qsq; vno insigni mēdacio subeat mēdacis infamiā: hic quātūuis mēdax vna fortuita ueritate: ueridici famā cōsequtur. Mirat hoc Licero alijs licet uerbis: in eo libro quo exiguo in spatio diuinationē edificat euertitq;. Augustinus autē ⁊ sepe aliter ⁊ in libro diuersarū questionū: maxime aduersus eos loquēs: qui nūc (ut ipse ait) appellātur mathematici: uolētes actus nostros corporib⁹ celestib⁹ subdere: ⁊ nos uēdere stellis: ipsumq; precium quo uendūt a nobis accipere. Rationē affert: Cū aūt multa uera inquit eos ꝑdixisse dicat: ideo fit q: nō tenēt hoies memoria falsitates erroresq; illorū: sed nō intenti nisi in ea que illoruꝫ respōsis ꝓuenerūt: ea que nō ꝓuenerint obliuiscunt: ⁊ ea cōmemorant que nō arte illa (que nulla est) sꝫ quadam obscura rerū sorte ꝓtingūt: Qō si peritie illorū uolūt tribuere: dicāt artificiose diuinare et mortuas mēbranas scriptas quaslibet: de qbus plerū q; pro uolūtate sors erit. Qō si nō arte: de codicibus erit sepe uersus futura prenūciās: qd miruꝫ si etiā aio loquētis nō arte sed sorte exit aliqua ꝑdictio futurorū? Nec ultima qdē Augustini sunt: que hinc auctoritas hois cōmēdat: hinc fides. Moruꝫ ⁊o fallacijs oib⁹: qd putas aliud viā fecit nisi vulgaris inscitia ⁊ infinita cupiditas (ne dicā rabies) sciēdi ea tm̄ que nec sciri possunt ⁊ scire non expedit? Tu ergo genus hoc hominū temerariū ⁊ procar ac tranquille vite cōtrariū: fuge ut quātū possibile est: breuissimū hoc tēpus: sine supuacuis ⁊ inanibus curis agas. Sic enim habeto donec super stitionum pondus abieceris. Beatam vitam poteris optare: non assequi: contraria se vicissiꝫ trudūt: nunq; metus ⁊ felicitas cohabitant. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad. L. M. Jn quot incōmoda homo ebriosus icidat ostēdētis. Epla. XXXV.

Taceo que aduersus ebrietatē copiosissime dici possunt: q; feda: q; periculosa: q; tristis egritudo est: quātusq; furor: sciēter obruere atq; enecare spumāti dolio rationē: qō singulare ac precipuū habet hois natura: neq; pedes: neq; linguā: neq; aium in ptāte habere: tremulū caput: instabiles manus: stillātes oculos: grauē corporis odorē ⁊ pridiani meri reliquias crastino insultātes. Taceo libidinis regnū: virtutis exilium: vulgi fabulā: ac risum bonorū odiū atq; cōtēptuꝫ: mutationē repētinā sileo ⁊ quālibet doctor instātiam ac cuiuslibet etatis infantiam: oium iocis ac fraudibus oiumq; ludibrio expositā: rimulas quoq; mentis oppressse ac futilis: ⁊ graui pondere satiscentis vnde secreta effluūt: sepe cum ꝓpria: sepe cū aliena pnitie: que multis mortis ⁊ extreme miserie cā fuit: luctū ꝑterea ⁊ inane gaudiū: ⁊ cōtentiones: ⁊ iurgia ⁊ ꝑcipitiū ⁊ incautos cōgressus inermiū cū armatis. Nec ut nota inquā ⁊ vulgata ꝑtereo. Est Apuleij Madaurensis liber qui inscribitur floridorū. Jbi qd primus crater agat: qd secundus ac deinceps faceta narratiōe disserit: cui⁹ sententiam nō muto sed extēdo. Nescio enī cur aut quō plus hodie bibit q; olim: Utināq; hic luxurie modus esset: quocūq; te uertas fragiliores ad virtutē: fortiores ad vitia facti sumus. Secūduꝫ me igitur. ꝓmus crater ptinet ad sitim: secūdus ad letitiam: tertius ad uoluptatē: quartus ad ebrietatē quintus ad iram: sextus ad litigiū: septimus ad furorem: octauus ad somnū: nonus ad mortū. Nec illi Marco Bibulo colleg: nō Julij Cesaris sꝫ tuo cuius assidue cū vitijs lasciuiaq; litigas: si ꝑfutura crediderīs: meis ⁊bis dicito. Si forte sibi irrepehēsibilis videt: eo q; nōdū ad ebrietatis extrema puenerit sciat plus esse e sobrietatis ac modestie fastigio: uel modicū descendisse: q; ubi semel labi ceperis in fundum excidere. Gradatiꝫ subeūt virtus ⁊ nequitia: nemo ul' optimus uel pessimus fit repente. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad. L. M. eum ad belli imminētis ꝓfectionem hortantis: simulq; non pauca de felicitate in breui vite spatio multis exemplis commemorantis. Epistola.XXXVI.

Jdes silētiū interrūpit: charitas loq cogit: Testor Christū: coactus ad scribēdum uenio: que si eodē aio lecta fuerint quo scribūtur: poterūt ⁊ mihi apud te beniuolētiā augere ⁊ tibi gloriā apud gētes: Quonā enim mō dissimulare possum: si nō falsum amicitie nomē gero: quin te magnis piculis circūuentū: uel dormiētem excitē: ul' cōmonefaciā vigilātē? Uides q̄; graue bellū iter Gallū Britānūq; reges oriī. Nulla ꝑculdubio tāta res ab auorū nostrorū tēporib⁹: certe nec ab atauis pauor in Europe finib⁹ apparuit: aut tā latus glorie cāpus fortib⁹ viris oblat⁹ est. Cuncti reges ac populi suspēsi ad tāte cōtētiōis euētum: ꝑcipue qui ab alpib⁹ Jtalie ad oceanū incolūt: qs ingēs vicini tumult⁹ exciuit fragor: in armis sūt: Tu solus tāto sub turbine dormis. Te qdē Virgiliana premit icrepatio: ⁊ tibi celo missus nuncius exclamat: potes hoc sub casu ducē somnos? Nec que circumstent te deinde pericula cernis? Profecto si nihil aliud q; pudor obstreperet: debebas celerius expergisci: Qua enim fronte: quo animo ceteris ad estiuum solem sub galea ⁊ vmbone de gentibus: tu procul ab agmine virorū: femineaq; circūstipatus acie: cōquisitis pastus epulis ⁊ molli veste cōtectus vmbra torpes ⁊ ocio? Homo oli (ut putabā) auidus honoris ⁊ glorie: homo potēs ⁊ nobilis: homo iuuenis ⁊ robustus: qd oro te impedit? Mūditias amas: refugis labores: sed aud-

gdē ⁊ si grāmaticus melioꝛ q̄ uel cosmographus uel poeta:sequens tamen pꝛiorū uestigia:super illum Uirgilij locū:Tibi seruiat ultima Thile:sic ait Thile ysula est oceani iter septētrionalē ⁊ occidēta lē plagā ultra Britāniā:Hibernīā:Orchadas.Uides ut vnum fere signū oēs aspiciat:ut inter septē trionē ⁊ occasum ac nō ꝓcul a Britānia uario sermone cōueniāt:ubi si coꝛpore cōueniissent:re cogēte:mutassent fortē sentētiā.Duo longius abscedūt a ceterorū dictis:sed an ad ueruꝫ ꝓpius accedant: an ꝓpter distātiam:nō ita manu(ut aiunt)mendacium pꝛendi possit:interdū est.Horū alter Orosi⁹
E est:cuius supꝛa mētio est habita.Alter ỹ o pōponius Mela:nobilis cosmograph⁹:queꝫ Plini⁹ in multis sequi solitus hic neglexisse visus est.Is enī toto anno vnum solis oꝛtuꝫ uerno:vnūq̄ autūnali equinoctio occasum:atq̄ ita vna die dūtaxat:vna q̄ nocte distinctū anni spatiū Hyperboreis populis assignat:ꝓmuꝭ in littore Asiatico sup Aquilonē Rhipheosq̄ mōtes habitātib⁹:omniuꝫ(si qd sibi credimus)moꝛtaliū innocētissimis felicissimisq̄.Thilem aūt inter oceani insulas:Belgarū littorib⁹ oppositā testat:noctes ibi bꝛeues hyeme qdem fuscas:estate lucidas:solstitio nullas.Adest tanta diꝛscoꝛdia:ut mihi qdē nihilo videat occultioꝛ insula ipsa q̄ ueritas.Sꝫ bene habet:quia qō laborioſe querimus:impune nescim⁹.Lateat ad Aquilonē Thile:lateat ad Austruꝫ Nili caput:modo nō lateat in medio cōsistens virtus:⁊ huius vite bꝛeuis semita:per quam magna pars hoium palpitando titubādoq̄ ꝓficiscit:ad incertū finē ambiguo calle festinās.Ne ergo nimis magnam operā impēdamus in ingsitione loci:quē foꝛsan inuentuꝫ cupide inqueremus:claudēda iā epl'a:⁊ tēpus curis meliorib⁹ impendendū est.Hec sunt que de hoc ambiguo tibi nūc ex ipsa(ut ita dixerim)ingsitiōis area excutere potui:Reliqua a doctioꝛibus exige.Mihi quidē si hec ne latibula rimari ⁊ abdita nosse negatum fuerit:meipsum nosse sufficiet.Hic oculos aperiam:hic figā intuitum:orabo euꝫ qui me fecit ut se mihi meq̄ simul ostendat:⁊ (qō uotum sapientis est)notum mihi faciat finem meum.Uale.

¶ Frācisci Petrarche ad Thomā Messaneñ.super uacuuꝫ esse curas hominum in longum pꝛotēdi in
A etate bꝛeuissima affirmantis. Epistola.XXVIII.

Quid ad litteras tuas dicaꝫ?Uereoꝛ ne humanoruꝫ toꝛrens rapidissimus errorū amicum nostrū fundo aluei rotatū cū vniuerso
q rapiat.Senescit(ut vides)inter ludos atq̄ pꝛestigia foꝛtune:multa sibi ꝓmittēs:que(mihi crede) nunq̄ uenient.Una tū excusatio est:Oēs idē fere moꝛbus habet:quem inueniesqui nō spe crastine quietis hodie laboret?Hec felicitas:hec moꝛtaliū vita est:mirus furoꝛ:nec miroꝛ ideo q̄ public⁹:bꝛia re inuentos ⁊ certis bonis abiectis incerta sectari Ignorāt hoies:quātū lucri sit spes inanes ⁊ fallaces ꝓdere:Nulla grauioꝛ sarcina:nulla tamē tristi
B us deponit:Usq̄adeo malis etiā ꝓpꝛijs delectamur:Laborat ille qdez ⁊ suspirat ⁊ anhelat super uacue:⁊ cōtra Flacci sniam:Terras alio calentes sole pmutans bꝛeui foꝛtis iaculat euo multa.Non accuso i alijs qō in nobis excuso:Tulit ⁊ nos multa videndi ardoꝛ per terras ac maria:⁊ nūc maxime ad extrema terrarū ea me uoluptas traxit:pellente hinc tedio rerū:moꝛūq̄ odio quo rursum dura necessitas retrarit:nudiusterti⁹ applicui:⁊ cum multa inde sibi scripserim:reuersus puluerulētum calamum tuo pꝛimū noie deterſi:Amicus aūt noster:nō ut doctioꝛ redeat nullū mundi littus inaccessuꝫ finit:⁊ omni uento caduce frondis more circumuoluit:Suspirioruꝫ eius nullus(ut auguoꝛ) finis erit nisi qui vite.Hoc sibi uerbis meis dicito. Raro qdem pꝛemeditata succedūt:sed finge succedant:crescit cū felicitate miseria.Jd haud difficile psuaderi posset experto:nisi cōsuetudo pessima aures salutaribus uocib⁹ obstrueret.Sed ipse de se viderit:tu vō ceptū tene:⁊ ne turba delirātiū aiuꝫ a ꝓposito cōuellat caue. Senece:imo vō ipsius nature ỹbū est. Nec multo op⁹ est nec diu.Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Stephanum Colūne Juniorem:uti victoria nescienti frustra esse q̄ vicerit narrantis:exemploq̄ Hannibalis:Pompeij:Cyri:Alexādri:Agamēnonis ac Scipionis Africani comꝛobantis. Epl'a.XXIX.

Otuisti vir foꝛtissime vincere:Scito sapiē
p tissime vir uti victoria ne quis vnq̄ nostrū tibi possit obijcere:qō Cānensi quondam die Mabarbal Hānibali:qui si cōsilio obsecut⁹ recto calle ab acie Romā sanguie nr̄o roꝛātia signa uertisset:quenam sit hiſtoricorum opinio nō ignoras.Sed illius impijs ausibus obstitit Italie fauens deus:Idem pios adiuuans conatus:aciem tuam comitabitur:uestigia diriget:se duce victricia signa nō deseret.Ille tibi nūc ꝓpetuaꝫ victoriā ultimūq̄ tuorum hostium exterminium pollicet: qui de tot oliꝫ barbaricis legionib⁹ piam paucitatem Theodosij ꝓncipis saluam fecit.Et tu ꝓfecto iustissimā cām foues:⁊ qui illius tūc iustitie fuit: tue nūc testis est Chꝛistus:deuotissime tibi dieb⁹ ac noctibus inuocādus:ut pagat qō incepit:non equidem ꝓcul ille:sed tecuꝫ est ⁊ tecuꝫ erat(mihi crede) dū vinceres:Alioquin quonā mō cuꝫ paucis tm̄ fudisses exercitū:atq̄ vnus duos supbissimos hostes incautusq̄ idē ac ꝓpe semiermis pꝛemeditatos illos ⁊ instructos inopino marte tā celeriter oppꝛessisses?Aderat ꝓculdubio celeste p̄sidium:aderitq̄ quotiēs nō mutata iustitia ptis tue pie reuerēterq̄ postulabit.Jtāto securus duce:⁊ de cesorū sanguine renascētē puerū ecclesiarū spolijs oneratū pꝛedaꝫ uerius scito esse q̄ pliū:Pꝛioꝛ nēpe victoria ut gloriosa sic inops fuit:hec tā opulenta q̄ facilis:Uade igit ad certā victoriā:potiꝰ iā ad ambiguū certamē:⁊ uade nō tā ꝓpꝛijs viribus q̄ diuino fisus auxilio.Ipsa pꝛo te etiā elemēta pugnabūt que pꝛo Theodosio pugnauerūt(qō q̄ ait Claudian⁹)Tibi mittet ab astris Eolus ar- Claudi
matas hyemes:tibi militat ether:⁊ cōiurati uenient ad classica uēti.Nā ⁊ tu quoq̄ cū crucis hosti anus
bus:Ih̄u chꝛisti nomē usurpātib⁹:bellū geris:qō sic eē nou⁹ Eugeni⁹ ex agno lup⁹:tyrān⁹ ex clerico:opꝛesse ac nudare per Italiaꝫ testant eccl'ie:Te non
B tuaꝫ magis q̄ suaꝫ iudicē offensarū,poscit lesa diuinitas.Noli gemie deesse vidicte neq̄ in his que gesta sūt spez usq̄adeo posueris ut que sint gerēda nō videas.Aliqd est actū:imo multū:immo pluri muꝫ:imo nihil cum ꝓncipio finis desit.Ne queso cum victoria uti possis frui malis qua in re nostro quidem optimo sed pessimo facto suo errasse tantus ille militie magister arguit.Quis āt vnū illō oibus bellorū ducibus qui sunt:q̄ erūt omnib⁹

cōmendantis. Epistola.XXXVII.

A Magna p:orsus amoris ⁊ mira potentia est
m qui tā ualide tāq; tenaciter inuisibili q̄dez
sed haud quaq; isensibili nexu minima ne-
ctit imensis: ⁊ quorū nulla paritas:pari regit ipe-
rio. Quid ni aūt hoc iuris habeat in animis hoiuz
sensu ⁊ ratiōe vigentib⁹:qui certis federibus sur-
da ⁊ aduersa inuicē elementa cōglutinat? Nō flā
mis acr:nō terra fluctib⁹ hereret:nō ripas fluuij:
nō equo: littora:non semitas suas astra cognosce-
rent:nisi oipotens: ⁊ (ut eum uocant) sacer o:bis
amo: vniuersa cōnecteret. Qui celū igit ac terras
equo iure moderat: Is inter humilitatē meam ⁊
tuā altitudinē nō discernit:habet hoc ille p̄cipuuz
equare nouit inequalia:amātq; fideliter vir patit
nō amari. Sēsit olim claritas tua:nullis quidem
meorū actuū argumētis:sed solo (ut dici solet) mē
tis augurio:habēt eniz ⁊ suos oculos animi:quib⁹
sese mutuo superatis co:poreis uelaminib⁹ intuen
tur. Sensisti inquā vir clarissime:quenā erga tuuz
nomē deuotio mea sit:ut amāti vicē referas:amo:
B cogit. Jd cum sepe multis indicijs:tū ex duab⁹ nu
per epistolis tuis: quas mihi Joannes Aretinus
Lācellarius tuus ostēdit iucūdissime recognoui.
Jn quibus mirū dictu:cū p:o totillū tantisq; rebus
huc miseris:nō de Romane curie statu:quo nihil
hac tēpestate defo:mius:nihil icredibilius:nō de
maiorū fo:tunis amicorū:nō de ipsis rerum tua-
rū succelsib⁹: Postremo nihil oino nisi de me meis
q; rebus interrogas:atq; illum increpitas: q̄ cu-
riosius in religs id vnuz q̄ singulariter p:eq; om
nibus nosse desideras tacuisset. Ac ne quis te fo:-
tuito locutū putet:bis idē per litteras questus es.
Mitto alias ijs fortasse mirabilia qui nescirēt: q̄
familiariter olim cunctoruz dīs Augustus Cesar
C Uirgiliū ciuē tuum rusticane originis sed minime
Rusticani virū ingenij dilexit: ⁊ Horatiū liberti-
nū patre: ſz ingenuū stilo:quiq; p̄cipis illi⁹ ad eos
dez humiles amicos:uelut ex equo missas ⁊ sepe
dulcib⁹ blāditijs refertas epl'as nō legissent. Quo
rum reco:datio quantū miraculo adimit: tantum
adijcit letitie:dū talib⁹ exēplis me misceri sentio:
tanteq; laudis mihi aditum aperiri:quoniā ut al-
ter ex his cesareis amicis ait: P:incipib⁹ placuis-
se viris nō ultima laus est. Enimuero nouum hic
miraculum emergit: Ut enim multa illis:sic mihi
fateo: nihil est quo placere debeā: Quō enim spe-
rē alijs placiturū qui mihi ipse nō placeo? Fo:tu-
natam sane dicimus uxorem:nō que fo:mosa est:
sed que viro suo videt. Fo:tunatū seruū:nō cuius
est opera nobilio:sed in quez amo: dīi ꝓpensio:
Sic ego quisq; uere sum:si tibi aliqd video: : opi-
nione tua me felicē dixerim: Et si nihil habeo quo
placere merear:tamē si placeo satis est. Agerē gra
tias tibi:nisi humanitatem tuā uerbis meis equa-
ri posse diffiderem. Jn his quidem que loquentis
ingenium exceduntiacere consultius. Uale.

Franciscus Petrarcha ad Marcum suum:ad di-
uinum amorem euz adho:tantis:pollicentisq; suū
erga illum nunq; defuturum. Epl'a.XXXVIII.

A Animum tuū:qua visibilis fuit optime vir:
a aperte satis in litteris ostendisti. Neq; eni
loqui taliter quisq; potest: nisi qui taliter
est affectus:sentio aculeos stili:magnus tibi amo:
uerba dictauit:occurroq; auide ⁊ pulsanti amici-
tie mee fores letus aperio. Quid loquo:: aperio:
que tibi suauissime postulāti:iam aī quadriennū
patuerūt? Agnosco Marcū meū amplecto:q; cuz
gaudio in his litteris tuis:ad me longo (ut ita di-
xerim) silētij postliminio redeūtē: ⁊ nūc illius flo-
ride indolis tue fructus uberrimos gratissimosq;
p̄cipio. Semp egdē sperauiiut tant⁹ de tali adole-
scēte vir fieres. Sed id fateo:: tā cito fieri posse nō
credidi:p̄uenit spem meā p̄co: eoq; gratio: virt⁹
tua. Leterū ⁊ ardētissimi ꝓpositi tui memini: q̄
mihi nō paucis oliz uerbis in ipso amicitie nostre
p̄mo:dio fidētissime reuelasti. Jdq; nūc uel muta-
tum:uel (q̄ magis auguro:) dilatū esse nō doleo:
mō mihi illud exhibeas:q̄ optio p̄ncipio pollici-
tus es:ut in omni fortuna deū ames: Jlli ihereas
illū collas:atq; ad illū toti⁹ animi itētiōe suspires.
Nō ipossibilē tibi legē statuo:qua te ire iubeo:tri-
ta est via:quā multi viri clarissimi magna cum glo
ria:per reipublice tēpestates ad heremitici port⁹
silētiū puenerūt:q̄z multi etiā ꝓcul inde iactis an-
coris nauigationē vite p̄sentis felicissime cōpleue
rūt. Nouit figmētū nostruz figulus ille sydereus:
Scit quid nobis expediat: ⁊ anime nostre sepe in
enarrabilib⁹ modis qb⁹ se tramitib⁹ aditi uelit insi
nuat. Tu igit ne desperes q̄si deuiū: ⁊ (ut Pytha-
gorici uocāt) leuū iter ingressus sis:aut q̄si tuoruz
cura ciuitū quā geris diuine quā petis gratie sit ad
uersa:pge:age ne titubes: ne subsistas: neu saluti
tue desis. Aderit ille qui tēpus tuum q̄ ōle dispo B
sueras:nōdū uenit:p̄uidit infallibiliter ab eterno.
Nec est quo te iteriz inutiliter natū putes si patriā
tuā his p̄sertiz tp̄ib⁹ tui egētē:que (ut Plato vult)
ort⁹ tui partē sibi iure suo uēdicat:ope cōsilioq; ad
iuuas. Notū est apud Ciceronē celeste illud Afri-
cani mei dictū: Oibus qui patriaz cōseruauerint:
auxerit:adiuuerit:certū eē in celo definitū locum:
ubi beati euo sempiterno fruant. Et q̄ seq; : Ni-
hil eni est ingt:p̄ncipi illi deo qui oēm hūc mūduz
regit q̄ gdē fiat in terris accepti⁹ q̄ cōsilia cetus- Eos celo
q; hoiuz iure sociati:que ciuitates appellātur. Sa frui qui
ne cū exoptatū tibi amice tēpus aduenerit:ut teip patriam
sum humo tollere:nō tm̄ ut Maro:uel Enni⁹: : sed tutatisūt
ut Ambro:si⁹:uel Arsenni⁹ possis alis ad uolatū ua
lidis. Facies tādē re ipsa:q̄ aio iā p̄dē facies eo
dē adiutore qui inspirato: fuit: ⁊ facies ut spero se
curius etate itegra maturoq; cōsilio:q̄z si id incon
sulto repētinoq; ipetu iuueniliter attēptasses: Si
cut enim per terrā latrūculis uacuā atq; purgata
per planum ac solidū callē sub tranquilla celi tem
perie tutū viatori iter est:sic sedatis passionib⁹ fir-
matoq; ꝓposito: ⁊ p:imeue insolētie timore com-
p:esso per modestiores atq; sereniores etatis an-
nos tutissime pergitur ad salutez:q̄uis nulla etas
repulsa:nullum (ut dixi) genus hominum:eorum
qui in aliqua honesta exercitatione uersantur: ab
hoc tramite sit exclusum: constetq; iuxta Ploti-
ni sententiam: non purgatorijs modo purgatiq;
iam animi: sed politicis quoq; virtutibus bea-
tum fieri. Ut enim aliquid more nostrorum lo-
quar:actuosa Marthe sollicitudo non spernitur: L
q̄uis sublimio: contemplatio sit Marie. Habes
ergo charissime quantum inter huius temporis
angustias licuit. Unum de postulatis tuis quod
fuit: ut tibi p:o informatione vite aliquid scri-
berem: Habes hoc inquam p:o vnius anteluca-

felicitas est:ad quam nō modo forma corpis ⁊ p̄sperior ualitudo:sed diuitie etiaz admittuntur seu potius exigūtur:nimis furum insidijs expositа:nimis deniqz sollicita semp ac trepida: quo nihil est a felicitate remotius: Naz illa Epicuri in uoluptate cōsistens:non solum nulla felicitas:sed extrema miseria est. Quid eni hoi miseri⁹ qz̄ humanū bonū bono pecudis:hoc est rōnē sensib⁹ sb̄strauisse? Sz nōne ego parū sani capitis videbor:qui iter tātas ptes sūp lite tā dubia iudex nō electus accesserim. Credat igit̄ qsqz qđ credidit:durū est eni ab iueteratis opinionib⁹ auelli: Extāt de his phōrū tractatus uarij:quoz vir noia epl'e clauderent̄ angustijs Extat iteger Ciceronis liber:qui de fine bonorū ⁊ maloz inscribit̄:quē cū legeris nescio an qcq̄ uel auarib⁹ uel igenio relictū sit qđ regrēdū putēt. Sz qm̄ a me nō qd uerū (id enim forte abditū est)sed qd mihi videret̄ postulasti: Breui rē oēm fine ꝯcludo: Noli iniqs cōsultorib⁹ aurē p̄bere:neqz famaz neqz salutē tuā diligūt:id tm̄ ꝯsulūt qđ uel sibi eligerēt uel tibi gratum putāt: Tu vo nihil p̄ter honestū cogitare:nihil in bonis numerare debes: At utile lucrū est. Ita p̄sus si cū honestate cōiūctum sit. Aliogn nil noueris eē posse dānosius. Uulgatū est qd de hocipso in officialib⁹ libris Cicero idē disputet. Sed magna ps legētiū rerū negligēs solis vbis inhiat: ⁊ p̄cepta vite iudicio'auriū qsi totidem fabellas amplectit̄. Tu memēto illic nō lingue sed ai negociuz agi: hic est non rhetoricos sed p̄bicos eē sermones. Stet añ oculos id qđ Athenis olim Atticis uotū fuit: ⁊ Themistoclis cōsiliū ⁊ Aristidis interp̄tatio: ⁊ iudicium cōcionis: pinde q̄uis vulgus irrideat:ac demū lege emolumētū nō asp̄nor si nihil p̄bri mixtū affert:si secus nō al'r auruz qz̄ scopulū vitabo. Aurū enim ut ait Plaut⁹:multa multis sepe suasit perperam. Deniqz (ut eodem cū auctore ꝯcludam) Nō ego oino lucrum omne esse utile homini existimo. Uale.

¶ Frāciscī Petrarche ad. T. M. regiū cōsultorem: mediocritatē oibus in rebus esse appetēdam: ⁊ p̄cipue a regibus:cōsulētis. Epl'a.XXXIII.

Uānis nō sim nescius:quāto plus sub multoz qz̄ sub vnius impio romana res creuerit:multis tm̄ ⁊ magnis viris visum scio felicissimū reipublice statū eē sub vno eodemqz iusto p̄ncipe. Ita pugnare simul auctoritas ⁊ expientia videnť:sed maioz est questio qz̄ ut tā breui sit explicāda litterula. Certe ut nr̄arū rerū pñs stat⁹ est:in hac aioz tam iplacata discordia:nulla p̄sus apud nos dubitatio relingtur:monarchiā eē optimaz regēdis reparādisqz virib⁹ italis:qs lōgus bellorz ciuilium sparsit furor. Nec ut (ego noui fateorqz) regiam manū nostris morbis necessariam:sic te illud credere nō dubito: Nullum me regez malle qz̄ hūc nostruz:cui⁹ sub ditione viuim⁹:adeo suauiter ac tranqlle:ut nec Pyrrhi humanitatem:nec fortunam Alexādri:nec Galēti iustitiā:nec (ut romanis poti⁹ exēplis utar) Romuli ardorē:nec Nume religionez:nec Tulli militiam:nec Anci magnificētiā: nec Targni habitum:nec Seruij p̄uidētiam regram⁹. Et p̄fecto si regem a tyrāno sola iustitia discernit: Iste rex uerus est:quēlibet tyrānuz uocent neriissimi oium tyrāni qui se patres patrie dici uolūt:cuz qb⁹ nullus Phalaris:nullus Agathocles: nullus Dionysi⁹:nullus deniqz Gai⁹ aut Nero omniūqz fediss̄im⁹ Heligabalus possit de ipudicitia ⁊ feritate cōtēdere. Sane qm̄ p̄udētis est:nō tā qđ delectet qz̄ qđ expediat aduertē: Inqz hocipso nō p̄ncipia reruz:sed exit⁹ cōtēplari. Tibi cui⁹ ille cōsilijs agit̄: optimo cōsilio:cui⁹ de p̄udētia ⁊ fide dubitari nusqz̄ sinis:tibi inqz̄ amice cui anim⁹ me⁹ not⁹ est:hoc rusticū forte sed fidele cōsiliū dedisse uelim:ut suadeas sibi fines suos satis patere: siue opes siue gl'iam spectet. Cupiditati nihil est satis: Illa eū nō fallat p̄missis ingētib⁹: Aurea mediocritas est in oi fortuna humana qdē felicitas:nullo sibi fine p̄posito p̄gredīdi auida: ⁊ in infinitū tendēs:ut sollicitudinis plurimū:sic nihil solidi:nihil certi:nihil geti hēt. Ideoqz semp mihi placuit Africani modestia iuniorīs:qui cēsor lustrale carmen: quo a dijs romane felicitatis augmētū poscebatur uelut nimie cupiditatis plenū: ⁊ ipsis ipoz tunū deis mutari: ⁊ ex illo nō aliud qz̄ status qui tūc erat stabilitatē solā iussit exposci. Sobrie qdē ac p̄udēter:si ⁊ mortalia cōsistere scirēt: ⁊ ab oipotēti deo petitū eēt:qđ a dijs fallacib⁹ petebať. Multa hic dici posse video:sed qd opus est vbis? Uides aiuz meū:qd cupiā: ⁊ qd metuā nosti. Audio illum nouas res moliri:opto feliciter:si pgit:sed malo desinat:tutior eni via est. Oppone te oro p̄ncipijs: Ingere sibi illud abstinētissimi ducis: Romanos non tā aurū hēre qz̄ impare aurum hūtib⁹ uoluisse. Id si de auro recte dicit̄ qđ abdi pōt:qd de terris atqz urbib⁹? Itēqz si de hostibus recte dicit̄:qd de amicis dices:quos nō coacto:sed spontaneo moderēris impio? quoz nō terris mō uel aurū:sed corpa: sed aios pleno iure possideas:cū honestius:tuz tutius est amicos hēre qz̄ p̄simonū amicoz: Et ubi uolētibus possis:stultū est uelle nolētib⁹ imperare Philosophoz:gnpotius nāe uor est: Nihil violētum diuturnū. Modestos regni fines:facile tuearе. Immēsum impium difficile queri̊:difficillime custoditur. Uale.

¶ Frāciscī Petrarche ad. T. M. ⁊ tristē p̄teritorum memoriam ⁊ anxiā sollicitudinē futuroz deponēdam admonētis:mathematicis etiam nō credēdū eē scripturarū testimonio,p̄bātis. Epl'a.XXXIIII.

Bijciamus oro si possumus ⁊ tristem p̄teritoz memoriam ⁊ anxiā sollicitudinez futuroz: Torquēt enim de nihilo: ⁊ geminis uelut aculeis vite nr̄e regem hincinde perturbant Quid anhelam⁹? qđ affligimur:nec trāsacta mutari p̄nt:nec ueniētia p̄uideri. Quid mathematicis opus:aduersus quos:nō modo sanctoz sed philosophorum ⁊ poetarū ⁊ oium uera sentiētium:clamat auctoritas? Et ut plurium philosophica p̄tereaz:puulgato Maronis testimonio: Ignaras uatum mētes quis ignorat? Scitum est illud Actij: Nihil ingt credo augurib⁹:qui aureś uerbis ditāt alienas:suas ut auro locupletēt domoś. Nec min⁹ illō Pacuuij uetustissimi poete: Naz si que uētura sūt p̄uideāt:eqparent̄ Joui. Nec tu poetaz a philosophia putes hac in re diuersuz. Sic eniz ait Ysaias: Annūciate que futura sūt in futuz: ⁊ sciem⁹ qz dij estis uos. Fauorini igit̄ doctissimi viri Ciceronianuz: magna ex pte ꝯsiliū:quo nos uterqz ab hiś oib⁹ p̄stigijs at fallacijś deho:tať:nō admittēdum modo:sed ampliādū cēseo: Aut eniz p̄missores hi qui uenturi noticiā pollicent̄:aduersa falso p̄nunciant: ⁊ frustra nos inani terrore cōpleuerint. Aut

B Nō qđ delectet sz qđ expediat ligendū p̄udentie.

Modestia africani iunioris

L

Matematicis nō eē crēdēdū p̄bať auctibus.

B paratam tibi apud me:quam ut ad te perferre nun
cius tuus nullo sibi persuaderi quiuit ingenio. Iu
be illum ad me:sed exorabilem reuerti: Alioquin
meus ad te ueniet: etsi vulnus nostrum nulli nisi
medico reuelatum uelim. Preterea his illud addi
deriz ludicre potius qz iucunde:litteris utrinqz cō
sultū: Mihi eniz cōditiōis mee solamē additū nō
in angustijs te comite delecter: sed qz in me indi
gnari non sit fas quod cōe mecum habeat tantus
vir:tibi vo laborem excusationis ademptum:nisi
enim tu preoccupasses:iam calamus erat in mani
bus: At ne quid nostraruz rerum feneratoris aua
rum limen attingeret:interpellare decreueram:ut
tu necessitatibus meis accurreres:quid vis dicaz
uberrimum philosophie locum copiosissimamqz
materiaz non ignoro:ubi cōtra tela fortune in qui
bus non ultima est paupertas:armātur animi:que
licet in nostris finibus non habitet:quia tñ (ut ele
ganter ait Flaccus) Cur te nescio quid semper ab
est rei: z hic quoqz multa:non tm̄ nobis:sed in cōe
salubria dici possunt:que sciens sileo:ne publicum
sequar morem:pro rebus uerba prestantium faci
lis amicitia est:pro petito auxilio consilium dare.
Certe ego in his casibus qui domi mee crebri sūt:
essentqz rarissimi:nisi me reifamiliaris incuriosum
cura generosior effecisset:cum multa remediorum
genera:uel ipse mihi conficiam:uel a doctioribus
confecta reperiam: Cum illud in primis efficacissi
mum experior:qz licet omnis fortuna suas habeat
molestias:sitqz uerissimum qō ueritatis inquisito
ribus visum est: Omnem vitam etiā que felicissi
ma videatur esse tormentum:molestissimus tamē
z occupatissimus: z si profundius inspicias:uere
miserrimus est diuitum status. Contra autem:du
C ra quidem se tutissima z expeditissima est pauper
tas. Mediocritas optima: z iter rarissima dei do
na hanc nobis cōtigisse gratulor. Si quid interdū
deest:accidit ut vnico defectu multorum nos mu
nerum suoruz liberalitas celestis admoneat: z bre
ui gustu amaritudinis prosperitatem nostram no
bis efficiat dulciorem. Qui si multa:qui si omnia
deessent:hoc animo tñ sum:ut felicius rear lauda
biliter egere:qz turpiter abundare: Nec nosse ue
ram opulentiam eos qui honeste mendicitati inbo
nestas diuitias anteponunt. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad. T. M. eundem ad bono
rum amicorum conquisitionem: z ut malos tanqz
maritimos fluctus fugiat exhortātis: Bonos etiā
uel paucos uel nullos esse:malos autem qz plurimos probantis. Epistola.XLI.

A Tudeto bonis oibus esse charissimum:ne
s qz uerenduz est ne nimios habeas amicos
aut nimium tibi negocij obijciam. Ita di
co:si omnes bonos amicos tibi feceris pauci erūt.
Rari quippe boni:numero vix sunt totidem quot
Thebarum porte uel diuitis ostia Nili. Quis in
quis hoc loquitur? Quid refert si dictum probas:
quid queris auctorem? Omne uerū (ut ait Augu
stinus) a ueritate ueruz est. Ego hec loquor:an for
te tu negas? Loquit̄ experientia que mentiri non
solet:loquit̄ ueritas que mentiri nō potest Qui si
mortalem poscis auctorez:loquit̄ hec peritissimus
rerum talium Juuenalis: quicqz profundissime mo
res hoium nouit. Si sibi nō credis:audi aliū:cui⁹
ore loquit̄ qui nō modo nouit sed z creauit homi
nes. Is ergo quid ait? Non est qui faciat bonū:nō
est usqz ad vnum. Poeta paucos: pheta nullum:
z sm̄ suum sensum utrqz uerissime. Tu vo (quo
niam desperandum nō est) aliquos bonos reperi
ri posse arbitrare:ne cū de omnibus desperare ce
perimus:de nobis etiam necessario desperemus.
Cogita quosdam:nō modo bonos esse sed optios:
Et pro cōcordia harū discordātiū sentētiarū Flac
cum uelut arbitrarie pnūciantez audi: Nā vitijs
nemo sine nascit̄:optimus ille est qui minimis ur
get̄. Sic est pfecto: Stoici licet obstrepāt: qui om
nem morbū ex animis se radicit⁹ auulsuros spon
dent: Preclarissimi medicorū: modo qō pollicent
iplerēt: sed in vita hominū de qua nobis amicitie
deligēde sūt: experimēto cōpertū est nullū animū
quātalibet serenitate trāquillū: leuibus saltē inter
dū ptubationib⁹ nō moueri: qbusdā humanarum
turbinib⁹ agitari. Ceterū sicut armata nauis in al
to fluctuabit̄: nō succūbet: eaqz ut nauis: sic animi
pcipua laus erit. Ita fit (qō Stoicis nō placet) ut
in hac vita cui nihil scimus inesse pfectū: sanitatis
locū teneat leuis ac medicabilis egritudo. Igitur
ut ad rē oratio reuertat̄: ex hoc genere hoium: nō
quorū nulla sint vitia sed quorū vitia virtutib⁹ ce
C dant (qō ipsuz noueris esse rarissimuz) amicos ti
bi qbus potes artib⁹ efficito: poteris aūt nullis me
lius qz imitatiōe morū ac similitudine studiorum.
Cōtra aūt malis quorū innumerabilis multitudo
est: nec amicus esto: nec hostis: certe nec cognitus.
Vultū tuū aspiciāt: animū ignorēt: Sequere illiuz
cōsiliū qui monet: ut intus oia dissimilia sint. Frōs
populo nostra cōueniat: putēt illi te agere qō vul
go agit̄: Tu vo tuū aliud negociū z aliquid semp
tecū mains agito. Sic enim maxie iter mundi di
scrimina securus euades: paucis charus: multis
ignot⁹: odiosus nemini. Ne ue me hodie de nihilo
philosophatuz putes: audio te aduersus iprobos
igēs bellū z inexorabilē simultatē suscepisse: quos
an corrigere: an delere cogites: incertuz est: utrobi
qz enim par impossibilitas: nisi qz aliquāto faciliuz
arbitror deleri posse qz corrigi. Generose indigna
tiōis aculeos laudo: certamē irritū z studiū inane
nō laudo. Si enim laborē supuacuū declinare cōsi
liū est: qd de eo labore cēseas: cui⁹ vnicus fructus
est odium? Caue itaqz receptui obsecro: Alioquin
scito multis tibi legionibus opus esse. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad. T. M. eum ut in aduer
sis se virum prebeat consolantis: cuz animi virtus
maxime in calamitatib⁹ dinoscatur. Epla.XLII.

O multa nūc ad litteras tuas dici possūt: A
o sed nec mihi ocium: nec tibi uerborū auxi
lio est opus. Aliud cogito remedij genus:
magna est enim fortune vis: neqz minor celeritas:
Interim sane omniuz que uel ex libris uel e media
vita hoium occurrunt que sunt multa z uaria: hec
summa est: Dura sunt fateor z grauia z inamena B
que pateris: Unum est difficiliū leuamen: patiētia
Si humana despicias: si te nō ad delitias: sz ad la
borem in hāc vite palestrā descendisse memineris
Si magno nisu aduersa sustuleris: memor in prē
lio militem: in tempestate nautam: in rebus malis
bonum animum probari. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad. T. M. qō ad id infelicita
tis tempora deuenerint: ut homines nō nisi ingra
titudine polleant conquerentis. Epistola.XLIII.

Nemo sine viti is nascit̄

Contra stoicos qui oēm morbuz ai extir pare po licebāt.

Mūditias mulieribus viris ãt labores ꝓuenire

Mors ultia pena est.

fortissimi viri uerbum a Salustio relatum: Munditias mulierib⁹: laborem viris cōuenire. Sitim metuis ⁊ calles arenosos ⁊ serpētes sub leone terribiles? Sed alterius ⁊ si minus bellicosi: nō min⁹ fortis viri dictus accipe: Serpēs: Sitis ardor are ne dulcia virtuti gaudet patiētia duris. At mortē gladiosq; formidas? Sed ⁊ hic uerbum illud occurrat: alterius viri fortis: Mors ultima pena est nec metuēda viris. Nō plus inq; metuēda q̄ somnus aut reges. Quid enim iter mortis ⁊ originis diem refert? Immo vo largiter: Ille nos humane vite laborib⁹ iuoluit. hic liberat. Hinc ille mos ex intimis philosophie penetralib⁹ educt⁹: in suor tu lugētium atq; in morte gaudētium. Sed ne ab opinionib⁹ vulgarium recedam⁹ a qb⁹ tñ si ad salutem ꝓgim⁹: q̄ lōgissime recedendum est: Deī timēdam eē mortem ⁊ illud vulgatissimum Aristotelis audiaī: Mortem eē ultimum terribilium: qui ⁊ ipse quoq; cōsulto nō maximum dicere uoluit sed extremum: Sed esto sit maximum: putas ne illam ideo vitare q: bello abstines aut mari? Notū ⁊ illud alteri⁹ poete: Frustra cruēto marte carebim⁹ fractisq; rauci fluctib⁹ adrie. Frustra per autūnos nocētes corpib⁹ metuem⁹ austrum. Quālibet exactam curam nostri corpis habētib⁹ moriēdum est. Sed ꝓlatāde mortis studium solet eē mortalib⁹: fateor: ⁊ excusationes publice ibecillitatis agnosco: Primum oro te: quātula ista dilatio est: deide quot ⁊ q̄ duris casibus exposita: q̄ multis virisse nocuit ⁊ vite gloriaz iminuit mors dilata? Quotidianis exēplis abūdam⁹: Sed reuerēti⁹ antiq̄ cōmemoro. nr̄a quoq; libētius q̄ externa. Si paulo min⁹ Tullus Hostili⁹ virisset ict⁹ fulmine nō fuisset Paucos annos detrahe Tarquinio: rex mortu⁹ erat ille nō exul. Appio Claudio vita lōgior cecitatem. Mario carcerē ⁊ degenerē fugā latibulūq; limose paludis attulit. Quid Pōpeio magno clari⁹ nisi splēdorē tāti nois vite diuturnitas ⁊ que illā secuta est mortis indignitas obscurasset? Quid de duob⁹ Africanis dicam: q̄to melius putas: alter ante menia Carthaginis: alter ante portas Numātie piisset? Nō ꝑmus ingratam patriam exilio indigno ⁊ famoso epigrāmate: secūdus inulte mortis iniuria cōdēnasset? Ipse Cesar Augustus quem ex oibus felicissimum iudicares q̄to felicior moreret: p:iusq̄ filie iam senescētis adulteria ⁊ q̄s execrari solitum accepim⁹: uomicas suas inciperet numerare? Omitto Regulum ⁊ Catonem ⁊ reliquos quos nobilis mors illustrat: q̄uis in Catone diuersum a nr̄is sentire cogar: De Cicerone loquor ⁊ Seneca. Nolo ante ciuile bellum obierit: ne constantie sue testes fide dignissimi detrahant: labor ac discrimē Miror intrepidum: miror colluctātem anguibus: miror arenis libycis oberrātem. Laudo ai robur: cōtumaciam: laudo libertatem: accersitā mortem despationēq; nō laudo. Ne aūt me forsā extrema putes exēpla negligere. Clarior Pyrrhus: clarior Hānibal moriturus erat: si sepulchrum ambobus Italicum cōtigisset: infaustus utriq; reditus in patriam fuit. Clarior etiam Cyrus si ante moreret q̄ Scythicos fines. Clarior Brēnus uester si pri⁹ q̄ delphicus limē attigeret. Quid uenenuz Mithridatis? Quid uarietatem Alcibiadis? Quid Themistoclis exiliū? Quid Aristidis catenas? Quid incēdium Creti loq̄r? Raro vita lōgior coequeuā felicitatem habet: que ubi occidit: nō sufficit infelicem eē: nisi pīsens calamitas trāsacte felicitatis memoria recrudescat. Et si nihil nobis accidat viuendo: tñ multa spectare cogimur in nr̄is que nos beatos eē nō sinat. Felix hic abisset Priam⁹: felix Pile⁹: felix Nestor: si filios pcessisset. Et ut alti⁹ gñis exēpla nō desint: Nō Socrates uenenatus calix: nō Euripidē canes: nō Demosthenes ac Ciceronē gladij cōsumerēt: nō obliuio Messalam: nō ploti tinū lepra puaderet: si opportuna mors istātes miserias puertisset. Exēplor vo iam satis est in re ꝑtim nō ambigua. Uides igit ut lōgioris vite cupiditas ceca est: bona mors optāda est in qua falli neminem posse cōstat: neminez penitere. Sed qm̄ usus obtinuit: nocitura passim ⁊ in caput nostrum recasura cōcupiscere: liceat optare cum populo: an tñ ignauie semita speras ad optatum ꝓuehi? Large qdem falleris: q̄ multos sopor imodicus oppsit quos labor ⁊ vigilie pseruasset: q̄ multos ul'ne cauit crapula uel suffocauit ebrietas: qui ieiunio salui forēt. Uulgatum est: Plures cenaz occidere q̄ gladium: Quocūq; ciboz genere nutritos: quocūq; terrarū angulo latitātes mors inueniet: ⁊ tributum suuz inexorabilis repetet: exiget: exorquebit: frustra tergiuersamur si ad mortē nō ierim⁹: illa nos seqtur. Cogita ergo qd honesti⁹: qd viro dignius: an delitescere ⁊ fugē qd euitare nequeas: an occurrē uenieti ⁊ offerre qd debeas: atq; ultro fortunam seq ne si restiteris vi traharis? O miserāda breuissime suauitas more: gsq; ne usq; adeo vi uēdi cupidus: ut nō statim mori malit q̄ vni⁹ anni spatio vitam cū dedecore ꝓgare: ꝓteritoz oium annoz decora corrūpēs? Quāto erit obsceni⁹ metu mortis indecoz aliqd agere: ubi ne dicam anni vnius: sed nec diei totius certitudo ꝓmittit. Et qd ipse tecum cogitas: Frem nisi mortis adire piculū timerem: Tuc utrūq; dici posset si sine piculo maneres: Nūc aūt nō ne uel repētina febricula uel pestis alia (est enim multifarmis humanoz casuuz ⁊ mira uarietas) vitam tibi quaz regi tuo negas: fortassis eripiet? Que cum ita sint: horror atq; obsecro: ut iam tādem caput attollēs circūspicias: videbis imēsam molem: tātis regum ⁊ populorum apparatibus nutātem ruiturāq;: quo eam fortune vis impulerit. Nō est dissimulationi locus: Hostes tui vigilāt ⁊ regem iugi obsego circūstāt: cui si victoria cesserit: somnum tuum in tāto nūc ei⁹ discrimine cōtēplāti ⁊ ꝑter hoc ab olim tibi si nescis infesto: qd illum animi habiturum reris? Sin aliter successerit (omnia enim rotat ad libitum fortuna) An forsan tibi ex ꝑsenti ocio securitatem in illo ardore victorie ꝓtam speras? Tu vo nō q: uolueris sed q: timueris cessasse videberis: teq; cōis ruina cū vniuersitate piter iuoluet. Crede mihi ps utraq; spectatorem te certaminis uocabit paratus ad fortune nutum: atq; ad victoris arbitrium circumuolui. Ita nnsq; fauor: vndiq; piculuz. Meminisse ꝓfuerit Metij ducis Albanoz: qui quadrigis in diuersum actis ab Hostilio Romanoz rege discerptus est: q; inter armatas acies se medium ꝑbuisset. Expgiscere oro uelociter: ⁊ dum adhuc tē p⁹ est: neglectū hacten⁹ ad officium redi. Mūdo enim tremēte dormire: nescio qd morti similiuz q̄ sopiri est. Uale.

Rāo lōgioꝝ vitā felicitatē sequi.

¶ Franciscus Petrarcha ad. T. M. Uim amoris

aucupari soleo:ne qua tñ falli queas: his seorsuz litteris quid maxime uelim interserui:quoqz vigilantior fias:Scito me easdē preces amicis alijs in Britanniā Galliasqz & Hispanias destinasse. Ne cui ergo fide uel industria cessisse videaris enitere. Uale.

¶ Francisci petrarche ad. L.M. homines nec experientia quidē ab infelicitate deterreri posse:multis exemplis ostendentis. Epla.XLV.

A a Deo pertinax & fixa mortaliū spes est aduersus infeliciter experta:ut neqz sterilitas agricolā:neqz tempestas nautā:neqz tectorum casus architectum: neqz patremfamilias sobolis acerbus interitus deterreat ab icepto. Hinc illa cōmunia ut famelicos serere & naufragos navigare: & ruinis vix elapsos:noua super eisdez fundamentis edificia molliri: & orbos senes inter sepulchra filiorum alijs procreandis intendere videamus: Piscatores frigoribus & fame confectos hic añ oculos habeo mirus & prorsus incredibile: totos dies ieiuni ac nudi noctesqz ad auroram insomnes agūt:cū interim uel retia temptantiū:vna eademqz sors est nihil agere:frustra torqueri tempus aliquāto forsitā utilius consumēdū perdere: neqz tamē obstinatis ad iceptū animis a fatali gurgite diuellunt: Usqzadeo etiā amari exercitij consuetudo longior dulcis est: Infaustā arenā:immo uerrētes alueo q̄z fugiunt egestatē: inter vndas & scopulos inueniunt:nunq̄z forte qđ tantopere satagunt reperturi. Illa quidem dictu minora: nescio an maiori admiratione digna sint. Ferarū studiuz totiens uacuatis cubilibus nō lentescit: Nouis fetibus pariēdis alēdisqz prioris raptu nunq̄z segnior tigris redit crebri partus solatio destitute mihi lo moderatior:in reliquum ardor est. Philomena postq̄z pastorali furto pditos natos: longo gemitu & predulcibus querimonijs prosecuta est nidū ab eodē ramo sequētis puerperij fortunā tēptatura suspendit. Rem dicā nouā tibi sed oibus uallis huius notissimā icolis. Aquila iā pridē in his mōtibus habitat: Subulcus aduena: nedū quos pascit suibus:sed hirsutis etiam apris asperior: clazmido insidiatus est:neqz aiam suā pluris extimās q̄z ualet de altissima rupe que fōti Sorgie nubib⁹ par impendet ancipiti fune demissus:cuius rei uel meminisse horror est ad aereā domū temerari⁹ predator accessit: & sollicite genitrici:spez generis pullos implumes abstulit. Id semel:idqz iterū ausus nil amplius aquilā mouit:q̄z ut nuper tristi domicilio deserto:nidum dumosāqz suppellectilez in alterā rupis partē parūper auexerit. Illic modo sepius amisse sobolis spez refouet: Nihil sollicito letius ut reor. Siquidē sareus iste suus hostis exigui lucri cupidus:vite pdigus:iā restem nodosqz preparat qb⁹ per inane suspēsus & de insolito specu solitas pdas agat. Iá sensim ad minimā rerum ratiocinādo descēdim⁹. Nec apibus quidē percepti mellis iniuria mellificādi dulcedinem: Nec formicis sub terra latētiū horreoz intidatio graniferi laboris experientiā: frequētisqz cursus ac recursus iminuit uoluptatē. Nō enim desperāt infeliciter tēptata:retēptari posse feliciuś. Alioquin si cū successibus rerū animorū simul spes intereat:torpebūt estus ij quos vndiqz cernimus actionū uariarum quotidie interpellātib⁹ fatis: & vitā situ marcidam exitus inglorius manebit: Qđ ne forte cōtingeret aiantibus cunctis: & presertiz hoi:dura ꝓpositiqz tenacia pectora data sunt. Urbez Romā (ut retro iā facili saltu ab imis rerū ad altissima conscendamus) a Gallis Senonib⁹ incēsam restituere maiores:qua in re Camilli auctoritas tribunis ꝯnitentibus:omine etiā adiuta ꝑualuit. Idē illi maiores nostri post Alliam:post Licinū:post Trebiā:post Trasimenū in aciē redierunt: post Caudine pacis ignominiā gloriosissimas victorias retulerunt: Et post Cannas grauissimū ac pene mortiferū reipublice vulnus:ne ab ignauis ciuibus delinqueret Italia contra sententiam Cecilij Metelli fulgens Africani gladi⁹ obtinuit. Qui nisi inicta spes vnius eiusdēqz admodū adolescētis: multorū senum labātes firmasset animos:actū erat de imperio: Nulla hodie Romani nominis memoria:nulla Roma ne potētie uestigia supereſſent. Faciēte eni (ut Flori historici uerbis utar) de Italia Africā Hannibale:profecto non latini sed Afri coloni Italiā possiderent. Et siquis forte mansisset Italici sanguinis tantis superstes cladib⁹ nō aliter q̄z dulcis aque riuulus pelago mixtus in peregrinos mores victricēqz barbariem cōcessisset: Qđ non sumus igit: & quod sumuś fateamur ingenue:spei bone dūtaxat vnius hominis debemus. Et de nobis quidez hactenus. Quid Lacedemonios:quidue Carthaginenses memorē:qui sperare nō prius q̄z esse desierunt? Quid Saguntinos qui dū sera nobis auxilia sperāt:extremaś a crudelissimo hoste miserias acceperūt. Lōgū est per cuncta discurrē. Itaqz ut vnde est ortus illic sermo desinat: ultima iactare nauis ancora spes est:quā siquis in hoc pcelloso mari laborātib⁹ absciderit nulla est ad vitam via: nullus ad requiē portus:nullus reddit⁹ ad salutē Mirariś nūc quid tā longa sibi uelit oro:Scilicet vnū ago ut amicū tuū subscribas exēploruz turberaras & forte uanas:sed firmas spes habētem. Et hec mihi qdē curiosius explicāda erāt:ut affectuz scribētis agnoscerес:cetera i silētio itelligis. Uale

¶ Frācisci Petrarche ad Leliū suū: illū ut ad se scribat excitātis:ut etiā apud cōem dūm pro felici rerū suaz exitu intercedat rogātis. Epla.XLVI.

Epe te lris ad colloquiū elicere nisus suz: A
ſ inefficaciter ad hāc diē:pergā silētiū tuuz iterrūpere:pudebit amici tot clamores tacitū audire. Labellū clausum in idignationē forte uel in risus aperiā uel in vba. Nō magnifacio qđ rescribas:modo logicipias:victor sum si occupationes te ueteres tenēt:novas ingerā. Si segnitie calamum amisisti:sedulitate restituam. At si forte supbia extolleris: & qđ suspicari ne tenuiť qdē possum:amicis affatib⁹ indignū cēses humilitate mihi ab illo animi fastigio detrahendus: & in equuz campū amicitie retrahēdus es. Itaqz sic tibi persuade: Inculcare querelas & lamēta nō desinā:donec mihi uel antiquū inter nos cōmertiū litterarū restituas q̄z diu saltē tā ꝓpinqui sum⁹ ut nūciorum penuriā ptendere neuter possit: & quasi per man⁹ ab altero ad alterū sit epistolarū transitus uel probabilē causam tante mutationis expedias. Nuncius alter:alteri⁹ uestigia urgebit:litterarū mearū acerui ante oculos tuos erunt. Amici digitū & anulum nostri:intactas abijcere amor & uerecūdia nō sinēt. Aperies (licet nolis) ipse tibi blandientur:ut

D

ne vigilie spatio breue qdez: sed in se (ut arbitror) absolutum. Si illud addidero: cōpēdiosam semitam ad virtutem visam eē philosophis: ut tales efficiſtudeam⁹: qles cupim⁹ apparere: Et illud quo nihil reor efficacius: qm̄ ut eisdem placet: tota doctoꝝ hoium vita: nō nisi cōmētatio mortis est. Hactenus hec: que nō ut te doceam: sed ut admoneaꝫ ac memoriam excitem dicta sūt: Reliquuꝫ erat ut te memori aio cōmēdatum haberem (Juuat enim uerbis etiam tuis uti) Jd vo iam dudum factum eē cōfidito: Ex quo te p̄mum vidi: imaginem tuaꝫ ex adamante purissimo: imis p̄cordijs indelebiliter affixi: quam nulla reuellet dies: nullus loc⁹ excutiet. Extremum est ut t vtuti t fortune tue gratuler: qb⁹ tāti p̄ncipis affinitatem ac beniuolētiaꝫ meruisti: t p̄o charitate huic impēsa seniculo: grates agam. Uale.

¶ Fran. Pet. ad Joānez Colūne: fabellaꝫ aranee t podagre illi recitātis: ex qua quo pacto podagricū morbum curet: edocentis. Epistola.XXXIX.

A Vilem tibi fabellaꝫ: sed ex re (ut Flaccus ait) garrio. Aranea iter agēs: forte obuiaꝫ habuit podagram: Et quo: ingt: tam mesta p̄ficiscēris? Rusticum ait illa t hirsutum hospitez nacta eram: qui me fame ac labore ppetuo cruciabat: qui cum a mane ad uesperam me iter glebas t saxa tenuisset: vix serum puluerulētam atq; inopem domum repetebam⁹ miseri: Nunq; integris calceis: nunq; sine fasce grauissimo: Illic infelicem diem nox haud quaq; felicior sequebat: tristi quidem ille me cena mucidi ac lapidosi panis ueteri⁹ fragmētis alleoq; t p̄duris oleri⁹ solabat: aceto turbidam supinsūdēs aquam: Saturnalium dies erat: quotiens caseus sardus accesserat. Sic exceptam: agresti demum t ipsi⁹ agelli duritiem supante grabatulo cōponebat. Ad auroram inde cō surgēs: rursus in cāpuꝫ t ad iuisum cogebat op⁹. Sic diem dies urgebat: nulla iteri ges: nulla spes getis. Festo enim die: aut dñi lauabat opes: aut ruo viam p̄parabat: aut sepem nouali⁹ p̄tendebat: imo: tale malum: t domuꝫ meis moribus aduersam posa diffugio. His auditis aranea: Heu ingt q̄ diuersa cōditio mea est. Hospitez habui effeminatū t mollem: apud quem nō sūmum mō: sed solum bonum uoluptas erat. Raro pedem domo eferebat: cenā ad auroraꝫ: p̄diū trahebat ad uesperam: reliquum somn⁹ habebat: purpureis accersit⁹ stratis: qō conuiuijs luxurieq; supfuerat geti datum: Longsite itus epule: pegrine speciesꝫ odoꝝ Bacchus alienigena: uasa aurea: gēmata pocula: serico uestitus paries: ostro tellus instrata: hec iter sollicita sp familiariuꝫ turba discurrēs: locis oib⁹ aderat: Nulla dom⁹ ps neglecta: nullus angulus inaccessus dum uerrit soluꝫ scopis: dum de laqueatis trabib⁹ puluis excutit: vix usq; artificij mei telas sinebat oriri: t (quo nihil est tristius) si cepissem: p̄mo rerum apparatu spem caducam: t labores meos irritos videbam. Algebar infelix: pceps eijciebar: querebam latebras nulle erāt: solidus nisi ueo murus ex marmore: nulla mihi misere diuersoria relinquebat. Fugi igit a facie psequētis: ubinis getū exilium: domesticis sine fine laborib⁹ p̄latura. Hec cum illa dixisset: respōdit altera. Heu q̄ multa sūt bona: que uel nesciēdo uel negligēdo pdunt. Jgnorātia cecitas mētis est: negligētia tor est ai: Aspire oculos oportet: t que salutaria se offerūt nō differre. Ecce nūc ex his que dixi que q̄ audio: cum pessime sit nobis: erit optime si permutemus hospitia: tuus mihi: tibi meus hospes aptissim⁹ fuerit. Placuit cōsilium: mutāt domos: Et ex illo obtinuit: ut podagra inter delitias t in palatijs diuitum: aranea in squalore t pauperuꝫ tugurijs habitaret. Domum tuaꝫ amice podagrā subintrasse audio: Miror: nō putabam illi locum eē in domo tam sobria: uereorq; ne qd ibi sui iuris inuenerit: qō si uerum est: nō maluꝫ magis q̄ mali cām horreo. Malo iam hospitem habeas araneam. Principijs resistēdum est: nulla melius resistitur ope q̄ vigilijs: labore: ieiunio. Vidi ego puer iuuenem podagricum: eūdem senem podagra liberum reuidi: Quesiui cām: nullam mihi aliā reddidit: q̄ q se vino penitus abdicasset. Refert Cicero: t post Ciceronem alij: quosdam diuites podagra iutiles: cuꝫ paupes facti eēnt sanitati reddi tos. Nō audeo iubere ut si⁹ paup: q̄uis iubere nō sit necesse si sapis: Inter Cetera p̄fessus es (ut audio) spontaneam pauptatem. An mētior? Certe intra religiosum limē: t p̄sertim itra cellulam mendi cātis: nullus diuitijs locus est. Opulētia enim t mēdicitas nō habitāt simul. Si pauptas excludi tur: uereor: ne nō tam aurum: q̄ qō ait Apostolus: Thesauriçes iram in die ire. De hoc tñ ipse videris: qui federum que cum Christo habes optime meministi. Si oblitus es: relege pactoꝝ chirographum: Jnuenies qd tu illi p̄miseris: quid ille tibi. Ego iquam nō iubeo ut paup sis: nō q: uel tibi nō expedit: uel me nō decet t amplecti fidele p̄siliū t dare: sed q: piget uerba p̄fūdere t incassum loqui: Uideo enim ipsum pauptatis nomē horrēdum t infame: qō lz amplexus sis deponere spōte nō potes: Illud saltem cōsulo: vivas ut paup: Hec est illa que a philosophis frugalitas dicitur uoluntaria pauptas. Hāc tibi suadeo: hāc tibi vnam viaꝫ corporee salutis ostendo. Alter tibi adsum Hippocrates: amarum forte: sed salubre pharmacum offerē. Si vis san⁹ eē: viue ut paup. Latēs aurum in arcula: animo tm̄ nocet: Uictus delicatior t aio nocet t cori. Proide si pellere vis podagraꝫ: pelle delitias. Si malum omne vis pellere: pelle diuitias. Uale.

¶ Fran. Pet. ad. T. M. q̄ pecunia illi⁹ indigētiam releuare non possit se excusantis: multa quoq; de laudibus paupertatis tractātis. Epla.XL.

r Egum ceruicibus impositum pecunie iugum: liberrima indignatione reicio. Non sinam (si deo placet) metallis seruire aium ad maiora dispositum. Illa igit quoniam p̄esse p̄hibeo: subesse nō patit: t quem seruum habere nō pōt: dominum dedignat. Min⁹ loquor: Superbior est q̄ dixi: Nec me dominum vult habere nec comitem: Recusat imperium: amicitiam non admittit: frāgit uectes: soluit nodos: spernit arcule mee seram: dum clausisse illam video: nescio qbus rimulis inuisa dilabitur. Jd sane mihi ut sepe molestum: sic gloriosum semp existimo: duꝫ circūspicio quibus illa mancipijs: t quorum soleat hospitio delectari: His ita se habētib⁹: ignoscesꝫ si (qō multo mihi q̄ tibi grauior est) p̄sentem indigētiā tuam pecuniaria ope nō releuo. At ne nihil putes te scribendo p̄fecisse: scito copiam pignorum optimoꝝ

Q:d fit ig̃rātia qdue negligētia

Q:d p̄pe sit frugalitas

tem Romani nominis inimicum inter cenandum
suaui cōuictu: ⁊ comi mansuefecit alloquio. Sic
Julius Cesar Amyclam algis ⁊ equoreis spumis
aspersum nudumq; ⁊ inopem piscatorem: tam le-
niter fando cepit: ⁊ illius Cesaree facundie retib⁹
circumuoluit: ut inaudito uerboruꝫ sono: ⁊ ignoti
hospitis admiratione suspensus: confestim iuben-
te illo fragilem atq; imparem pelagi minis cymbā
de tuti littoris statione dissolueret: parendiq; stu-
dio sciens ac uolens ad interitum properaret. Ac
ne semper Africanos ⁊ Cesares loquamur: Ille
philosophorum princeps Plato dionysium conci
liare sibi potuit Syracusiū tyrannum Archelauū
vo Macedonie regem Euripides poeta. Nec aut
illi tyrānici spiritus rigor: aut huic immanitas ob
stitit barbarica: utranq; duriciem ingenio ⁊ elo-
quentia molliuerunt. Et quod huius generis oia
mōstra transgreditur: Orator Aphthonius seuos
carnifices ad se occidendum missos: ⁊ iam strictis
mucronibus irruentes: blāda oratione compescu-
it: uicissetq; crudelitatē eloquentia nisi vnus ex eo
numero qui eum loquentem non audierat ceteris
iam digressis superueniens: uelut aspis incantato
ris uoce non audita: virus in illum scelestis mini-
sterij effudisset. Sed quid hominum exempla con
quirimus? Ursos videmus: pardos ac leones at-
q; alias truces ⁊ prevalidas beluas: blāditijs de
linitas: parui domitoris imperium patienter exci-
pere: nexus insuper: carcerem minas ⁊ uerbera.
Uolucres celo uagas contra primenā nature sue
legem: humanā societatē anteponere libertati: vi-
tam in vinculis agere operto capite: prereptoq; ēt
patrie natalis aspectu: famem suam nutritoris ar
bitrio moderari de illius manibus cibum sumere
uocem iubētis agnoscere: clamoribus obedire: ire
ad emittentis arbitrium ⁊ reuerti: opimasq; pre-
das non sibi sed dño reportare. De piscibus mihi
tale (qō meminerim) legi: nisi q; delphines nescio
qua humano generi familiaritate cōiūctos ferūt:
Unde ⁊ Arionez quendam tergo huius piscis in
sidentem per tumidos fluctus maris euasisse hi-
storica (seu potius) fabulosa narratio est: Uectorē
ipsum fidibus canentē faciunt: quo nauigationi fa
cilior fides sit mulcente auras musica ⁊ nauigium
subleuante. Uisum est enim fabulam non admitti
nisi color mēdacio quereretur: gubernaculum: ma
lus: uela: remi deerant: pro his omnibus vni⁹ mu
sice suauitas subrogata est. Sed quorsum hec taꝫ
peregrina percontaberis? Ut intelligas me inge-
nium tuum summis inserere: qui nō homines: nō
feras aut uolucres: sed aquaticuꝫ hoc animal edu
catum inter fontes ⁊ flumina: escam de scopulis
eliciens contactu ac sermone: in amicitiā pellexi-
sti. Redijt equidem ad me sui immemor: tui me-
mor: cū multa de domino multa de amicis quere-
rem: nil nisi de Lelio respondebat: illius formā: il
lius mores: illiùs linguam: illius deniq; domici-
lium atq; habitum admirari. Illum mihi quasi in-
cognitum ruralibus ⁊ terricrepis uerbis extolle
re: de illo mihi sepe licet interrumpenti lōgissimaꝫ
narrationes texere. Cunq; sepe Terentianum illō
obijcerem: Qui mihi illum laudas? Ille eo magis
ab exordio cuncta retexere. Quid plura? Intelle
xi ilico te tuis artibus meum mihi villicum abstu
lisse: nec indolui fateor: nec iuidi: sed obstupui plus
te vna hora q; me tuto decennio potuisse. Miruꝫ
est nisi tu colloquijs tuis aliquid etiam magice ar
tis immisceas. Nunc igitur captus amore tui cuꝫ
his litteris iterum ad te redit simul ⁊ per te domi
nice interuentionis auxilium sperans: per qō ami
cum suum de quo pridie tibi scripsi: iam extremis
fortune laqueis artatuꝫ expediat: nisi iudicis aio
(quod iam ab initio uerebar) ad supplicium obsti
nato nō sit precib⁹ locus. Fama eniꝫ est est eū dolo
re simul ⁊ inuidia delibati virginei floris insanire
ad quem ipse sitienter (ut memorant) aspirabat: in
dignantem grauiter plus in amoris regno pauper
ris blanditias: q; suas ineptas diuitias ualuisse.
Quod si accidat ut obstructis auribus uerba fun
dantur: dño tamen part⁹ erit integer misericordie
sue: tibi beniuolentie tue fructus. Iste quoq; agre
stis amicitie sue debitum me opitulante persolue
rit: Ille autem amator infelix si aliter esse non pōt
amoris sui dulcedinem (quod multi fecerūt) mo
tis acerbitate pensabit. Nunc sane quo nam humi
lium amicorum loco numeres: tuum erit: Ipse te
dominorum suoruꝫ inter primos numerat: aliquā
toq; mihi de tua gratia iam q; de ueteris amici vi
ta videt sollicitior. Itaq; ut se tibi prorsus insinuet
⁊ allegorico munusculo: animum suuꝫ suauissime
tibi deditum ostendat. Liquoris omnium molissi
mi olei uasculum tibi affert: quod spōte sua: ⁊ (ut
aiunt) virginitate seruata nullo premente defluxit
e baccis arborum nostrarum: que in collibus istis
sunt ubi posthabitis Athenis repertrices olee Mi
neruam habitare dicerem: nisi eam iam pridē Ja
nuensi littore: ad portum Ueneris atq; hericē col
locassem in Africe mee libris. Uale.

¶ Eiusdem Francisci Petrarche de re-
bus familiaribus: Liber Quartus inci-
pit.

¶ Francisci Petrarche ad Joannem Columne: uen
tosum quendam montem in Gallia describentis.
Epistola. XLIX.

Altissimum regionis huius mō A
tem quem non immerito uen-
tosum uocant hodierno die sola
videndi insignez loci altitudinē
cupiditate ductus ascēdi. Mul
tis iter hoc annis in aio fuerat:
Ab ifātia eni his i locis ut nosti
fato res hoium uersante uersat⁹
sum. Mons aūt hic late vndiq;
cōspectus fere semper in oculis
est cepit impetus tandem aliquando facere quod
quotidie faciebā: precipue postq; relegenti pridie
res Romanas: apud Liuium forte ille mihi locus
occurrerat: ubi Philippus Macedonum rex: is
qui cum populo Romano bellum gessit: Nemum
montem Thessalicum conscendit: e cuius uertice
duo maria videri: Adriaticum ⁊ Euxinum fame
crediderat: Uero ne an falso satis comperti nihil
habeo: q; ⁊ mons a nostro orbe semotus ⁊ scripto
rum dissensio dubiam rem facit. Ne cunctos euol
uam: Pomponius Mela: cosmographus: sic esse
nihil hesitans refert: Titus Liuius: falsam famaꝫ

A Ho vo absit ut dissuadeā petitioni haud in
e iuste morē gerē: sed illō moneo: ut in frōte
oculos hēas: quos ego hactenus in tergo
habui. Nihil iucundius: nil dulcius q̄z benemeri-
tum z egentem auxilij compotire. Cōtra autem in
expectato ingrati vitio nil tristius: Magne qdē est
nō solum prudētie, sed fortune: inter tot pectoꝝ la-
tibula puros aios factosq̄z discernere: z quāti quis
q̄z sit pu⁹ q̄z experiaris agnoscere: cui⁹ honeste pre-
ces ac miserabiles lachrime: cuius ficta necessitas
simulateq̄z blāditie. Magne parti hoium illud in-
est: ut ad ipetrāda que cupiūt memores atq̄z solleci
ti: ad referēdaz gratiaz segnes obliuiosiq̄z sint: Tā
ta z tam repētina mutatio inuadit aios: ut quem
p̄cantem mane videris: sero uoti cōpotem, nō agno
scas. De his in Ecclesiastico: Donec accipiāt ingt
osculant⁹ man⁹ dātis: z in ꝓmissionib⁹ humiliant
uocem suam: z intpe redditionis postulabit tēp⁹:
z loquet uerba tedij z murmurationum. Hosti ce
tera. At qm̄ iter ingratos viuit: nō ideo desinēdū:
Alioquin virtus vitio victa videbit: sed aliquanto
cautius agēdum reor. Tu uale: z qcqd acturus es
dum mutandi tempus est cogita: post enim delibe
ratio sero est.

hoies sollicitores cē ad ipetrāda q̄ cupiant q̄z ad referēdā gratiaz, p merito

B

C Frā. Pet. ad Fratres: se hac sola cupiditate teneri
ut antiquoꝝ scripta auidus pquirat significātis: eū
quoq̄z ut diligēter oēm Hetruriā iuestiget si aliqd
scriptoꝝ ātiquoꝝ iueniat hortātis. Epla. XLIIII.

A Quod sepe oliz uel obliuio uel tempor abstu
q lit attigaz: frater: si gloriari licet: apō te glo
riabor: in illo in quo solo gloriari tutuz est.
Jam ex oib⁹ humanaꝝ cupiditatum ardoribus z
si nō in totum: magna tñ ex pte diuina me pietas
eripuit: E celo enim est: seu id mihi nature bonitas
seu dies p̄stiterit. Multa qdem videdo: multumq̄z
cogitādo: intelligere tādem cepi: quāti sint studia
hec qbus mortale gen⁹ exestuat. Ne tñ ab oib⁹ ho
minum piaculis immunē putes: vna inexplebilis
cupiditas me tenet: quam frenare hactenuſ nec po
tui certe nec uolui: mihi enim interblādior honesta
rum rerum: nō inhonestaz eē cupidinez. Expectas
audire morbi genus: libriſ satiari nequeo: z habeo
B plures forte q̄z oportet. Sed sicut in ceteris rebus
sic in libris accidit: querēdi successus auaritie cal-
car est: quinimo singulare qddā in libris est. Aurū
argētum: gēme: purpurea uestis: marmorea dom⁹
cultus ager: picte tabule: phalerat⁹ sonipes: cetera
q̄z id gen⁹: mutam habēt z superficiariam uoluptatē:
libri medullitus delectāt: colloquunt: cōsulunt: z
viua quadam nobis atq̄z arguta familiaritate iun
gunt: Neq̄z solum sese lectoribus q̄z suis insinu-
at: sed z alioꝝ nomē ingerit: z alter alterius desi-
derium facit. Ut ne res egeat exēplo: Marcum mi
hi Varronem charum z amabilez Ciceronis Aca
demicus fecit: Ennij nomē in Officioꝝ libris audi
ui: primum Terentij amorem ex Tusculanarū que
stionuz lectione cōcepi: Catonis origines: z Xeno
phontis Economicum ex libro de Senectute co-
gnoui: Eūdemq̄z a Cicerone translatum in ijsdem
Officialib⁹ libris edidici. Sic z Platonis Time
us Solonis mihi cōmēdauit ingenium: z Plato-
nicum Phedonem mors Catonis: z Ptolemei re
gis interdictum Cyrenaicum Hegesiam: z de Ci-
ceronis epistolis: Senece prius: q̄z oculis credidi
¶ Mijs omissis ad id uenio quod aduersus urbem Romam conuitiatoꝛ hic murmurat. ubi illud miruz q⁹ vulgares homines atqꝫ inopes rationis: suas non dicam iniurias sed offensas quasi libet: magni extimāt cum sic negligant alienas. Ubi enim populum barbarum nominaui: quod si non blande: iuste tamen feci: ceu gladio ictus exclamauit: nec in me uel aliter excandescens: q̄ in chꝛistū olim princeps sacerdotū. Audistis inquit blasphemiam? nec aduertit qui videri doctus vult: in solā diuinitatem esse blasphemiā. Ipse autem alme urbi uenenose detractionis contumelias irrogando: esse credit excusabilis tanta est barbari z taz tetulenta presumptio. q̄ uis non ego blasphemiam ut ille: sed blasphemie proximum dico: urbem sacram prophano conuitio lacerare. Quanta seruorum audacia: q̄ta proteruia ubi semel dominorū vinculis elapsi sunt: non ualentes aliter se ulcisci contra dominos maledictis insurgunt? Effunduntqꝫ in uentos dolorem animi ulceroſi: z quasi canes inualidi metu latrant. Recoꝛdatur hic barbarus antiqui seruitij. z adhuc pene callosum romano iugo colluz habens: fugitiuus seruus de domina sua procul tremebūdus obloquitur. Que o si filijs suis: illis dico maioribus: deus oipotens pacem daret: fraternāqꝫ cōcoꝛdiam: q̄ cito: q̄ facile rebellantem barbariē: iugo illi ueteri: italicis ut oliz viribus adiuta cōpesceret.

¶ Id si antea fuisset icognitum nuper apparuit. duz vir vnus obscurissime originis z nullarum opuz: atqꝫ ut ratio docuit plus animi habens q̄ ꝓstantie: reipublice im

nona bona fortuna sit: impotentes letitie insanire populo romano usitata: ac prope iam obsoleta ex victoria gaudia esse: ac plus pene parcendo q̃ vincendo imperium auxisse. q̃ q̃ quid ego ista minutiora perstringo: que si uelim cuncta complecti: omnes mihi scriptorum secularium libri illustres transcribendi erunt? Quid est enim aliud omnis historia q̃ romana laus? vnū inter alia est: quod non modo acceptarem sed aceruare proposituꝫ est. gentem subdi nesciã fateor: sed subdere alias ꝛ prae esse: ne si hoc negare uoluero magnitudo conuincat imperij: quod licet inter manus barbaricas imminutum atq; debilitatum ꝛ pene consumptuꝫ sit: romanas inter manus, tale fuit: ut omnia mundi illi admota pueriles ludi fuisse videantur: ꝛ inania nomina: q̃ q̃ non sim nescius quosdam leuissimos grecorum: qui ut Titus ait Liuius: ꝛ parthorum quoq; contra romanum nomen glorie fauent dicitare solitos: maiestatẽ Alexandri macedonis: virquidem tenui fama Rome cogniti: non laturũ fuisse populum romanũ: videlicet non tot duces egregios: tot prudentium ac fortium virorũ milia: vni furioso adolescenti potuisse resistere. Neq; solum leuissimi grecorum: sed quod Titus Liuius noscenon potuit: leuissimus quidam nuper uanissimusq; gallorum: idẽ dixit. Et sic omnis pudor perijt: ut non tm̃ litteris vilissimam hanc nugellã: sed mimis etiam carminibusq; mãdaret. Nescio quidez cur: nisi q̃ insignem: nec tam grecum q̃ gallicũ potatorem nouerat Alexandrum: ꝛ similitudo morũ parit amicitias: ꝛ partas nutrit. Iratus uocor: immo quidem causam aliam scio. Tantum est enim odium romani nominis: ut non Alexandrum modo: sed Sardanapallũ Julio Cesari prelaturi sint. Nempe illos nisi per famaꝫ nõ nouerunt. Hunc senserunt eorum ferro viscera resecantez atq; insolentias castigantem. Dissicentur tamen ꝛ crepent medij: nunq̃ sibilis vipereis ueritas quatietur. Adamantino monte solidior semper romana gloria toto orbe resonabit: semper inuidentium illi nomen erit inglorium: immo infame. Sed de hoc ne in lõgum nimis eream: nil amplius. De omni eniz ista materia: ab ipso Tito Liuio: ab urbe condita libro nono: preclarissime disputatum est. Ibi legat barbarus: ꝛ crepabit. Hoc igitur quẽ confiteor articulo ꝑtermisso: ad eos redeo quos negabo. Objcitur romanis impudentia ad petendum: ingratitudoq; accepti: duo magna si uera sũt vitia. Que nunc tantis obiectibus nisi ueritaꝫ nuda respondeat? Contra primum quidem mille sunt testes: sufficiant tamen in ꝑsens: tres populi: duo reges: Bello punico secundo: afflictis pene ad ultimũ romanis: rebꝰ atq; errario exhausto: Neapolitani legatos Romam cum muneribus miserunt: in quibus erãt q̃draginta patere auri magni ponderis. Quibus in capitolium inuectis: ꝛ ante pedes patrum expositis: orabant legati: ut munus de se paruum ingens tamen deuotione mittentium: dignarentur recipere: ꝛ neapolitanorum rebus omnibus tanq̃ proprijs suis uti. Neapolitanis gratie acte sũt: legatiq; cum muneribus remissi auri nihil acceptuz est: preter vnam eamq; minimi põderis paterã: ne amicorum munus sprevisse crederentur. Eodẽ tempore ꝛ ꝑnestani legati ipsi quoq; ꝛ pateras aureas attulerunt, ꝛ gratijs actis remissi sunt auri nihil acceptũ est. Post id tẽpuꝫ durãte adhuc bello cũ carthaginenses ad conducenda stipendiaria auxilia: cum immenso pondere auri ꝛ argẽti in hispaniaz misissent: capti nuncij a saguntinis: cumq; omni eo quod attulerant Romam missi per legatos: quibus gratie acte: aurum ꝛ argentum quod hostibus ereptum ꝛ in suam pernitiem missum suo quodam iure retinere poterant: legatis redituꝫ: insuper addita munera: solum nuncij hostium retenti: coniectiq; in carcerem ut aduocata in consilium nõ auaritia sed inimicitia redderet. Pyrrhus ille cuius mentionez fecimus sentiens romanos armis indomitos muneribus aggredi instituit. Itaq; pro pace cum Lineam mitteret: magnos illi constituit tauros: quibus patritios ac senatuz: debinc ordinem equestrem: postremo plebem humilez reuocaret siue tentaret: quid autem? Neminem cuius domus muneribus pateret: inuenit: qui si missus esset Auinionem: puto aliquod apertum ostium inuenisset. Per eosdẽ dies Ptolomeus rex egypti legatis romanis ad se profectis: magna munera miserat: que cum illi alto animo recusassent: ad cenaz postridie inuitatis: singulis aureas coronas in conuiuio destinauit. Quas cuz ob honorẽ magni ꝛ amici hospitis recepissent: die illas proximo statuis regijs imꝑtiertũ: ut intelligi daretur caritatem eos ꝛ honorificentiam regis acceptasse: non aurum. Quam inuerecundi ergo essent ad petendum negata: qui tam obstinati erant ad oblata renuẽduz: viderit ipse qui dixit. Cõtra secundũ ꝙ obiectum scilicet indignis ingratitudinez: multi quoq; ꝛ reges ꝛ populi testes sunt. Masinissa in ꝑmis rex numidie. Attalus ꝛ Lumenes pergami: Hiero Sicilie: Deiotarꝰ minoris armenie: Mamũtini preterea: innumeriq; alij: quos attingere lõgũ est. Sed ad summam ꝛ si aduersus quosdã ciues seueri patris in morem durior non negek: q̃ uel suum reiq; publice decus: uel illorum merita postularent: erga amicos non solũ reges ꝛ populos sed humillimas quoq; personas: nihil gratius populo romano. De quo uerissime scriptum est. Senatꝰ ꝛ populus romanus beneficij memor ꝛ iniurie immemor esse solet. Et iterum. Romani domi militie q̃ intenti: festinare: parare: alius alium hortari: hostibus obuiam ire: libertatem: patriam: parẽtes armis tegere: postea ubi picula virtute propulerant: socijs atq; amicis auxilia portabant: magis dandis q̃ accipiendis bñficijs amicitias parabãt. Et rursus. Hoc in pectus tuum demitte: nunq̃ populum romanum beneficij victum esse. Nã bello gd ualeat: tu testis. Hoc perpropie sibi dictuz gallus accipiat. Scit enim: ꝛ si nescit: expertos milies suos maiores interroget: ꝛ dicent sibi. Ante alios ille. Sic enim de ipso scriptum est. Corpore: armis spũq; terribilis: nomine quasi ad terrorem cõposito: Uencigerotrix aluernꝰ galliaꝝ rex: qui fortuna multis plijs sepe: ꝛ magnis bellis atq; conatibꝰ retẽtata: nouissime in deditionẽ redactꝰ: ꝛ maximuz victorie decꝰ: supplex cum in castra uenisset. ꝛ phaleras ꝛ sua arma ante Cesaris genua proiecit. Et habes inquit fortem virum: vir fortissime vicisti. Non mitto aliquid hac in re. Flori illustris historici uerba sunt. Unum supereſt. Romana illa durities siue ut eius uerbo utar: frontositas ad negandum. Et est sane difficile in vniuersuz pronuncia-

Tit⁹ liuius

Uẽcigerotrix aluernꝰ

¶Jta mihi tantum illum patrem quē videre non ꝺtigit: amare ſaltem licuit ac uereri: atq; eius acta laudare. Jllud in primis qꝺ hic barbar⁹ nec lauda re vult nec vituperare audet. q̄uis ut ſentis liben ter id faceret: niſi q; nondū ſic ex omni parte ꝺepu duit. Jnter barbaroſ quoq; adhuc reuerētie aliqd ſed perexiguum eſt virtutis. quam ipſe ego uberi⁹ laudarē: niſi perſeuerantiam ꝺefuiſſe conſpicerez. Jllum tamen in ſilentio reſpondentem audio non potuiſſe vnuz ſe tot ſuſurronibus obſtare ꝓtra chri ſtum atq; eius eccleſiam coniuratis. Quam excu ſationem nec admitto nec reſpuo: quod ⁊ uerum ſcio: ⁊ ſi fundatus eſſet ſuper firmam petram: non ꝺubito flatus tales alto animo potuiſſe contem ni. Parcat illi Chriſtus: cuius negociū agenti ea tepiditas interceſſit. Jlli uero gaudeant ⁊ trium phent: qui nunc in inferno viuentium beunenſe vi num bibunt. nec prophetam audiunt exclamantē. Expergiſcimini ebrij ⁊ flete: ⁊ ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. quoniaz perijt ab ore veſtro. more prophetico rez futuram quaſi preſen tem immo iam preteritam narrat. ⁊ quaſi iam eue nerit quod neceſſario euenturuz eſt. Et ſi enim nō ꝺum perijt. peribit ilico. Tempus eſt enim ut iam iam viliſſime iſte ꝺulcedines in amaritudinem cō uertantur. Et an ego cecutiēs. ita enim iſte me uo cat: qui hec quaſi preſentia iam hinc video. an ip ſe magis exoculatus: qui fulgore panni captus exigui nihil audet aut cogitat preter epiſcopatum quem mendacio fidens ſtulta ⁊ cupida mente pre occupat? ¶Nō autem facile dictu q̄ me ꝺelecta uerit viri huius ingenium. tam recte: tam proprie phariſeorum uſus eſt uerbo: qui ueritatem ꝺeiq; opera predicanti reſponderunt. Jn peccatis natuſ es totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecerunt euz foraſ. Quid queſo conuenientius poterat ſecte illius ꝺefenſor acerrimus contra eum qui quem factis expugnare non poteſt: uerbis oppugnat. ſi uel ſic ubi nec paradiſi amor proficit nec iferni metus ali quid ſaltem pudore proficeret? ¶Nec ſibi pro riſo Hallus noſter accipiat: cur Urbanū ꝺixerim fe licem: tunc ſcilicet ꝺum virtuoſiſſime operādo: nō ſe ſolum ſed totam felicitaret eccleſiam. Atq; ut me in ſententia fixum norit: vnum iſtis adijciam. modo cautum mihi ſit: ne leſe maieſtatis accuſer. Non equidem ſic inſanus ſum: ut romano pontifi ci legem ponam cum ipſe ſit legifer omnium chri ſtianorum: aut legem ſibi ſtatuam ſiue ſedem qui ſedium ꝺominus eſt cunctaruz. Si enim ut apud corꝺubeñ. legimus uebioſ habitāte Camillo: illic Roma fuit. q̄to magis ubi Romanus pontifex habitat: ibi quoq; conceſſerim romam eſſe? Unuz hoc ſi celitus ꝺatum eſſet optarem: ut ſicut tunc Camillus: ubi tūc licuit Uebis omiſſis romam re ꝺijt: ita nunc pontifex. Audebo enim ꝺicere teme rarie forſitan ſed fideliter ⁊ ni fallor uere. q; ſi hoc ſibi placeret cui ꝺiuinitas rei huius arbitrium de ꝺit: non modo honeſtius ſanctiuſq; ſed tutius ibi eſſet q̄ in ulla penitus parte terrarum. nec ingen ti precio cogeretur a prꝺonibus redimere ſuam ⁊ eccleſie libertatez: quod predeceſſor ſuus in ſan cta fecit auinione. De quo tunc ⁊ ipſe grauiter in conſiſtorio queſtus eſt: ⁊ ego ꝺum ſibi ſcriberem non ſilui. Quam Romane ſedis anguſtiam Hal lus iſte non vidit? ꝺum ad enarrandas felicitates auinionicaſ magno niſu: iplumeſ alas explicu iſſet ſz recētiſ magneq; miſerie: uel oblitos alios credi ꝺit uel oblit⁹ eſt. ¶Unū hijſ nūc ēt pari fide ac ſim plicitate ſubnectā. Nō opoꝛtuiſſe nec opoꝛtē pōti ficē romanū armata manu romā petē. Tutioꝛez il lū facit auctoritas q̄ gladij: ſcitas q̄ lorice. Arma ſacerꝺotū ſunt oꝛones lachꝛyme: ⁊ ieiunia: ⁊ ꝓ tu teſ ⁊ boni mores: ⁊ abſtinētia: caſtitas: humanitas māſuetudo actuū ⁊ vboq;. Quid ſignis militarib⁹ opus eſt? ſatis eſt crux Chriſti. illā ſolā tremūt de mones: homines reuerentur. Quid tubis aut bu cinis? ſufficit Alleluia. Certe Julius Ceſar poſt tot bella: tot victorias: non armatus urbem Ro mam: ſed cum inermi exercitu inermis victoꝛ in troijt. Ceſarem loquoꝛ ut ad id ꝺe quo agitur effi cacius argumentum ſit. Si ſic enim uenit Ceſar: qd putemus Petrum? ¶Scio autem quid calum niatoꝛ noſter obiciet. Jnermis iquit uenit Petrus atq; ideo interfectus eſt. Jta enim quodam apolo getici ſuo loco. Romam multos innocentes homi neſ iugulaſſe ait: atq; ideo merito a Satyrico ſeuā ꝺici. nec intelligit nolo ꝺicere idiota ſeuuz ꝓ ma gno poni ſolitum iuxta illud Eneidos primo. Se uus vir eacide telo iacet Hectoꝛ. cum fuiſſe ma gnum Hectorem non crudelē conſtet. ⁊ illud eiuſ dem. Maternis ſeuus in armis: eneas. quem ubi q; ſcilicet pium ꝺicit. hic ſeuum ꝺixit: ideſt ma gnum. Et eſt haud ꝺubie non artificioſa quidem ſed iſidioſa ⁊ ꝓſus hoſtilis obiectio. ¶Multi in quit perierunt Rome ſancti viri. ſed ⁊ multi quo q; in gallijs ⁊ alijs in urbibus. plures tamen Ro me. Quis non videt hoc vnde? Plures eo conue niebant: nempe ad mundi caput ⁊ imperij ſedem. Pereūdi autem cauſa fuit non regionis atrocitas ſed religionis aduerſitas. Et uolebat Chriſtus ur bem ſuam quam ⁊ temporaliū ꝺominam iam fe cerat: ⁊ ſpiritualium facere diſponebat: uberiore ſanguine ſuorum martyrum conſecrare. Roma nus fuit non inficioꝛ Nero qui occiꝺit Petrum. ſed Romani fuerunt qui Neronem occiderunt. Jdem ꝺe Domitiano: deq; multis ꝺici licet. Uer tat ſe quocunq; libet ꝺetractoris ingeniū: atq; odi um: romanos inueniet qui ſanctos condēnauerūt multoſq; qui vindicauerunt. Nec tñ apoſtoloruz ⁊ martyrum ſed ſui ꝓpꝛij ſanguinis q̄uis igna ros rei: romanos tamen ultoꝛes ſibi Chriſtus ele git. Romanus fuit itaq; chri ultoꝛ: cuz gallus fue rit crucifixoꝛ: ut poſt ꝺicam. Audiamus nunc Hal lum ſeu uerius coꝛnuz noſtrū: qui candiꝺā plumā fuſco mendacio denigrauit: ⁊ ꝺidicit Ceſarē atq; antoniū ſalutare. ¶Audiam⁹ inq̄: ⁊ rauco ſtrepi tu ſuas amentias repetētē. Quia eniz vinū beunē ſe vitupero ut ipſe ait. Ut ego fateoꝛ nō adoro: rur ſus exclamat. Et audiſtis inquit blaſphemiam. O indigna viro ⁊ pudenda prorſus exclamatio. Uerum minus forſan impropria q̄ ſuperioꝛ fu it. Nam quid ſcimus an iſte ſit illorum vnus quo rum ꝺeus uēter eſt ut ait apoſtolus? Si ſic eſt eni qui contra vinum loquitur: utiq; contra uentrem: atq; ita contra ꝺeum ſuum loquitur. ⁊ videri po teſt ſpecies blaſphemie. Ego autem nec contra vi nuz: nec contra aliquod ꝺei donū loquoꝛ: ſciēs q̄n oia que fecit ꝺeus bona ſunt. Sz ebꝛietatē gulāq;

*Prophe ta.

Luca nus.

Arma ſacerdo tum.

Julius Ceſar.

Apl⁹

butarij facti sint. sed illa transierint: non est causa odij nisi mala mens: malus animus ut ait Comicus: Implacatus: inflexibilis ad malivolentiaz obstinatus. Et o utinam quando amori non est locꝰ: esset vicissitudo ꝛ paritas odioruz: ut sicut illi nos oderūt in toto coꝛde suo: in tota anima sua: ꝛ in tota mēte sua: ita nos illos odissemus: aut ego falloꝛ augurio: aut e uestigio litium omnium finis esset: idem ille qui maioribus nostris fuit. ¶ Progredioꝛ aūt meo quidem: non illius oꝛdine. Quid nunc agit igitur inquietus ꝛ impatiens ueritatis homūcio? Et quid putas? Aggrauat crimina: blasphemias coaceruat. Et primo populum barbarum dixisse arguoꝛ: quem dicerez aliter non poteram nec debebaz: nisi noua uocabula rebus imponere uoluissem. Insuper ꝛ beuenense vinum de quo satis est dictum: ꝛ rhodanuz blasphemasse. Mirum ꝙ inter tot blasphemias uestimenta sua nō scidit. Ego vo nil penitꝰ blasphemaui: sed optaui ut causse malorum ingentium tolerentur: uenenose damnoseqz vindemie tristis exilij. Quid gallicus noster strepit? Quod inquit exiliuz in Auinione passa est ecclesia? Responsio odiosa non operosa: ipse sibi respondeat: quid sit penitus qui hoc nescit: scit utiqz. Sed precipitem in locum astu barbarico me ipellit ut cadam. ¶ Et ꝙ rhodanū exilij locū dixi: nō debet quasi rerum inscius stupere. Turpe est enim docto viro de communibus admirari. Legat Bede libꝛum de temporibus. legat ꝛ Josephuz. Scolasticam deniqz notam omnibus euoluat historiā. Inueniet filium Herodis Archelaum ab augusto propter eius sceleꝛa exilio damnatuz. Quo autem deportatum? Nempe vienam Rodani ciuitatē. Procedat gallus noster ulterius: ꝛ videbit Herodem illum qui cognominatus est antipas similiter relegatum. Quo autem opinemur: nisi ad locum exilij viennam? Procedat nunc etiam: ꝛ videbit Herodem alterum tetrarcham scilicet a Gaio principe Lugdunuz rhodani relegatū. ubi cū uxore que illum ad exilium coniugali pietate prosecuta erat: miseꝛa moꝛte consūptus est. ¶ Sed nimis accelero. Ubi Pontiū Pilatum linquimus: qui iā antea magnoꝛum reus criminum: Lugdunū quo qz a Tyberio fueꝛat deportatus? Dicat nunc Gallus: qz qz sit dicatulus me mentituz: in epistola ubi ad Urbanuz scripsi: rhodanū non romanoꝛum pōtificum sedem esse: sed reoꝛum atqz exilio damnatoꝛum. ¶ Pōt quidem non inficioꝛ: romanus pontifex si uelit: non in gallijs modo: sed in hispanijs aut britannijs habitare. At quid expediens: qd honestum: sua ipsum sapientia non dubitare non dubito. Sibilla uereoꝛ. Qui enim potuerunt vnuz senem uerbis e proꝛia opinione euellere: qz to poterunt facilius vnum iuuenem in communi omniuz sententia detinere? De hoc tamen christus viderit. Sua res agit̄. Ego qz plus nō datur: duz loqui potero nō tacebo. Potest Auinionē caput mūdi pꝛesentia sua facere. Quid ni enim possit omnipotentꝭ domini vicarius: ꝛ Christiani caput populi? At si eā uelit gloria ꝛ honoꝛe ac deuotione fideliuz Rome parem facere: illi ipso domino erit opꝰ: ut arbitroꝛ qui facit mirabilia magna solus. ¶ Ecce autē inter loquendum mihi quod sepe accidit in animū uenit: de quo nihil incipiens cogitaraz. Gaudeāt nūc igitur ꝛ exultent galli: paruis ꝛ friuolis ex causis soliti gaudere. Magna immo maxima res inuenta est. Gaudeant inqz ꝛ qui gloriantur in poculo glorienē. ubi apud historicos est mentio de hoc exilio Lugdunensi: hijs utuntur uerbis. Pro hijs oībus deportatꝰ est in exiliuz Pontius videlz Pilatus. Lugdunī. ꝛ sequitur. vnde oriundus erat: ut ibi in obꝓbꝛiuz gentis sue moꝛeretur. Parua ne igitur gaudendi causa est tantum ciuez inuenisse o mens hominum obliuiosa ꝛ impꝛouida. Ego quidem ex euangelio mirabar: quomodo in passione iesu christi Pontius Pilatus taz pꝛompte manus lauisset: quasi innocens a sanguine iusti illius. Nūqz facere hoc sciuisset: ni fuisset gallus. Hens argutula pꝛomptula: facetula. Miroꝛ ꝙ non etiam lotis manibus semel bibit: ut innocentioꝛ videretur. Noueram ab adolescentia Pontium Pilatū: gallum esse: sed tempore mihi elapsus in tempore redit: ut cum hoc pꝛecone gallorum cōmunicato gaudio gratularer gallicis nationibus tanto duce nobilitatis. ut iā frustra Roma suos cesaꝛes loquaꝛ. suos Scipiadas: suos emilios: suos ꝛ marcellos ꝛ fabios: ꝛ metellos: ꝛ pompeios: ꝛ catones: ꝛ curios ꝛ fabꝛicios: ꝛ coꝛuinos: ꝛ decios: ꝛ toꝛqtoꝭ: ꝛ flammineos: ꝛ ualerios: ꝛ apprios: ꝛ papyrios: ꝛ camillos. Hijs alijsqz omnibus respōdebit Pōtius: qui non de Hannibale neqz de carthaginēsibus: nō de pyrrho: nō de macedonibus: nō de gallis: de germanis: de brītānis: de hispanis: de volscis: de samnitibꝰ collatis signis: sed de Jesu nazareno lotis manibꝰ illoto animo triūphauit. ¶ Nominatim gallo nostro gratuloꝛ qui bellum mecum ꝛ cum ueritate susceꝓit nusqz credo triumphaturꝰ de nobis: nisi in aꝛcu parui pontis: ꝛ in vico straminum: famosissimis nunc locoꝛum omniuz nostri oꝛbis: mulierculis pueriscz plaudentibus: ꝛ quicquid contra italiam dictuz fuerit consona uoce laudantibꝰ. Felix natio que de se optime: de alijs omnibus pessime opinatur: gꝛato saltem semper leta mēdacio. ¶ Sed nōne ego sim iniurius qui sic famam gallice gentis extenuem: quasi non sit eis alius vir illustris nisi pontius pilatus? immo quidem ꝛ alij multi sūt: quos hic vir iratus in oculis mihi ingerit: ꝛ queritur me dixisse. Nullus doctꝰ in gallia. Quomodo ego dicerem de tam magna pꝛouincia tot studijs oꝛnata? Nōdum sic insaniaz ut hoc dicam. Sed cum de quatuoꝛ illis doctoribus agerem: quos post apostolos: ꝛ euangelistas ꝑmoꝭ fidei nostre duces sancta habet ecclesia: nullum eoꝛum uel in gallia oꝛtum uel in gallia doctū dixi. Quid igitur an erraui? Bene autem ne gallus intelligit. Sed calumniam sciens struit. ex me querens: nūquid essem oblitus Hilariū pictaueñ. Minime. Magnus quidem vir: sed non vnus ex quatuoꝛ. Pꝛofert debinc sancto agmine mlta suoꝝ plebeia nomina: que ego nō existimo ultra suam viciniaz nota esse. Miseꝛtus sum hominis magna claroꝝ hoium siue noium penuria laborātis. Et qz multos ad furtū credimꝰ traxisse pauperiez: quos cupiditas nō traxisset. Nempe iter ceteros quos ad gallie oꝛnamentū trahit inuitos: vnus est Ugo de scō victoꝛe cuiꝰ si sepulchꝛi legisset epigrāma: sciret nō gallū eum fuisse sed saxoneꝫ: nisi forte q̄dā cognatiōe barbarici: oēs barbaros gallos dicat. Sed disputatoꝛ argutus aduertere debuit: nō omnem pꝛopositioneꝫ esse uersatilem. Certe enim

Ugo de scō victoꝛe

Comicꝰ

Hero-des anti-pas

Pōtius Pilatuꝭ

ita. Fuerit sanctus in vita: quid hic respōsionis inueniam? Non reprehendam Bernardum: sed laudatores hoc vituperatore eodē ipso nec negante nec indignante maiores obijciam. Ambrosius in prohemio epistole ad Romanos de eis loquens. Illij enim inquit caput sunt omnium gentium: mirum ualde: nec excipit gallos. Mox super textu: gaudium suum testari dicit apostolum: q̄ cum romani regnent in mundo: nec excipit galliam: subiecerunt se fidei christiane. Dicet autem gallus. Romanorum iste potentiam ⁊ imperium: non virtutē laudat. Audiat ergo quod sequitur. Erant enim inquit doctrine memorabiles: ⁊ boni operis cupidi: studiosiq̄ magis agēdi bñ q̄ sermonis. Sed ecce iterum strepet gallus: testi domestico: non credendum: quoniam sit ciuis romanus Ambrosius q̄ negari nequit. Nec intelligo tamen quid irato hosti plus sit fidei q̄ placato ciui. Hieronymo autem quid opponet qui ⁊ Romam laudat: ⁊ laudatā dicit ab apostolo: de quo quoniaz in ipsa epistola ad Urbanuz scripsi: nil nunc amplius dico: sed ipsius Hieronymi dictum aliud coniungo: qui secundo libro in epistola ad gallathas. Romane plebis inqt laudatur fides: ubi tanto studio ⁊ frequentia ad ecclesias ⁊ martyrum sepulchra concurritur: ubi sic ad similitudinem celestis tonitrui anima resonat: ⁊ uacua idolorum templa quatiuntur: non q̄ aliā habeant romani fidem: nisi hanc quaz omnes christi eccl'ie: sed q̄ deuotio in eis maior ⁊ simplicitas ad credendū. ¶ Quid hic gallus dicet? An consonat hic Bernardo in eo maxime q̄ ille incredulos primuz: debinc impios tandem etiam proditores uocat: nimis si dici licet hostiliter? Ubi est aūt ista proditio? Ubi non potius obseruata publice ⁊ priuatim etiam hostibus romana fides: cuius omnis historia plena est? Illud quoq̄ quod bijs interposuit: temerarios in sancta illos dicens contrarium est fere omnibus scripturis: que romanis attribuit grauitatez. Quid est enim tam temeritati dissonū: q̄ grauitas? ¶ Sed audire gallū hinc video: protestantē. Nisi romanum hostem in testimoniuz adduxeris: non credam. Est plane hostis ex ore laus ingens. Nec immerito Uirgilius ait. Ipse hostis teneros insigni laude ferebat. Aperiat nunc aurez Gallus: ⁊ cristam insolentie dimittat: ut non semp placita: sed interdū uera incipiat audire: atq̄ ut ueris opinionibus locus sit: concretū puluerem erroris e cauda gallice leuitatis excutiat. Pyrrhuſ epirotharum rex hostis populi romani: cuz Lineam doctissimum illum virum ⁊ insignis memorie laude conspicuum pro componenda pace Romā misisset ⁊ infecto negocio redeuntez qualis esset Roma interrogasset: ille regum urbem sibi visam: siue ut alij perhibent regum patriam se vidisse respondit: si licet ⁊ illic fere omnes tales esse: qualis Pyrrhus in grecia: quem regum sane optimū fuisse cōstat ⁊ mitissimū. ¶ Uideat Galluſ ⁊ Bernarduſ: videat iter reges optimos atq̄ mitissimos: ⁊ nō amicis modo sed hostibus minime odiosos ⁊ immitez atq̄ intractabilem gentem ⁊ in extraneos inhumanaz: quid interfit. Nam q̄ emulos ait in vicinos. directe opponitur ei quod in libro machabeorum de romanis legitur: q̄ non inuidia neq̄ ẓelus iter eos. Nec ego nunc tamen Gallo meo transcribere

Uirgilius

Pyrrhus

Machabeoꝝ

librum illum cogito: ⁊ ut ipse mihi Justinū quo ut uerum fatear non egebam: locum signasse sufficerit: legat ergo operis illius librum p̄mum capitulum octauum: ⁊ abunde laudatam virtutem atq̄ potentiam inueniet romanorum. ¶ Jam quidem grādiloquentiam paruificentie coniunctam romanis objicit. Improprie dictum a Bernardo nunq̄ dixerim: sed improprie ⁊ inepte ab hoc barbaro refricatū dico. Prima enim grecis datur: iungo ego grecis gallos: qui licet inferiores ingenio: iactantia ⁊ loquacitate superiores sunt. Romanis ad vitium non conuenit boni operis cupidis: ut repetaz quod premisi: studiosisq̄ magis agēdi bene q̄ sermonis. De quibus scriptum est. Optimus quisq̄ facere q̄ dicere mallebat. Scōm ꝯ illis affricuisse periculum: Audeo enim dicere quod me uerum dicere certus sum: ⁊ nihil facile affirmare solitus hoc affirmo: q̄ totius humane magnificētie supremum domicilium Roma est: nec est ullus tā remot⁹ terrarū angulus qui hoc neget. Qō si barbarus hic ignorat: aut torpet: aut stertit: aut plene desipit ⁊ insanit. Quid enim magnificum queso legit vnq̄ aliquid aut audiuit sine nomine ⁊ gloria urbis Rome ex quo urbs ipsa condi cepit ⁊ crescere? De quo tempore scriptū est. Nunc quoq̄ Dardanum fama est consurgere Romam: q̄ta nec est nec erit nec visa prioribus annis. Et ab ingenio altiore. Illa imperium terris animos equabit olim po. Septemq̄ vna sibi muro circūdabit arces. Felix prole virum. ⁊ rursus idem. Uerum hec tantuz alias inter caput extulit urbes: q̄ tū lenta solēt iter iuburna cupressi. De qua alter vir magnus. Nulla vnq̄ res publica nec maior nec sanctior nec bonis exēplis ditior fuit. Uellē scire qd nunc agit gallus nr̄. Sed sat scio stupet hec ignota que neq̄ a gallis neq̄ a gallinis adisci possunt. Discunt ab historicis ⁊ poetis ac scriptoribꝰ rerū. Nec stupet mō sed ira scitur: quoniam hec tam multa taz magna de Aui nione ac Parisius non habentur. Quarum altera significatorem non habet in celo. Alteram laudat Arthicrinius: de quo post videbimus. Ante tamē q̄ ad laudes alias procedam conuitijs respondendum est: que nisi fallor duo nunc etiaz supersunt inuerecundos romanos ad petendum ingratosq̄ cū acceperint ille vir sanctus ait. Unum a tergo relinquebam: frontosos scilicet ad negandum. Hoc est fere nisi me fallit numerus: obiectorū summa. Nā quod bijs additur insuetam paci gentez assuetāq̄ tumultibus ac bellis si negare uelim: iam ipse fatebitur: a numa rege in cesarez augustuz non nisi ter clausus ianus: quibus exercendis in utraq̄ fortuna tanta fuit virtus: ut post hunc barbarum patrio more tergiuersantem: nil in terris simile vnq̄ extitisse fidenter addiderim: nec futurum esse omnib⁹ notum sit videatur in omnibus romanis bellis cū fortitudine certasse iustitiaz. Sintq̄ illa nerissima que in libris autenticis scripta sunt. ut omnes gentes sciant populum romanum ⁊ suscipere iuste bella ⁊ finire atq̄ in omni fortuna eosdem animos habere: immo ꝯ magnitudinem populi romani admirabiliorē ppe aduersis reb⁹ q̄ secūdis esse. Et illud ab hoste et p̄dicatū populum romanuz eo inuictū esse q̄ in secūdis reb⁹ sape ⁊ cōsulere meminerint: ⁊ mirādū fuisse si aliter facerēt ex isolētia: qbus

nisi uelo silētij tegaris. Certe nihilo melius q̄z tussis aut scabies. Emergis enim: teq̄z ipaz tuo prodis iudicio. Uienensis est igit̄ Claudianus? Errat gallus in re gallica. imo qdē lugdunen̄. Sed excusat errorem urbiū vicinitas. Illud inexcusabile: q̄ de quo loquitur ipse idez nō intelligit. Duo enim fuerunt claudiani. Poeta alter ꝛ paganus: alter p̄bz christianus. Hic fateor lugdunensis fuit disputator acer satis: qui magnorum hominum inter ceteros hilari pictaven̄. deprehendit errores. Ille autem ꝛ vnde fuerit ꝛ si sciam: non dicaz ne gallus insultet: uelle me patriam meā satis per se ipsaz deo gratias florentez: vno pyerio ciue nobilitare. Statium origine galluz non inficior. Addo si libet Lucanum ex hispania. Ceterum vndecunq̄z ipsi fuerint: stilus est italus. Nēpe aliter nullus esset. Uerumq̄z deprehenditur: quod ego ipse in pastorio iuuenili carmen olim dixi. tyberina latine docti: omnes per rura loqui. Itaq̄z se Lucanus multis in locis romanū vult videri. nec ut reor ullā patrui grauiorem habet iniuriam: q̄z qō is in operis sui principio: si uera est fama: uerbum illud apposuit. Corduba me genuit. Horat enim q̄to nobilius Rome ciuem esse q̄z cordube. Statius vo suum poema concludens iubet: ut poetam italum longe sequatur: ꝛ uestigia semper adoret. Quid sibi igitur vult Gallus? An non videt quid alienigene quoq̄z de seipsis ꝛ de nostris senserint? Sufficiat sibi Anticlaudianus allani sui: paulominus tediosus architrinio. Poete ambo barbarici: multum pariter se diffundunt: multum frustra se torquent: mirum nisi etiam multum sudent. Mijs contentus de claudiano altero non laboret. ¶ Quale illō est q̄ inter romanos ꝛ latinos differentiā ut inducat: at q̄z ita litterarum gloriaz romanis eripiat? Dicit inter eos magnas fuisse discordias. nec fallit̄. Quid tamen ad rem ipsam: cuz inter romanos ipsos ꝛ in eisdem menibus discordie fuerint ꝛ bella ciuilia? An non omnes ideo romani? Odia atq̄z discordie ciuilitatem ac patriam non mutant: q̄uis imminuant uel eripiāt charitatem. Certe de bello inter eaſ gentes orto: agens Liuius. Bellum inquit utrinq̄z sūma ope parabatur: ciuili simillimuz bello propeinter parētes natosq̄z. Deniq̄z quotiens iter eos ferro certatum traditur: non tanq̄z duaruz sed vnius gentis ꝛ belli ciuilis mentio est. Si testem aliū Gallus querit: Audiat Augustinum libro. xviij. ciuitatis dei. Haud procul a principio de grecis historijs agentē. Per grecos inquit ad latinos ac demum ad romanos qui etiam ipsi latini sunt temporum seriem adduxerunt: qui gentem populi romani in originis eius antiquitate rimati sunt. Et iterum. Ex grecis inquit ꝛ latinis ubi est ipsa Roma: equidez litteras latinas a Carmenti euādri regis matre repertas inuenio. ꝛ q̄tum opinari est: palatino in monte qui est vnus e septem: quos hodie romane urbis murus amplectitur. Illic enim filij sedes fuit ubi nondum Roma erat. Et preterea docti viri in omni sermone ac scriptura romanam facundiam latinā uocant: atq̄z econuerso: ut duo sint nomina: sed res vna. Esto autez probet Gallus qō intendit: nō romanas esse quibus utimur litteras: sed latinas: quid hinc inde efficiet? Utraq̄z gēs itala est: ut nō sint romane: itale tamē sunt. Neq̄z ego in epistola quam iste sibi delegit oppugnandā Rome: sed in italia ortas dixi. Contentionis autez studio bene armatum hostem: plūbeo etiaz pugione diuerberat: ne nil agere videatur. ¶ Quid rursus igitur illi faciaz? Jam non ineptie dicā sed insanie. Tantus enim ardor est: tantus impetus obtrectandi: ut quid loquitur nō attendat. Ubi queso inquit legitur Tulij phisica? Ubi Uarronis methaphisica? O stulta percunctatio. Barbarus insolens grecis nominibus delectaī. ꝛ ita hoc dicit: tanq̄z qui hos libros scripsit Aristoteles gallus sit. Legi librum fraterculi cuiusdam: cui nomen est Prosodion. In hoc ille grammaticali opusculo impertinentissime euagatus: ꝛ patrie sue uano amore hispanum fuisse ait Aristotelem: quem fortassis iste freneticus gallum facit. Aristoteles

Quid enim aliud sonant uerba? Tullio italo ac romano quid nisi gallum obiciat illum qui galliam nunq̄z vidit? Credo etiam nec audiuit natione grecus aut macedo: patria strigerites. ¶ Fateī hic quidez gallus nō ut reor ex animo sed urbanitate quadam gallica: italiaz magnā partem ꝛ bonam orbis esse. Ipsius enim uerba trā scribo. Agam⁹ ergo gallo gratias: immo quidem ueritati que fateri illuz cogit quod ab alio dici fert moleste: ꝛ id ualde laudare quod uehemēter odit. ¶ Fateī insuper ꝛ nostrorum quosdam scripsisse libros multos: humane vite utiles: longe tamē ethice Aristotelis post habendos. Mirum pugne genus cum vno ceperam duellum. Js iam fessus labente uestigio: alium fortiorem uelut inaduertenti obicit. Quid enim cōmune habet Aristotelis ethica cum gallorū ignorantia? Ut vincat Aristoteles quid ad Gallos: nisi q̄ intensum odium: quicquid hosti detrahit: sibi ascribitur? Ego tamen externo ꝛ ualido bellatore non moueor: sed in mea opinione persisto: quam ut reor experientia ueritasq̄z adiuuant. De qua quoniam multa nuper materia cogente disseruit breuiter nunc attingā. ¶ Scio Aristotelis ethicaz: libroſq̄z alios viri illius: ab alto ingenio profectos. Quantum tamē ad id spectat ad quod philosophie pars moralis inuēta est: hoc est ut fiamus boni: sicut idem ipse diffinit: nego ullos seculares libros nostrorum libris: nō dicam prefferendos esse sed equādos. Atq̄z illud esse uerissimū quod Tullius ipse cōfirmat multis in locis: sed in vno maxime. Meum inquit iudicium fuit: omnia nostros aut inuenisse per se sapientius q̄z grecos: aut accepta ab illis fecisse meliora. que qdē digna statuissent: in quibus elaborarēt. Et hoc igitur meum quoq̄z iudicium est: non ideo minus uerum q̄ Gallo forsitam non probetur plus Aristotelem docere: plus Tullium animos mouere: plus in illius moralib⁹ libris acuminis: plus in huius efficacie inesse. Ille docet attentius quid est virtus: urget iste potentius ut colatur virtus. Quid sit utilius vite hominum gallus ipse diffiniat. Et cum Tullio Senecam pono: de quo Plutarchus magn⁹ vir ꝛ grecus: ultro fatetur nullum in grecia fuisse: qui sibi in moralibus possit comparari. Sed occurret Gallus in via ꝛ dicet: origine hunc hispanum. Respondebo dignitate ꝛ conuersatione: stilo insuper ac studijs romanum esse. ꝛ mihi sufficere q̄ gallus utiq̄z non est: sicut aduersario sufficit Aristotelem italū non fuisse. ¶ Non scripsit Tullius physicam. Addo ego nec ethicam. Non scripsit Uarro Methaphisicam. Addo ego: nec problemata.

Plutarchus de Seneca

Claudianus fuit florentinus

Statius gallus

Lucan⁹ hispan⁹

Anticlaudian⁹

re.tam dissimiles tam diuersi sunt hominum mo-
res. Dabo autem e tot millibus duos viros ro-
manos ac principes:qui insimulationem publicaꝫ
Juli⁹ ce sar Tit⁹ ue-spasian⁹ singulari sua laude discutiant. Julium Cesarez: ⁊
Tituz Uespasianū. De quoruz primo scriptū est.
Cesar in animū induxerat laborare:vigilare nego
cijs amicorum intentus sua negligere:nihil dene-
gare quod dignum dono esset. Alter ⁊ ipse nihil so
litus negare non oportere aiebat quenq̄ a sermo-
ne principis tristem discedere. Atq̄ etiaz recorda
tus quondā super cenā:q̄ nihil cuiq̄ tota die pre
stitisset:memorabilem illaz meritoq̄ laudandam
uocem edidit. Amici diem perdidi. Sic enim de il
lo scribitur: ⁊ rursus. Neq̄ negauit quicq̄ peten
tibus: ⁊ ut que uellent peterent ultro adhortatus
est. Non prosequor utriusq̄ clementiaz morumq̄
dulcedinem. Sufficit ad obiectum negandi duri-
tiem respondere. Sed occurret. Et nō sunt inquit
omnes tales. Certe nam si essent:non tanta eēt eo-
rum gloria. Magnum rerum atq̄ hominum dec⁹
est raritas:magnum imparitas ornamentum. Si
pares essent omnes nullus excelleret. Det mihi ad
uersarius vnum Gallum:uel omnino vnuz barba
rum similem hijs duobus ⁊ vicerit. Nescio quidē
an ad cūcta respōderiz:nec tāti illa facio:ut in hac
inquisitione multus sim. Optarem ego si fieri pos-
set:ut ille vir tantus discussisset:nō modo quid di-
ceret:sed ⁊ contra quos diceret:fortasse etenim ta-
cuisset:nec perpetuam illam fame notam immeri-
tis immisisset. Sed si irreuocabile uerbum:q̄to ir
reuocabilior est scriptura:presertim post obitū scri
bentis? Itaq̄ quod scripsit scripsit. Eat ut potest.
⁊ rerum ueritas cum contradictione linguarū suo
marte contendat. sub incorruptis non sum dubius
victura iudicibus:aliorum sententias contemptu
ra. Non potuit vir sanct⁹ errare:sed si homo:si gal
lus:si burgundio:si iratus errasset:non esset ut ar-
bitror iter ꝓdigia numerandū. ℂ Leteꝫ quocūq̄
res uergat:non efficiet barbarus:quin in loco fa-
mosissimo iuris ciuilis ita scriptum non sit. Sum-
ma reipublice tuitio de stirpe duaruz rerum armo
rum atq̄ legum ueniens:vimq̄ suaz exinde muni-
ens:felix romanorum genus omnib⁹ anteponi na
tionibus omnibusq̄ dominari:tam preteritis effe
cit temporibus q̄ deo propitio in eternuz efficiet.
Mirum ualde. Romanorum dixit:non galloruz.
Et ita ꝑm Saluij Juliani scripturam que indicat
debere omnes ciuitates consuetudinem Rome se
Rome leges i perium ⁊ Pōti ficatus qui ⁊ legem:que est caput orbis terrarum:non ip-
sam alias ciuitates Romam dixit:non Parisius.
Et preterea legum corpus non Auinionem sed ro
mane iustitie templum dicit:quin ⁊ leguz origine:
⁊ summi pontificatus apicem Rome attribuit:de
q̄ hoc dubitare neminem ait. Neq̄ enim dubitan
tem de hoc:immo aperta prorsus impudentia re-
luctantem barbarum istum norat. Quin eandem
urbem legum patriā:sacerdotij fontez uocat. Ego
autem petita uenia:occiduam hanc Hierusalē vn-
de homo ille descendit:felicissimus ni redijsset pa
triam potorum ⁊ vini multiplicis fontez uoco. Cō
fer nunc titulos. vincet Auinio:maxime si illos ad
didero mundo notos mihi autem a pueritia longe
notissimos:quos ut taceaz uerecundia persuadet.
Sed iaz sensim fatigari incipio romane urbis pre
conia colligēdo:quibus si diutius imorari uelim:
tempus mihi prius defuturum:q̄ materiam intel
ligo. Parcendum ⁊ scribentis tedio ⁊ legentis:at-
q̄ in primis barbari illius:qui q̄ amaro animo q̄
tristis hec videat:audiatq̄ q̄ cupide:si facultaſ de
tur:ex libris hec omnibuſ erasurus sit. Non aliter
scio q̄ si oculis viderem:ita illū ex animoso nimis
alloquio nosce mihi videor. Et quoniam in vno eo
demq̄ homine:galli cristam atq̄ anseris linguam
monstri gen⁹ ⁊ contentioſe gentis peruicatiā:noui
illuz exclamantē hinc exaudio. Uera erāt ista dū
scriberētur:sed mutata sunt tempora. Mutata ita
q̄ tempora: ⁊ mutatos homines:mutataq̄ omnia
⁊ in peius fateor. Cui eniz queso non illud linci ua
tis auditum est. Damnoſa quid non imminuit di-
es:etas parentum peior auis:tulit nos nequiores
mox daturos progenie vitioſiorez. Sed vniuerſo
lis ista mutatio est:q̄uis necessario ut dixi in reb⁹
maioribus maior sit: ⁊ non solum in tot seculis sed
in paucis annis ⁊ in nostra etate mutatio mirabiliſ
⁊ miserabilis facta est. Et si res prodeunt ut cepe-
runt ualde ut reor ad mundi exitus propinquam⁹.
Quis non dicā gallus sed asellus hoc nesciat? Et
si loqui ualeat fatentur? Ego quidem mutationes
temporum legens:nōnunq̄ tardior ad credenduz
ex hijs que ipse nuper oculis meis vidi:nil iam in
credibile existimo. Uerumtamen in hoc statu re-
nūc ēt romanos viroſ bonoſ: ⁊ si amice:si paterne:
nō hostiliter non tyrannice tractarentur satis affa-
biles expertus dico:multis annis cum eisdez Ro
me ⁊ alibi conuersatus. In vno plane fateor intra-
ctabiliores esse romanoſ q̄ hierosolymitanos rho
dani:q̄ non tam equis animis coniuges suas sibi
eripi pati possunt: omnia prius q̄ dedecus id la-
turi. Nempe quoruz in auribus adhuc sonat:uer
bū illud uetus:icilij ciuis sui. Seuite in tergū ⁊ cer
uices nostraſ pudicitia saltem in tuto sit. Que uox
toto orbe dignissima exaudiri:propter distantiam
forte in gallias ⁊ ad ripam rhodani non peruenit.
Et q̄uis iste conuitiator non contentus Bernardi
conuitijs:auaritiam illis obijciat:dicens eos sem-
per lucris temporalibus inhiantes:nihil aliud co
gitare:nihil aliō somniare:ego pace eiuſ nihil hoc
falso falsius dico. Nulla gēs minus lucro dedita
est. Nunq̄ magna in urbe tam pauci mercatores:
tam nulli feneratores inueniūtur. Itaq̄ preter pn
cipes qui plures sunt q̄ gallus hic cogitet: ⁊ maio
res:nullus fere in populo tāto diues est:ut nō ma
gis uoluptatibus q̄ lucris incumberent. Et de vi
ris quidem hactenus. Sin autem saltatrices suas
claudas ac potrices:romanis matronis compara
re uoluerint sol eclipsabitur:mare tumultuabitur:
terra tremet:ego attonitus obmutescam. Cogitet
gallus ⁊ recogitet:odijq̄ uelum ab oculis mentis
ammoueat:Uidere fortaſſis incipiet quid interſit
inter romanam grauitatem ⁊ gallicam leuitatem.
Sed ipse ut auguror Rome semper pauens. Sic
eniz scripta eius indicāt. Jdeoq̄ iudicij ipos fuit:
vn⁹ ex illis de q̄bus ait psalmista. Illic trepidaue- Psal'i sta
rūt timore ubi nō erat timor. Nec eniz amicis for-
midabiles sed amabiles sūt romani. Gallus autez
qui illos:nulla qdē alia cā:niſi hereditario quodā
iure oderat:ſe ab illis amari nō posse existimabat.
Non iniustus metus fateor:sed iniustum odium:
odisse qui nihil mali sibi fecerant. Et si patres eiuſ
ab illorū patribus victi:domiti triumphati ac tri-

populorum. Quis vnq̃ populus grat⁹ fuit? Gratitudo nō oium sz paucorum est. Ingrati fuerunt: cōtra quos? contra ciues optimos. Illi aūt ciues vnde erant? Roma vna omnibus patria. Erant ibi z boni z mali: at plures mali. Ubi queso vnq̃ contrarium visum est? Ubi vnq̃ pro vno bono nō fuerunt? uellē dicere multi: cogor dicere mille mali? Fuit Rome ꝑdito: patrie Catilina. Alij quoq̃ q̃s odio dictāte dinumerat. Sz ꝑditio illa: q̃rū potius q̃ gallor fulciebaī auxilio? Hēs radicit⁹ animi ca que iuisam urbē per se nihil ausura: ab ipis ciui b⁹ ut audē aliqd icipet excitāda erat. Fuit Rome Catilina. Sed z Lato fuit qui de ꝑditorib⁹ sententiā tuli: fuit z Cicero vigil ꝓsul qui sniaz execut⁹ est. Fuerunt z mille alij quibus parem vnum non habuit orbis terre. At non fuit in gallia aliquis Catilina? Credo edepol. Fuit eniz Catilina q̃uis ingenio malo prauoq̃: magna tamen vi animi z corporis. Hec ꝑfecto vis non habitat inter gallos. Res illarum partium vndiq̃ fragiles exangues q̃ sunt. Nec boni nec mali fame ichoent. Sunt ibi ut apō gētes alias mali: sed obscuri. Quomodo eniz mali cognoscerentur ubi boni etiam sunt ignoti? Uoluptatez ex regno ingēs fama exaltat. Desinat oro iam barbarus cōferre summis infima: fusca clarissimis equi illud erroris: quod italicuz satyricū de romanis moribus sit conquestus. Addit etiaz duos Rome lenones illo tempore fuisse Arturium z Catulum. Credidi primum: z sic scriptum erat q̃ lenones dicerent. z mirabar qd sibi uelint hij lenones. Intellexi ilico de lenonibus esse sermonem z subridens dixi. Uolo succūbere huic barbaro: qō inuitus facere: nisi cum in magna Roma duo fuerint lenones in parua Quinione sint vndeciz. Scit enim ipse: z utinam nescirēt alij q̃tus illi artificio locus sit. Obicit nobis pater multa impatientiam tyrannorum. Uellez hoc negare: sed nequeo in aliqua scilicet italie parte. Nam in alijs est libertas quāta nusq̃ alibi terrarum: quod ego quidem nouerim. Uera autem libertas ac perfecta: dum in hoc exilio degimus: fateor nulla est. Si autem mihi locum aliquem sub celo: omnis expertem tyrannidis hic iactator ostenderit: illuc raptim cuz omnibus sarcinulis cōmigrabo. Ibiq̃ relique vite mee sedem eligam ac sepulchrū. Qua in re nouerit me non facile falli posse: ut qui in hijs locis in quibus iste felicitatem statuit: a prima pueritia educatus sim. Sane si species tyrannidū explicare uoluero: occurrēt stilo lōga nimis atq̃ odiosa materia. Sit satis taciturnus intelligi. Jam q̃ usq̃ adeo miratur equestrem statuam marmoream: idoluz uocat ipse super altare dei vidisse Mediolani: longe rudis est admiratio. Non enim super sed secus altare: z in capella domestica illam vidit. Quāto ego dignius mirer: vidisse Parisius insigniuz choros ecclesiaz: sic ꝓfertos bustis z cadaueri⁹ pctōrum: qōq̃ est fedi⁹ peccatricū: ut vix q̃sq̃ possit se flectē ibi: virq̃ iter pateat ad altare. Si gallo cēsori rigido alienaz rex: molli ut auguror suaruz: rñsio ista nō sufficit: illū iterroget cui⁹ est statua: ille sibi summarie rñdebit: patuſ ēt maiorib⁹ rñdē. Sz iā satis: supq̃ sat est. Cauēdūq̃ nedū stulti sequor ieptias ipe sim stultior. Lōtagiosus morb⁹ est amētia. Exclamabit gallus in finē: ut grex illū audiat ignorātiuz: z gallice gl'ie defensorē uocet. Multa igit me mētitū dicet. Int⁹ aūt uelit nolit clara uoce fatebit nil ueri⁹ dici posse: q̃ q̃ pat⁹ ad oia. Nēpe bruti factuz nō est uerit⁹ dānare: qui amore vtuq̃ z libertaq̃ z pīe: sese oblit⁹: pīos affect⁹ exuerit. Nescio hercle: an res ulla vnq̃ hac virilior facta sit: quā iste vitupat: teste fret⁹ Orosio: qui lz nō ielegās scriptor: tñ qō legētib⁹ ꝓnū est aduertē: in vitupatione romanoz totū suū expēdit igeniū: itētione fortitā nō mala ad nobilitādū. s. chr̃i fidē: q̃ q̃ nec ab ipo nec ab ullo homniū sat laudari possit. Quia tñ nec suo nec cuiusq̃ mēdacio vitas idigebat supuacue. Ne q̃ eni ut i Bernardo mihi obstat reuerētia sanctitaq̃: scō lz scripsit Augustino. Jā qdē Romulo obiciūt z violentas nuptias illū celebrasse: z in religq ardētissimi viri spūs fuisse. Excusari pōt facili⁹ q̃ negari. Et nuptias qdē pene excusat ipsa necitas. Quis est eni tā modest⁹: qui si fame ultia laboras panē humili prece poposcerit: negatū non: si possit eripiat? At qui populus viroz erat: Ita enim scriptum est: vnius dumtaxat etatis ad perpetuitatez nuptijs opus erat: hec a finitimis repetite non duriter modo sed contumelioſe etiam denegate erāt. Credo pīsagientib⁹ iam vicinis: noua ex urbe uenturos: qui eos reliq̃sq̃ mortales z rarum orbē iugo pmerēt. Ea negatio ac repulsa viros fortes ac magnanimos icitauit. Occasione itaq̃ mox arrepta: nō ad stupr̃ū sz ad coniugiū: z diuine atq̃ humane domus societatē: negatas vgines rapuerūt. Q̄ō hic q̃so tā nephariuz scelus est? Et q̃t in alijs urbib⁹ q̃s noiare nō est necē: nuptias q̃q̃ ad adulteriū raptas; z depulsos isup maritos audiuim⁹? Quid ē q̃ Romulus solus arguit: nisi q̃ nulli grauis est pcussus Achilles? Reliquum sane viri illi⁹ ardorē florus excusat. Quid iquit Romulo ardēti⁹? Tali op⁹ fuit ut inuadēt regnū. Et ꝑfecto: qō q̃n q̃ usq̃ regnū cernim⁹: aut regis inuadent ardor fecit: aut ignauia ppl'i facient. Nō fecit nā reges primos sz idustria. Ad id deniq̃ q̃ Camillū pīa pulsum dicit: quid rñdeā nisi ciceronianū illō? Nouū crimē z ante hūc diē iauditū. Nouū inq̃ z mirabile crimē exiliuz. Ecce q̃ m'ta vir doct⁹ accumulat pro defensione mēdacij: qō oppugnare pro virib⁹ suū erat. Sz amicū gallis est mēdaciū: z amicum suū nullus oppugnat. Ego aūt vitaq̃ nō me sat amicū rear: nisi ei⁹ fidele prociniū cōtra quoslibet suos hostes: proq̃ ei⁹ amore prōpto animo z m'torū z maioz odia inimicitiasq̃ suscepo. Q̄ō cū facere iuuenis icepim: nō desistam senex. Tu amice ut hec in barbari notitiā ueniāt: curabis. Sibi quidē qm̃ nihil mihi scripserat: nil rescribo. Sz in l'ris tuis: illius ꝑcacitatē cōtudisse suffecerit. Sin fortassis eū videris: quē ordo illo adulationū atq̃ mēdaciorū in regno eē: vñ utinā tu abesses: Admone eū nō ut barbaq̃ sz ut hoiez: qm̃ aliquid scribit pro certamine gl'ie: ut nūc fecit. caueat saltem ab apto mendacio. Nā que ꝑ rōnē ul' sine rōne dicunt: utcūq̃ nōnunq̃ oīone defendunt. Palā falsa: nulla defēdit oīo. Adducit ergo vir ille puerilr sat Lucani vsiculuz nō integrū z imptinētē ad rē: pbatiōis nō egētē: humanuz paucis viuit gen⁹. vulgatā illā vult pbare sniaz. nām paucis eē ꝓtētā. qui quidē vsiculus: z si per seipz seorsū: sensū ad quē trahit nō respuat. ubi tñ posit⁹ ē: lōge aliō sonat. hoc eni vult dicē. q̃ humanū gen⁹ viuit paucis. i. ad obsequiū paucoz: regū videlicet z ꝓncipū i nūero pauci sūt. Cesar eniz

Catilia

Orosi⁹

Flor⁹ ō Romulo

Flacci Lio iā hinc mihi obstare illā flacci sentēti am:ubi de moribus senis agens difficilez illum dixit:⁊ querulum seq; puero acti tē poris laudatorem. Non nego id quidem ita eē: ſz licet id mihi sepe alibi fortassis: huic nunc tamen epistole non aduersum dico q̄uis enim ego queru lus ⁊ laudator ueterum:hec tamē seu veterū laus seu querela p̄sentium ꝯa erit: se per hos mētiri solitum vitas sonat. Cui ⁊ si auctor fidem deroget ipsa sibi fidem facit:dico ego teq; fassurum spero: dico ⁊ queror ⁊ si virum decet lugeo: quid ita pe ioribus annis senectutez agimus: q̄ pueritia acta est:nisi qō auguror ut arboris sic hominis etatem esse ut sicut illa celi minas atq; aerias tempestates ita hec mundi difficultates ⁊ procellas rerum du rior ferat:quas tenerior non tulisset. Sed hec con solatio nobis accommoda est. Alijs non ita. Nam innumerabiles nobis ⁊ senescentibus pubescunt: ⁊ pubescentibꝰ senescebant:fieriq; potest:ut ⁊ hos tranquilla maneat senectus:⁊ illis pueritia ingeta trāsuerit:quāobrē omissis alijs ad rem nostrā ue nio:profecto enim ut viuendo ad malorum tolerā tiaz duriores simus ad multa fragiliores facti su mus:⁊ qō nemo neget indignantiores ad omnia. Nihil est enim indignantius senectute. Motꝰ hec animi ⁊ si placare norit ac tegere: sentit tamen sic ut etas nulla profundius fessa iam ⁊ vite confecta fastidijs:hec sententia mea est:quam non audien do nec legendo:sed experiendo didici:quāq; an tu probes nescio certe qō de etatis mutatione in pe nis ac ruina dicere institui approbare ipsa te sole clarior vitas coget. Nec iniucundum puto:nec in utile fuerit aliquantulum nunc etiam preteriti tē poris meminisse:q̄ lōgissime igit̄ potes retro me cum uerte oculos. Et primā quidem illaz vite par tem quam tu domi tue: ego in exilio meo egi. Ne q; vo magna hinc elicias argumenta ubi tam exi guum lumen sit rationis animiq;. In ipso sane in fantie pueritieq; confinio:forte in galliam transal pinam:eam.s.que prouincia prouincie nūc dicitur olim arelatensis prouincia dicebatur: vno prope tempore transuecti ambo confestimq; qualez etas illa patitur amicitia iuncti usq; ad exitum duratu ra vnum vite iter arripuimus. Atq; hic ego tuam ianuam fileo vnde tunc nobis transitus fuit cuius tu ortus in finibus:nunc pontificatus in uertice cō stitutus nosti omnia:⁊ ego quidem de bijs latius duci urbis illius ⁊ consilio scripsi olim:epistolāq; illam tibi cognitam ⁊ probatam scio. Meta pueri lis nostre peregrinationis illa fuit que ab antiquis auennio.a modernis auinio dicta est. Inde quoni am romano pontifici:⁊ ecclesie secum ibi tunc no uiter peregrinanti:neq; in suam sedez usq; post an num sexagesimum reuersure:locus angustus erat domorum ea tempestate inops incolarumq; col luuie exundans consilium nostrorum senum fuit: ut mulieres cum pueris ad locuz primū se trāsfer rent. In qua transmigratione ⁊ nos duo iam pue ri nec dum puberes cum reliquis simul:sed ad ali ud hoc est ad scholas grāmatice missi fuimꝰ. Car pentoras loco nomen urbs parua quidem: sed p uincie parue caput. Tenes memoria tempus illō quadriennij quanta ibi iucunditas: quanta securi tas que domi qes:que ue in publico libertas: que per agros ocia:quod ue silentium. Tu credo idez sentias certe:ego adhuc illi tempori:immo vo om nium temporum auctori gratiam habeo qui id mi hi spatium tam tranquillum dedit.ut absq; ullo re rum turbine pro ingenij ibecillitate doctrine pue rilis tenerum lac haurirem quo ad cibi solidioris alimentum conualescerem. Sed mutati sumꝰ di cat aliquis.hinc est ut mutata simul nobis omnia videantur: sic oculo sic palato: alia quidem sano: egro alia eadem res videt. Mutatos fateor:quis enim non dicam carneus sed ferreus aut saxeꝰ tā to non mutetur in tempore? Enee atq; marmoree euo cedunt statue urbes manu aggeste ⁊ que iu ga montium premunt arces:quodq; est durius so lide ipsis ex montibus rupes ruunt: quid facturuz rear hominem mortale animal fragilibus mēbris ⁊ cute tenui compactum. Sed an mutatio tāta est ut manente anima iudicium aut sensus abstulerit: satis extimo si nobis quales hodie sumus que tūc fuit etas illa redeat. Non omnino talem visum iri qualis eo tempore visa est:ne nihil penitus annis actuz dicam:alia certe videbitur. Nunquid tamē non longe melior multoq; tranquillior:q̄ que nūc agitur? An quia fortassis minutissimum illud opꝰ mirmithidis quadrige quaz tegebant ut perhibēt alij musca rotaruz radios non discernūt oculi seu calcitratis nō dinumerant formicarum pedes par tesq; alias humani aciem obtuitus tenuitate fru strantes: neq; iliadem illam quam subtilit̄ adeo Ilias fuisse descriptam:ut tota vnius testa nuciſ include retur ait Licero:clare expediteq; perlegunt: idcir Licero co sic caligant:ut urbes vicosq; urbium ciues mo res habitus domos templa non videant:sic mens hebet.ut vnitati ⁊ deformata omnia nō agnoscat. An non sepe postea ciuitatulam illam reuidimus a seipsa vsq; adeo diuersam ut alienati magis ani mi videri possit tamq; enormem mutationem re rum omniuz non videre. Nō multis annis ex quo inde discessimus totius qō ante non fuerat prouin cie litigiorum sedes dicam rectius domus demo num facta est:cessit ocium:cessit gaudium: cessitq; tranquillitas:cuncta ilico iudiciarijs tumultibus atq; clamoribus plena erāt. Quid nobis obicitur mutatio qui trāslati alio ⁊ locis mutatis ⁊ accedē te euo mutari utiq; poteramus:⁊ haud dubie mu tabamur ipsi iam ciues vix suam patriam agnosce bant:quod crebra uotorum lamentatione didiscimus. Sed hec mutatio pro iustitia fuit dixerit qſpiam que raro sine clamoribus exerceri pōt. Ego autez de mutatione ipsa nō de causa disputo. Nū quid vo illud etiam iustitie fuit: q̄ post annos ea ipsa urbs ⁊ circūfusa regio:que securissima:⁊ apo stolice:cui subest sedis reuerentia pene armis exē pta ⁊ iaccessibilis videbat marti p̄donum exercitu nō uexata tm̄ ſz uastata atq; ad extrema miseriaꝝ redacta est hec nob̄ pueris:siqs illic vnq; euētura

Auinio olim dicta est auēnio

ius autem pax ac requies heremus silentium: ac celeste habitaculū: ⁊ pennis vita. Illi⁹ militie secularis studiū erat escā vmiū corp⁹ alere: atq; ornare ⁊ uelut offerendā regi dapem infercire affatim auro ac gemmis: ⁊ candidis linteis obuolutam templum dei animam negligere. Huius autez religiose militie studium est amicuz colere: corpus attere re: ⁊ in seruitutem redigere: ⁊ obedientie vinclis astringere ⁊ cilicio affligere: deniq; ut hostē a quo multa perpessus: multa metuas in carcere ⁊ compedibus habere. Illa tibi suggerebat nunc cruenta arma: nunc purpureas uestes induere: quib⁹ aut terreres hostes: aut mulierculas delectares: hec te humilem pallidamq; induit cuculaz: qua demones terreas ⁊ placeas deo. Illa te docuit fortes equos tensis tibijs urgere: hec te docet charitatis ac spei stimulis ad salutis bꝛauium pigritantē animam excitare: equos autem ⁊ teipsum spernere: ⁊ dauiticum illud horꝛificum meminisse: qꝺ insani equites non aduertunt: non in fortitudine equo luntatem habebit: neq; in tibijs viri beneplacituz erit ei. Illa tibi militia ad postremum conscientie morꝛsum ac pauores abditos uanasq; hominū laudes ⁊ iactantiam operosam: hec animi puritatem ac securitatem perpetuam pollicetur: ⁊ contēptuz laudum humanarum ut in domino laudetur anima tua: ⁊ in domino glorietur: qui de tantis illam malis eripuit: bonorumq; participem tātoꝝ recto ad vitam duxit itinere. ¶ O cistertium sacra domus: ubi hec fiunt. O cistertiuz felix scola: ubi ista discuntur. O beatum te qui intra illud sanctum limen: ⁊ teipsum quez perdideras: ⁊ pro multis dominis pauperibus ⁊ malis ac duris vnum bonū mansuetum largum ac diuitem dominum inuenisti: qui dat omnibus affluēter: nec ip̄properat: qui rogatus iuste nihil negat: ⁊ si differt vult utili⁹ donare: sepe etiam nec rogari expectat ut merita nr̄a trāscendens sic ⁊ uota preueniens: habes dominum qui non te decipiet: non calumniabitur: non ꝓtemnet: sed eo te pluris faciet quo te magis ipse contēpseris: habes dominum qui non ledet nec te ledi sinet: non te periculo obiciet: non labori nisi iusto ⁊ pio ⁊ meritorio ⁊ utili ⁊ delectabili ⁊ honesto. habes dominum non huius urbis aut illius: non regni aut imperij temporalis: ⁊ ab altero quesiti: ſz qui celum mare terram: ⁊ que in eis sunt: que creauit omnia: pugno continet: nutu regit: cuius regni non erit finis: nec tamen hac tanta potestate difficilem aut superbum. Hunc̄ tibi amicus humilis familiarioꝛ fuit q̄ hic erit: si tota ⁊ pura mente uolueris. Nihil enim secum fingi potest: nihil diuidi totum vult. Coꝛ atq; animam tuam cum nemine vult partiri: ꝯelotes est. Si quez forte nisi in se aut propter se alium ames irascitur: ⁊ quemcunque consoꝛtem dedignatur: nec immerito neq; enim parem habet ⁊ ipse de se ait: videte q̄ ego sum solus: ⁊ non est alius deus preter me: ⁊ de eo dictum est: neq; enim est alius extra te. Et iterum. Non est similis tui in dijs domine: quanto minus ergo in hominibus. Quotcunq; se per oꝛbem reguli attollant: quotcunq; se dominos dici uelint: uere vnus est rex regum ⁊ dominus dominantium. Et si te aliquando totum dare homini libuerit nihil in te habenti nisi consensum tuum da nunc immo redde totum deo coꝛpus ⁊ animam cogitatus atq; opera que illius sunt. Et si ea tibi forsan eripueras: ut alterius fierent imploratus aderit: ut indigno possessore spoliato suum ius ipse recipiat: ⁊ tu fidem tuam: si illi ergo vite primitias abstuliſti redde reliquias saltem bona fide integras liberaliter: cura debitore paciscitur ⁊ libenter obliuiscitur. Nempe si in laudem Julij Cesaris ait Licero q̄ nihil soleret nisi iniurias obliuisci: quanto id dignius in laudem Christi dicit: qui nisi obliuioſus iniuriarum nostri autez ⁊ sue misericoꝛdie memoꝛ esset frustra per prophetam diceretur: Cū iratus fueris misericoꝛdie recoꝛdaberis: ⁊ itez. Reminiscere miserationum tuarum dñe ⁊ misericoꝛdiarum tuarum que a seculo sunt. Ac deinde: delicta iuuentutis mee ⁊ ignorantias meas ne memineris: ⁊ post statim. Secundum misericoꝛdiam tuaz memento mei tu. Meminerit mihi crede tui tuarumq; miseriarum: ⁊ suarum misericoꝛdiarum sponte meminerit. Quid ni enim? Quis non libens qꝺ eximiuz habet recoꝛdetur ⁊ cognet: qs non thesauros suos explicās quod precioſissimuz ibi est crebꝛius auidiusq; consideret? Quod si ei⁹ de quo nunc loquebar principis in honoꝛem laudatoꝛ idem ait. Nullam de virtutibus suis plurimis misericoꝛdia eius admirabiliorez esse nec gratiorem quanto id iustius christo datur de quo scribitur misericoꝛdia domini plena est terra. Suauis dominus vniuersis ⁊ miserationes eius super omnia opera eius. Misericoꝛdia domini quia non sumus consumpti. Contra vꝺ tuarum ne dubites offensarum obliuiscetur omnium modo tu malarum uoluntatum ⁊ male consuetudinis obliuiſci uelis: obliuiscetur inq̄ ⁊ delebit iniquitatem tuaz ⁊ q̄tum distat oꝛtus ab occidente longe faciet a te ⁊ a peccato tuo mūdabit te ⁊ proijciet illꝺ ut quesitum non inueniatur. Non fefellit qui promisit dicens: deponet iniquitates nostras ⁊ proijciet in profundum maris iam peccata nostra: neq; hic desinet donec summum illud impleuerit ut ubi abundauit peccatum abundet ⁊ gratia: quod in multis ⁊ fecisse eum scimus: ⁊ facturum esse confidimus deniq; plus in illo repperies q̄s sperare auderes: vnq̄ aut optare nisi per te vnum steterit. Ipse enim nullam conditionem non amplectitur dum in ius domini reponatur. Jta lete redeuntem te excipiet quasi nil debeas: ⁊ fortassis eo letius quo ⁊ maiore cum gaudio filius amisso patrimonio reuersus excipitur: ⁊ amissa in deserto ouis ⁊ dragma domi perdita exultantius inuenitur: ⁊ omnino mai⁹ est gaudium super vno peccatore penitentiam agēte q̄ super nonagintanouem iustis qui non egēt penitentia. Quod non ideo scriptum est: ut iusti ad peccatum incitentur: sed ut iniusti a desperatione retrahantur. Accede ad illum confidenter nec timoꝛ aut pudoꝛ impediat: non te detineant: sed tu illos trahe: bonus enim comitatus peccatoris ⁊ acceptus deo est metus ⁊ uerecundia modo spez ac fiduciam non excludant. Sit tibi de te metus: de domino tuo spes placatum tibi illum inuenies: si

Licero Cesar

tandem exorata sed multa pauēte ac monente ꝓfecti sumus: cuꝫ illo viro cuius uel sola recordatio leta est. cuiusqꝫ tu nomē ⁊ cognomen retines doctrine autem ⁊ fame plurimum addidisti: cum ad fontem sorgie uētum esset recolo enim non aliter: qꝫ si hodie fuisset: insueta tactus ſpe locorum: pueriles inter illos cogitatus meos dixi ut potui. En nature mee locus aptissimus: quēqꝫ si dabit aliquando magnis urbibus ꝓlaturus sim. hec tūc ego mecuꝫ tacitus que mox postea ut virilē etatē attigi: quātū nō ocio meo mūdus inuidit late claris inditijs non tam feci: multos illic eniꝫ annos sed auocantibus me sepe negocijs rerūqꝫ difficultatibꝰ interruptos egi. tāta tui in rege tātaqꝫ dulcedine: ut ex quo qd vita hoiuꝫ eēt agnoui: illud ferme solū tps vita mihi fuerit: reliquū oē suppliciū. Jam tūc idiuisibiles ais distracti studij eramus. tu litigiū ⁊ rostra. ego ociuꝫ sectabar ⁊ nemora. te calle politico diuitias honestas quesiuisti: que me mirū dictu solitariū cō tēptorē ꝓfugū in medias siluas usqꝫ ad iuidiā insecute sunt. Quid vo tibi nūc ego illud agreste silē tiū illud nitidissimi amnis assiduū murmur. illum boū sonoris in uallibꝰ mugitū. illos uolucrū in ramis nō diurnos mō cōcētus sed nocturnos explicēʔ scis oia: ⁊ si me hac in pte nō penitus sequi ausus: quotiēs tū urbanis tumultibus te furari posses: qō prarū erat cupide illuc ut e ꝓcellis in portuꝫ fugere solitus. Quotiēs aūt reris me nox atra solū ꝓcul in cāpis inuenerit: quotiēs per estatē media nocte surrexerim: ⁊ nocturnis Christo laudibus psolutis: vnus ego ne somno pressos famulos ingetarē: nūc in agros pīsertim sub lustri luna nunc in mōtes exierim: quotiēs hora illa nullo comite nō sine uoluptate horrida immane illud fontis speus intrauerim: quo uel comitatū luce ingredi horror est. vñ aūt ea tāta fiducia si querit. Hēpe vmbras laruasqꝫ nō metuo. lupuſ nunqꝫ in ea ualle visus erat. boium pauor nullus. bubulci inꝓratis: piscatores in fluuio puigiles: illi qdē canebāt: bij sile bāt. utriqꝫ certatim me colebāt seqꝫ ad oimodū ob segum horis oibus offerebant. quippe cū suū lociqꝫ dīm scirēt nō amicum mihi tm̄ eē sed frem optimū sed parētē: sic ubiqꝫ beniuoli. hostes nusqꝫ. itaqꝫ cūcta deliberās sic mihi te fauēte atqꝫ idem sentiēte psuaserā: si totus orbis bello quatereť illū immobilē ac pacificū locū fore. qō ut crederē ⁊ romane respectꝰ ecclie de quo dixi: ⁊ multo marime vicinitas faciebat. sup oia autē pauptas securissima rerū ⁊ cōtēptrix auaritie atqꝫ armor. Quid dein de mirari posses in rem nosses. adhuc me ibi agente lupi aduene usqꝫ in oppiduli domos catheruatim ruere cepant ⁊ facta gregū cede. attonitos trepidosqꝫ ipsos loci incolas habere. nec dānum mō: sed augurium eē. ⁊ lupor credo qui uēturi erant ꝓ sagium armator. Sigdem nō multo post q̄ inde discesseram: parua quedā fedaqꝫ ⁊ infamis manꝰ furum: sed ignauie accolarū fidēs: oibus circū perratis ac direptis: ad extremū ꝓrsus ut sacri fures eēnt: ac de furto suo lauerne furum dee rite sacrificarēt ipso dñico natali die incautuꝫ rus aggressi ablatis que auferri poterāt reliq̄ flāmis exusserūt: inqꝫ illud hospitiolum ex quo cresi regina sperebā: ignis immissus est: testudo uetus incēdio restitit. ꝓperabāt enim fures impij libellos aliquot quos illic abiēs dimiseram: villici mei filius iaꝫ id ante pīsagiēs futurum: in arcem cōtulerat: quam pdones inexpugnabilem ut est rati: sed ut erat indefensam ac uacuam ignorantes abiere. Sic diris e faucibus pter spem seruati libri ꝓuidēte deo ne tā turpes ad manus preda tam nobilis ꝓueniret. J nunc ⁊ illius clause uallis opacis in receptaculis spem habeto. Nil clausum: nilqꝫ altum fuscum nihil est furibus atqꝫ pdonibus: oia penetrāt: oia ꝓuidēt ac rimant. Nullus tam munitus tāqꝫ excelsus est locus in quem nō scandat armata cupiditaſ ⁊ soluta legum vinclis auaritia. Sed ita me deus amet: ut psentem loci statum cogitās: memorqꝫ preteriti vix opinari possuꝫ esse illum ubi in montibus noctu solus ac securus errauerim. Uerum ego non ruris illius ignobilitate: sed solitudinis mee suauitate pensata plura forsan q̄ ꝓ re dixerim ut antiqua egdem nouis iūgerem ex qbus rerum imitatio nota eēt ordinē deserui: sed reuertor. ¶ Quarto igiť postqꝫ bononia redieram anno cum illo viro sepe mihi ⁊ multum nunqꝫ vo quātum meruit laudato tholosam garimineqꝫ alueum ⁊ pyreneos colles adij celo sepe turbido sed serenissimo comitatu. Et qd de hijs dicam: nisi quod de alijs eadez tholosa eadēqꝫ uasconia egtanea eadez nomine reoēs ꝓrsus alie sibiqꝫ ipsis preter vnam soli supficiem omni ex parte dissimiles. Jnde aūt reuersus qr to idez anno iuuenili ardore vidediqꝫ cupidine pariseorum urbem petij: in quo qdem itinere ac reditu sic iuuēte calcar urgebat. extremos regni angulos Flandriāqꝫ ⁊ brabantiam atqꝫ anoniam ⁊ inferiorem germaniam circūiui. quo cum nup ex negocio redijssem: vix aliqd omnium recognoui. opulētissimum in cineres uersum regnum vidēs: ⁊ nullam pene domum stātem nisi urbium aut artiū menibus cincta esset. de quo tūc ad uenerabilem senē Petrum pictauēsem scripsi latius ac dixi qui post obijt ante nō multum tempus felicius obiturus. Ubi est enim illa pariseos que lz semp fama inferior ⁊ multa suorum mēdacijs debēs: magna tamē haud dubie res fuit: ubi scolasticoruꝫ agmina. ubi studij feruor. ubi ciuium diuitie. ubi cūctoruꝫ gaudia nou disputātium. ibi nunc audiť sed bellātium fragor. nō librorum sed armorum cumuli cernuntur: nō sillogismi nō sermones: sed excubie atqꝫ aretes muris impecti resonāt. cessat clamor ac seduli tas Uenetoruꝫ. strepūt menia: silent silue: virqꝫ ipsis in urbibus tuti sunt: cessit enim penituſqꝫ abijt: que illic tēplum nacta tranqllitas videbatur. nusqꝫ tam nulla securitas: nusqꝫ tam multa picula. Quis hoc vnqꝫ queso diuinasset: ꝙ francorum rex q̄uis quod ad se vnum attinet inuictissimus hoium vincereť: ⁊ in carcerem duceret ⁊ ingenti pcio redimereť? Tolerabilius tamē hoc efficit auctor mali rex a rege lz impari victus est. Illud prorsus miseruꝫ pudēdumqꝫ reditu in patriam prohibitos: ⁊ regem ipsum ⁊ filium qui nūc regnat coactosqꝫ cum predonibus pacisci: ut tutum per suas terras iter agerent: quis hoc inq̄ illo in regno felicissimo non dicam cogitasset: sed autūno etiam somniasset: quando vo credent hoc posteri: si ut sunt uolubiles res humane regnum ipsum quandocūqꝫ suo statui restitutum fuerit: nos enim nō credimus sed videm⁹ ¶ Jnde aūt hoc est a ꝑma gallicana pegrinatione reuersus: qr to itidē post anno ꝑmū romā adij: que etsi iā tūc multoqꝫ pus nihil aliud q̄si q̄ illi⁹ rome

Parisij

Flādria Brabātia

De rge Frācoꝝ captiuo

pio factus erat: ⁊ cui ipse post similis fieri uelle dignatus est hominem amet: in similitudinem hominum factus ut legimus: ⁊ habitu inuentus ut homo non potest non amare quod est: amat igit plus ⁊ amauit prius ut qui melior antiquiorq; est multo totus amor atq; eternitas: amauit nos antequā nos eum. uel nos ipsos quippe ante etiam q̄ essemus nisi enim amasset nō creasset: merito est amādus: immo quidem redamandus qui amare incipit ⁊ amore victor ⁊ tempore: de quo ait Joānes apostolus. Diligamus dominum: quia ipse prior nos dilexit. ⁊ paulus. Christus dilexit nos: ⁊ tradidit semetipsum p̄ nobis q̄ q̄ quid alios testes quero. Ipse amator ⁊ deus nr̄: de patre suo loquēs sic deus dilexit mundum inquit ut filium suū vnigenitum daret: nil aliud profecto q̄ hominem mūdi appellatione significans: at non ut deo semp sicut ⁊ sibimet carus est homo. Et si enim quod apostolus idem ait. Nemo vnq̄ carnem suam odio habuerit: sepe tamen per effectum patuit multos suam amando animam odisse: atq; ita fuisse sibi ipis uel manifesto odio uel amori odij vi habenti. Sic dilectus dominoq; tuo carior q̄ tibi pete fiducialiter nil hesitans: nam ⁊ ab amante petis ⁊ ab bñte quod petitur: dare autem ⁊ solito ⁊ optante negāte autem nihil quod dono dignum sit: sciens repeto: nam si hoc de terreno imperatore plausibiliter dictum est: quanto plausibilius de celesti: qui cuz omnia que optari possunt: ⁊ quo nihil est melius felicitatem ⁊ seipsum homini dederit thesauris suis nil inde detrahitur: dicerem sed additur nisi qa quod plenum atq; perfectum est additionē ⁊ augmentum respuit. Certe aliquid quotidie diuinorū munerum munero accedit: ⁊ misericordia que nō potest maior esse fit notior: proinde ⁊ si supra tuuz meritum petiturus sis: ⁊ si tu tanto indignus es munere ut indigni sumus omnes: non hoc tamē ille respiciet: neq; quid te accipere sz quid se dare deceat inquirit: quod in Alexandro rege macedonuz a seneca reprehensum in eterno rege nostro p̄sus a nemine reprehendi potest sed laudari debet ab omnibus. Nam si quereret quid nos accipere deceret aut nihil nobis aut supplicium daret sese igitur respicit: se metitur ⁊ p̄m magnam misericordiam suam miseretur nostri: nō p̄m opera nostra: gratia enim saluati sumus per fidem: ⁊ hoc non ex nobis ut Apostolus ait: dei enim donum est: non ex operibus ne quis glorietur: fecit quidem quisq; nostrum quod peccatoris est proprīū: facit ipse qó est proprium redemptoris: absit omnis diffidētia: adsit spes salubris: quisquis sane tu sis id qó petitur dono utiq; non indignum est. Nam neq; cuiq̄ damni aliquid: neq; iania cōmoda petis tibi opes inopes: honores inglorios: potentiam imbecillem sed dei misericordiam: ac salutem anime tue: qua vna inuenta multo eris ditior q̄ quisq̄ regum cū pompis suis omnibus inter quas ceci supbiūt terra ⁊ cinis. ¶ Sed iam satis est: summa omniū hec sit: inq; hoc finiam. Multi olim tibi erant domini: per quos poteras perire: principes ac reges terre: vnus tibi nunc est domin⁹ per quem potes saluus esse. Jsq; excelsus pre regibus terre. Jsq; terribilis ⁊ qui aufert spiritum principum: terribilis apud reges terre. Hunc cole igitur: ⁊ hunc ama: ut effectum tui nominis impleas: quicquid enim aliquā

Joannes

do aliter p̄ qualitate materie scripsisse videar: nō potest sacer amor esse mundi huius cum sit scriptū nolite diligere mundum neq; ea que in mūdo sunt quoniam omne quod est in mundo concupiscentia carnis est ⁊ concupiscentia oculorum ⁊ supbia vite: ⁊ iterum. Adulteri nescitis quia amicitia huj⁹ mundi inimica est deo. Ergo ut digne sacri amoris nomen habueris celum ama: celiq; dominum concupisce: hunc quere de quo dictum est: querite faciem eius semper: ⁊ hunc inuentum arripe: ⁊ totis anime ulnis amplectere: utere consilio Augustini: proiciente te in eum noli metuere: non se subtrahet ut cadas: proijce te securus: excipiet ⁊ sanabit te: ⁊ puto iam sentias: iam sanari incipis ab illo: qui quoniam dei perfecta sunt opera crede mihi pficiet quod incipit: non lassabitur: non lentescet non queret occasiones qui postremo te in finez comitabitur: teq; nec in vita destituet nec in morte: sed tunc maxime aderit: ut spiritum quem creauit accipiat per angelos suos ad sedes pacificas perferendum: ⁊ per sacerdotes suos corpus humo recommendet die ultimo resumendum: ut plena felicitas tua sit. Ecce qui tantum paruo ⁊ labili p̄ p̄mio laborasti paruo ⁊ dulci labore: immo multa cū requie dominorum optimo seruiens infinita ⁊ eterna premia consequeris. Jdq; acriter tecum reputans ⁊ uentura preteritis conferens: nec tristitiam vnq̄ nec fatigationē senties nec torporem. Et hec tam multa hodie tecum non quia tu multis egeas sed ut te alloquens me audiam: docendo discitur. Sepe datuz alteri consilium danti profuit. ¶ Qó me autem ꝟbo sed multo magis exemplo tuo excitas pie facis. Qó epistolam ꝟo meam petis: nō aliter q̄ si ad tam honesti principij perseuerantiaz meo tibi opus esset hortatu. Amice id quidē ut oia ⁊ humiliter atq; urbane: uere enim in me p̄ter opinionem tuam meamq; simul fidem quid est vnde: seu realis seu uerbalis auxilij ⁊ multū speres. possem ꝟo repetere quecunq; olim germano illi meo eodem calle cartusiam tunc ingresso quo tu nūc cistertium ingenti epl'a que deinde sibi ac fratribus suis scripsi latius: nisi q ⁊ tibi non necessarium ⁊ mihi non facile vsuz est. Et duobus sane que postulas preter epistolam feci quod magna pars eorum qui se amicos dicunt: aut neutrum tamen faciunt: aut minimum. Feci ego quod minimum: psalmos septem misi quos in miserijs dudum meis ipse mihi cōposui: tam efficaciter utinam q̄ iculte: utrūq; enim prestare studui: leges eos qualescūq; sunt: id q̄ patientius facies: si hos quidem ipsos ⁊ te petijsse ⁊ me multos ante annos: luce vna nec integra dictasse memineris: librum vite solitarie quez ad solitudinis tue solatiuz requiris: in presens mittere nequeo: duos nāq; nec dum plures habui. Alterum tu portasti tuo ultimo digressu ad illum cui inscriptus est antiquum probatumq; patrem meū quem q̄ lete susceperit tu in vultu eius ego in litteris suis legi. Alter penes me substitit: quē licet nō tanti faciat iudicium meum: quanti amor fecit illi⁹ caruisse tamen eo noliz. At si scriptor forte quod prarum fateor fidus affuerit credo te sperare quod ⁊ hoc ⁊ quicquid potero pro tua consolatione pro no uolentiq; aio semper faciam: ⁊ p̄sertim quo ad studium religionis pacemq; animi proficias: ⁊ christi amorē. Quē tu frater cū te suspirijs sanctis

Aug⁹

qdē pñt eē cāe deo note: ꝛ quedā fortassis hoibus nō queor ergo mutata tpa: nec cās quero: sed mutationē astruo cōtra opinionē inuenū nr̄oꝝ qui hec iter mala geniti: qꝫ aliud nil viderūt: nil aliud fuisse ꝓtēdūt: insciꝫ atqꝫ icreduli ꝛ mutationē tēpoꝝ manifestam ꝓsus ac flebilē mutatis studijs nr̄is atqꝫ aīs iputāt: quos mutatos fateor ꝛ gaudeo: sꝫ mutatio hec nihil ad alteraz: neqꝫ enim minus rapido acta ipetu rota ingēs uoluit: qꝫ formica iterim per illā segnis incedit. ¶ Illud deniqꝫ in litem ueniet. Mutationē hāc nō rerū eē nec tēpoꝝ ac nec mūdi qdē sed soloꝝ hoium. qō ipse etiā in pte nō negem sciēs mūdi appellatione sepe hoies accipi: qꝫ haud dubie factꝫ est: ꝛ quoꝝ usui mūdus obsequit: ꝛ sane mutationū huiuscemodi multe ipsis in hoibꝫ cāe sūt: ꝛ figs altius fodiat fortasse oēs sed alie apparēt: latēt alie. Certe q pietas/ q vitas/ q fides/ q par exulet/ q ipietas/ q mēdaciū/ q pfidia/ q discordia ꝛ bellū regnet: ꝛ toto seuiat orbe terrarū: q p̄donuꝫ manus ipie q̄si iuste acies p̄o libito uagent: ꝛ uastēt ac diripiāt qcqd est obuium: neqꝫ hijs urbes obstare ualeāt: neqꝫ reges: q ifecti mores deprauata studia: deformati ritus: palā est: nō nisi in hoibꝫ radicē mali totā eē: q̄ꝫ uis ego ut tā dirā nō de causis nūc sed de reb⁹ tm̄ disputē: que ꝓfecto nobis pueris adolescētibusqꝫ nō erāt. Rara bella iter regna uel populos de finibꝫ aut de iniuriis gerebant. Societas ꝓtra oē genus humanū nulla usqꝫ nr̄oꝝ euo fuerat. Erāt societates mercatorū q̄s ipsi vidimus: qbꝫ añ oēs p̄ia diu floruit mea: per q̄s quāte cōmoditates afferent hoibꝫ difficile est dictu difficilius creditu: per has enim tot⁹ fere nr̄e urbis regebāt reges ac p̄ncipes vniuersi horū ope ꝛ p̄silio fulti erāt. Alterius gn̄is societates peregrinoꝝ magno agmine deuota loci hierosolymam romāqꝫ petentiū cernebant. fures ibāt singulatim noctu pauidi. nulle furiū diurne acies cāpis explicabant: nulli armati societatū duces: famā sibi gentiū cladib⁹ ꝓpria feritate quesierāt. Quint⁹ ꝛ vigesimus annus est: ex quo auribꝫ p̄mū nr̄is horrisonū hoc nomē itonuit: qō malū breui quantū creuerit: quoꝝsumue ꝓcesserit videm⁹. Ac miseri ciues ꝛ agricole: imo ꝛ reges ꝛ pōtifices usqꝫ ad sūmū maximūqꝫ oium expti sunt: qui ut supra attigi ad rhodanū: vsq; nup abijt semiobsessus ab illis: atqꝫ ad indignā redēptionē extitit coact⁹: qō nec ipse tūc tacitus tulit: sed iter suos merito qdē grauiter questus est: nec ego ad eū scribēs silui. qs terribilē igit ꝛ infandā hāc mutationē tēpoꝝ nō agnoscit: aut qs negat? Cōsequēs enim est: ut aut sensu careat: aut pudore. dissimulari neqt sese oculis igerēs pessimarū ac nouarū rerū fulgor horrificus ac lugubris: qñ ea nūc quotidie mūdus felix patit: que nup homi nū nullus audierat. Quid de alijs? nom̄ pestis audituū erat ꝛ in libris lectū. pestis ulis exhausura or bē visa nō erat nec audita. hec per annos iā viginti ita oēs terras ꝓterit: ut itermissa qdē alicubi forsitan: aut lētescēs extincta utiqꝫ nusqꝫ sit: adhuc ita indies dum visa est abijsse reuertit breuiqꝫ gaudio circūuentos aggredit: ꝛ hec ipsa diuine nisi fallor ire testis: ac scelerū humanoꝝ: que si aliqñ finirent aut decrescerēt celestes quoqꝫ mitescerēt ultiones Terremot⁹ ꝓterea auditū lectūqꝫ erat nomē. at rē ipsam ab historicis rei cām a phis querebamus. ꝛ motiūculas nocturnas forte aliqs raras qdem: ꝛ ambiguas somnioqꝫ silimas: curiosi sibi hoies fingebāt. terremotū uerū nr̄o euo nullus senserat. vigesimus annus est nūc: vnū enim mali utriusqꝫ ꝑncipiū fuit: ex quo alpes nr̄e q̄rum'mot⁹ isolitos ait Maro. viij. kal'. februarias tremuē. iclinata iaz parūper ad occasum die. italieqꝫ sil'ac germanie parꝫ magna cōtremuit tā uehemēter ut adeē mūdi finē inexpti qdā crederēt: qb⁹ isueta ꝓsus ꝛ nunqꝫ cogitata res erat. Uerone tūc in bibliotheca mea solus sedēs q̄ꝫ nō in totū rei nescius: repētina tm̄ ꝛ noua re pcussus/ solo tremēte sub pedib⁹: ꝛ vndiqꝫ ꝓcurrentib⁹ ac ruētib⁹ libellis obstupui: ꝛ egressus thalamo familiā morꝫ ppl'ꝫ trepidissime fluctuā tē vidi. oium in ore funereus pallor erat. Qui hūc ꝓme secut⁹ est anno: roma tremuit: usqꝫ ad ruinā turriū ac tēploꝝ: sil' ꝛ ptes Etrurie tremuerunt de quo tūc sollicit⁹ ad Socratē nr̄m scripsi. Anno ide septimo tremuit iterior germania: totaqꝫ rheni ualis: quo tremore basilea cōcidit. nō tā magna urbs q̄ꝫ palchra ꝛ ut videbaī stabilis. sed ꝓtra nāe impetū nihil est stabile. Inde ego paucis añ dieb⁹ abieram Cesare ibi hoc nr̄o bono qdē mitiqꝫ ꝓncipe: sed ad oia lēto per mēsem expectato: qui mihi tandē in extrema barbarie querēdus fuit. de quo motu ad Joānē urbis illi⁹ uenerādū p̄sulē scribē aius fuit: q ab illo satis honorifice visum me nō obliuiscerer: ꝛ an scripserim nō memini: apud me aūt exemplū epl'e nō extat. Ceterū die illo in ipsius rheni ripis hinc atqꝫ hinc octuaginta uel eo ampli⁹ castella solo eq̄ta referunt: futurū nr̄a illa p̄ma etate portētū memorabile: si pastoris leue tugurium tremuisset. At maloꝝ usus metū ac stupore mortalib⁹ excutit. Et in hijs qdē mutatio de qua loquor eminet: causis latētib⁹ ut dicebā: nisi q credēdū est ut alia: sic ꝛ hec culpis hoium ꝓuenire: q̄rum nullus est modus aut nūs. Interesse aūt q illa hoies faciunt: hec uera pmittēte qdem aut iubēte deo ꝓpter humana flagitia: que si qñ desinerēt desinerēt ꝛ flagella. ¶ Postremo q̄cū qꝫ sit maloꝝ cā qsqs agens hec vitas est. En p̄i ut die vno annos nr̄os oēs tibi añ oculos cōgessi: merito qdē lōge ipares: nūo autē pares. quē ego nup ad amicū scribēs bona fide sum ꝓfessus. Tu an idē facias an adhuc qō nōnulli senū solēt: iuuētā respiciēs aliqd etiam nūc occultes/ nescio. Uiue felix ꝛ uale nr̄i memor.

De terremotu

De terremotu

De ruīa Basilee ex cā terremot⁹.

¶ Ad Paulum de bernardo Uenetum transfretātes uotis reditus prosequitur. Epistola. III.

Usi tecū amice: nec lusisse me penitet: bonā tibi epl'am ludo exor: si: ad quā qd opus est multis? Sētio uera eē que dicis oia. Scio me amari abs te: quātū amare hoiem pōt hō. Neqꝫ hymeneos tuos nr̄e amicitie obstare suspicor: sꝫ fauē: cōiugalis enim sarcina: que ut blāda iterduz: sic leuis est: nunqꝫ quo te acriuſ ꝓueniet: eo me dulcius suspirabis. Neqꝫ vo silētiū tuū in argumētuz tepescētis ai traxerim: amicoꝝ oia bonā in partem trahē solit⁹. Si tu mihi seu colloqo pñs seu absens lris creber sis: credā te tuis affectib⁹ morē gerere: sin rarior occupationib⁹ meis. alterū apud me feruidi amoris: alterū discrete uerecūdeqꝫ modestie signū erit. Nō est ergo qō uereare: ne qd mihi non dicā de tui amore: sed de tuarū quoqꝫ rerū iudicio exciderit. Idē totusqꝫ es: atqꝫ iteger apō meū cor. ¶ Reliquū est ut qñ ad trāsmarinū iter accingeris fauſtā tibi nauigationē ꝛ uotiuū reditū ꝑcer planū

In animōe semiobsessus fuit pōtifex

uaticinaretur: nonne inuisus pariter atq; insanus haberetur uates? Sed teneo ordinem. Et q̃q̃ de maioribus possem: ut memoria tamen tua nostre astipuletur assertioni. de hijs que simul ambo vidi mus cupidius tecum loquor. Inde igit̃ simul quo q;: nam quid diuisim magna etatis parte gessimus

Mos pesu lan⁹

vicina iam pubertate ad montem pessulanum florentissimum tunc oppidum: iurisq; ad studium de latij: aliud ibi quadriennium exegimus: cuius tunc potestas penes maiores balearice regem erat: exiguum preter loci angulum francorum regi subditum: qui/ut semper prepotentium importuna vicinia est: breui totius oppidi dominium ad se traxit. quenam vo tunc ibi quoq; tranquillitas: que pax: que diuitie mercatorum: que scholariu turba: que copia magistrorum? Quanta ibi nunc horum omnium penuria: publicarumq; & priuatarum rerum quanta mutatio: & nos scimus & ciues qui utrũq; viderunt tempus sentiunt. ¶ Inde Bononiaz per rexim⁹: qua nil puto iucundius nilq; liberius toto esset orbe terraru. Meministi plane qui studiosorum conuentus: quis ordo: que vigilantia: que maiestas preceptorum. Jurisconsultos ueteres rediuiuos crederes: quorum hodie prope nullus est ibi: sed pro taz multis & tam magnis ingenijs vna urbem illam inuasit ignorantia. hostis utinaz & nõ hospes. uel si hospes ac non ciuis: seu quod multũ uereor regina. sic mihi omnes videñ abiectis annis manuz tollere. Que nam ibi preterea tũc ubertas rerum omnium: que ue fertilitas: ut iam pscripto cognomine per omnes terras pinguis Bononia diceret. Jncipit illa fateor quidem huius pontificis maximi: qui nunc rebus pfidet consilio ac pietate reuirescere atq; pinguescere. uerum bactenus ut illius urbis non modo precordia: sed medullas rimareris: nihil macrius: nihil aridius inuenisses. facete ut in malis iocari solitus erat. Jlle vir optimus ad illius regimen: legat⁹ de latere: ut ipsi uocant missus nouissime: ad quem visendum anno retro tertio cum uenissem: post parui hospitis letos & nimis honorificos amplexus: sermonem uariũ exorsi sumus. querentiq; mihi publico de statu. hec inquit amice bononia olim fuit: nunc autem macerata est. piceni nomen oppidi traxit in iocum. Sentis puto ut dulci quadam cum amaritudine inter hec mala & bonarum memoriam rerum uersor: heret memorie mee credo & tue idelebile fixumq; uestigium illius temporis quo studiosoruz vnus ibi agebam. uenerat iam etas ardentior. iam adolescẽtiam ingressus & debito & solito plus audebam. Jbam cum equeuis meis: dies festos uagabamur longius: sic ut sepe nos in campis lux desereret: & profunda nocte reuertebamur: & patẽtes erãt porte: siquo casu clause essent/nullus erat urbi murus uallum fragile iam disiectum senio: urbem cingebat intrepidaz. Nam quid muro seu quid uallo tã ta opus erat in pace. sic pro vno multi erant aditus quisq; cõmodiorem sibi carpebat ingressu: nil difficile nil suspectuz erat. Ut muro: ut turribus: ut propugnaculis: ut armatis custodibus: ut nocturnis excubijs opus esset: interne primum uenena tyrannidis post externorum fecere hostium insidie atq; insultus. Quid notissima ruminans circa bononiam demorari stilum cogo: nisi quia tam recens illius mihi ueteris bononie memoria est: ut quotiens

Bonõia

hanc videre contingit somniare crediderim. neq; oculis ipse meis fiderem. sic multos iaz per annos pati bellum: libertati seruitus: copie inopia: ludis meroribus: cantibus querele: choreis virginum predonum cunei succesere: ut preter turres atq; ecclesias adhuc stantes miseramq; urbem altis uerticibus despectantes hec que bononia dicebatur diu quid vis potius q̃ bononia videretur. ¶ Sed ut iam bononia discedamus: acto ibi triennio domuz redij. illam dico quam pro arni domo perdita mea mihi sors bona utinam reddiderat: rhodani turbidam ad ripam: qui locus a principio in finem: & si vno semper tenore iudicij: non tam propter se q̃ pter concursantes & coactas ibi concretasq; totius orbis sordes ac nequitias multis atq; añ alios mihi pessimus omnium visus sit: tanto tamen sese peior factus est: ut quod nemo nisi prorsus impudenti mendacio negare audeat: sibi ipse collatus fuisse olim optimus videri possit. Nam ne singulis imorer: q̃q̃ nulla ibi vnq̃ fides: nulla charitas: & qõ de Hannibale dicitur nihil ueri: nihil sancti: nullus dei metus: nullum iusiurandum: nulla religio: ibi non quidem propter se: sed propter presidentis electionem summa uere religionis ars esse debuerat. erant ibi tamen quantum oculis apparebat multa securitas ac libertas: que ita funditus periere: ut cum ceteris & publicanorum inaudito ibi bacten⁹ & ignoto deprimatur iugo: & metu grauí hostium sine fine circũsonantium necesse fuerit nouis urbez menibus circũplecti: & ubi noctibus totis apta omnia fuerant: luce media: portaruz aditus armis obstruere. Neq; id ualuit: quin male tuta ferro ac menibus redimenda auro: & precibus salus eẽt. Jdq; ego dei nutu gestum seu permissum reor: ut uel sic vicarius suus: quicq; illi assidẽt neglecte diu nimis sponse in memoriam ac desiderium traberẽtur: qõ siue hac causa siue insita virtute. iaz in pontifice factum vides. reliquos duriores aut deus molliat: aut mors quod cepisse iam visa est. Ceterum mala hec si capiti accidẽrũt: patiẽtius ferant mẽbra: nec mireñ q̃q̃z: si quos a limine pprio pñs Romanus pontifex ipse nõ arcuit eiusdem absentis reuerẽtia non cohercet. ne qua enim uetus mali osuetudo recens bonum interpellet: uellicãsq; nõdum stabiles animos redeundi forte ingerat appetitum. plagaz illam latrocinijs maxime nũc infestã scim⁹. ¶ Unũ bicanteq̃ longius eam qõ mepremit dicam. nitar q; hodie qõ uerum nolim tecum loquendo iuuenescere. Nosti ut in illo surgentis vite flore: cuius ante memini quem grãmaticorum in stramine uelut in delitijs egimus: cum semel parẽs meus patruus q; simul tuus: qui ea ferme tunc etate erant: qua nũc sumus ad carpẽtoracẽsem quam modo dicebã ciuitatulam de more uenissent: patruuz ipsum quasi aduenam uolũtas cepit ex vicinitate credo & notitate rei orta preclarissimum illum fontem forgie videndi: qui per se olim notus si parua de re gloriari cum amico idest secum licet: meo longo postmodum incolatu meisq; carminibus aliquanto notior factus est. Re audita puerilis & nos cupiditas exciuit ut duceremur. & qñ non sat tuto cõmitti ego videbamur: singulinobis famuli dati sũt: qui eos ipsos nosq; ut fit a tergo cõplexi regerent. Atq; ita mre illa otium optima: q̃s qdem viderim: que carne mea: amore autem cõmunis mihi tecũ fuit: vix

Rhodanus

Hannibal

qui lachrymas & querelas p̄essi sic affectib⁹ sum oppressus: ut q̄m illi nihil aliud eēt q̄d tribuēe possem ad celū. pfecto nec terrestria iā curāti tēperare neq uerim: quo minus hoc ultimū & iane tribuerim ob sequij genus: & si nō sibi utile gratū mihi. hoc illi igit̄ sacrū uolui nō cām lachrymis ut Maro ait: ꝫ memorie nō tā mee cui nec saxo nec carmine opus erat q̄ eoꝝ quos illuc casus attulerit ut sciāt q̄tus ille suis ab ipso vite p̄ncipio charus fuit. Q̄uis au tē ciceroniana sīa sit philippicarū libro. viij. gr̄am aliā referri mortuo nō posse: q̄ statue uel sepulchri apud nos tū quedā maior est gr̄a p̄ces. s. ad deum fuse: pro defuncti aia ac salute. hijs nō eget utiq; in fans meus. Nihilomin⁹ tū q̄d in cōspectu dei nec celi ipsi mūdi sunt: nec ifans vni⁹ diei sup terraꝫ sine pctō: pro hoc quoq; mifico rdiā ei⁹ iploro ut ab ampleru meo diuulsum suo illū foueat benign⁹ am pleru. Sic illi⁹ amor puuli totū meū pect⁹ impleue rat: ut an vnq̄ tū aliqd amauerim: haud facile dictu sit. En amice q̄liter affect⁹ ad solādū alios acce do. Sed nec tibi ego: nec tu mihi alius. Et te ergo qua possum: & nō minus solatij idignū me cōsolor multi alios: gdā scelibris aut tractatib⁹ p̄solati sūt. Ego utrūq; sīt facē molior. q̄d ut spo tibi gratius q̄ lecūq; remediū erit egrotāti pstitū ab egroto. bene enim ualēti egrū vbis solari facile est. nulli⁹ solamē altius in mestū aium descēdit q̄ sil'ima patiētis. & ideo efficacissime cōfirmādis astātiū ais uoces sūt que ex ipsis supplicijs emittunt. Quid q̄ nec mise reri plene miseris nouit: qui nō ipse pari miserie ge nere miser in suis siue in se fuerit: aut saltē eē potue rit. vñ est horror ille stupor q̄ enee quē mihi de me dio nāe sinu sūpsisse Virgilius videt. & subiēs cha ri genitoris imago: ut regē equeuū crudeli vulne re vidit vitā exhalātē. Q̄d illa iā regina erul erulē miserata p̄dixerat. Nō ignara mali miseris suc currē disco. Succurro ego tibi & solor te amice p̄ spatio tpis p̄q; igenij viribꝰ: & meip̄m solū: q̄bus sunt cūcta coia spes & metus & gaudia & dolores. Jdeo ut dixi vulnera nr̄a p̄iūgo: ut medicamenta p̄misceā. ¶ Possem pro remedio pb̄oꝝ & poetarū oium vireta pcurrē: & electos tibi sniarū flosculos hincide decerpe. possem & pectusculi mei latebras scrutabūdus igredi. & sigd ibi de p̄prio eēt circun spicē: nisi q̄ aliena nota sūt tibi. nr̄a aut in sil'ibus amicoꝝ vulneribꝰ ac morbis assūpta olim: & aliena sciēti ingerē supbū: & nr̄a replicare supfluū & noua raptim cogitare difficile est. Ad hec subitis malis repētino opus eē remedio nouim⁹: utiliusq; fuerit mox vulnus alligare pro tpe purāq; & facilē quālibet ac cōem medicinā apponē: q̄ in pegrinis an tidotis cōquirēdis tps terere: dū neglecti vis vulneris ingraueſcat. uereoꝝ ne ad hec ipsa fero nimis accesserim. q̄ ep'e tue oēs pro locoꝝ vicinitate tarde admodū ad meas manus puenē. ¶ Diuꝫ sane que pro nr̄a cōsolatione dici possent: qbus igē tes iplerent libri. hec ni fallor sūma est. Attollenda humo desideria armādūq; aium: ne cōspectu hostis exhorreat: aut terribiliuꝫ spe sine ulla fortune violētia manū tollat: q̄dq; elegātissime ait Licero abstrahēdā mētē: a sensib⁹ & cogitationē a cōsuetu dine abducēdā. hoc si facē potuerim⁹: nihil miserū erit oium que miserrima vulgus existimat. Nil ti bi q̄d nō mihi hodie cōsulturus sum. Jnfātes nr̄i & p̄dulcia pignora auidi & fortassis udi querūt ocu li: suspirātq; grauiter ulcerosa p̄cordia. Certe hu manū illis fuerit mori: neq; aſi die accidit: cui nul lus est ascript⁹ dies humanū nobis ablata vite so latia optare. lumina oculoꝝ nr̄oꝝ baculos ac spata p̄sidia tue istātis mee iā p̄tis senectutis. Quid er go: ut humanū desiderare sic flere femineū. Nēpe excusat hoc nr̄m desideriū nā: que nescio q̄d ener ue & ligdū ais nr̄is inseruit. Jdq; in p̄mptu posuit ut oib⁹ maxime ifirmioribꝰ palā eēt. Ex diuerso nā eadē mollitiē hāc accusat: que virile q̄ddam ac soli dū ipsis nr̄is in mētibꝰ posuit. sed p̄fundius sic ut nisi vtutis auxilio erui atq; effodi nequeat ac nego cijs applicari. p̄mū illud ultro sensib⁹ obuiuꝫ: hoc scōm sine studio vir puiū rōni: mētē scilicet a sensi bus abstrahēdā: cogēdāq; in specus itimos. ubi in uicta securitas: & masculi habitāt cogitatus. Jtaq; facile flemus: difficilime cōsolamur. Estq; hec iam uet⁹ & imobilis cōsuetudo suos flēdi uelo pietatis obsita: & pietatis excusata/ imo laudata cognomine: nec ieptijs solū vulgi: sed magnoꝝ hoiuꝫ firma ta sentētijs atq; exēplis. Quātum fleuit Octauia Marcellinū suū clarissimū adolescētē. & Virgilia no carmine nobilē/ sed mortalē tū. Nullus illi flen di alius q̄ viuēdi modus fuit. ut hic serui ueniam demus: nec seq̄mur idoctos: qui nimis multi sunt. Quātū sapiētissim⁹ grecoꝝ Nestor suū fleuit An tbilocū Hectorea pemptū manu: q̄ miserabilibus comites q̄nib⁹ agitās cur ad eū pueniſſet diez: & nām suā nimie viuacitatis accusans? Quātū deni q̄ nr̄ nup Paulus Hānibalēsis suū luxit haud ul timus p̄cerū romanorū sed dolentiū oium lōge p̄ m⁹: & sic oia luctuuꝫ exēpla tristi suspirās victoria ut ex oib⁹ qui nūc adsint memorie vnus hic nulla externa adhibita sola vi doloris iterflēdū p̄cluso re pēte spū extinct⁹ miser p̄ caꝝ nimis filiū sequereē ad sepulchꝝ comes. ¶ Theodosi⁹ Macrobius vir curiosissim⁹ Maroneū pathos anxie ptractās huc nimiꝝ carmē illud adducit ubi occiso filio meẽti⁹ etruscoꝝ exul ait. Nūc alte vulnus adactū. Et q̄d ingt aliud ex hoc itelligēdū est q̄ hoc altum vuln⁹ amittere filiū. Et rursus idē hec nisi sola fuit q̄ per dere posses. Sed & hic ingt accipiēdū est p̄ire esse amittere filiū. Ecce tibi qui doceāt mortē filij non vulnus mō p̄is esse sed mortē. Mille sunt talia q̄ bus totū q̄d vbiq; est vno vulgus ore p̄sentiat. hij errores in cōi hoium opione v̄sanē. & q̄si cū lacte nutricū hausti nulla interim his sanādis/ cura ipē sa/ aucti indies nos ab infantia in senīū p̄sequunt. At si viri sumus si a vulgo ulla ex p̄te differimus/ nil vulgare nos deinceps: nil plebeū decet. q̄d enim singulare nomē q̄rimus: si coibus sentētijs inhere mus? Singularib⁹ ingenijs ac studijs singularis fama q̄rit̄. Stultus est qui per multoꝝ uestigia ad paucoꝝ gl'iā puētuꝝ sese spat: hēt vnusq̄sq; trames suos terminos. Si delectant animū clari fines ar duī & laboriosi calles placeāt per hos te ducē me q̄ ipsum uelim. ¶ Durū fateor suoꝝ mortib⁹ nō tā gi: nec ego tāgi p̄hibeo: ne ipse sim durior. durum quoq; nō ruere: ut sit durū certe laudabile. optabi le vtuosum est q̄d nō eēt/ nisi durū eēt ac difficile. sed laudis amor & vtutis hāc duritiē lenit. Quid agēdū queris dixi iā: & mēs a sensib⁹ & cogitatio a cōsuetudine abstrahēda inq; arcem rōnis altissi mā attollēda est. Illic ges hitat. illic tuta oia & trā quilla. Jnde cūcta sub pedib⁹/ mūdū/ vulg⁹/ opio-

Licero

Virgi⁹

Licero

Octa. uia

Mācel linus

Nestor

Paulus

ueteris argumētū atq; imago quedaz eēt:ruiniſq; pñtib⁹ pteritā magnitudinē teſtareť. Erāt tam̄ ad huc cinē in illo gñoſe alique fauille nūc extinct⁹: z iā gelidus cinis eſt. Erat ex cineribⁿ ueterū renatus phenix vnicus ſenex ille gl'ioſiſſimus Stephanus colūnēſis cius quez ſup̄ memoraui mei ducis magneq; z illuſtris:ſed caduce nimiū genitor familie vir cū ſuis ſepe mihi dict⁹ dicenduſq;. Erant alij qb⁹ ruine ille ſaltē p̄ie chare eēnt:quoz nulluſ aut ibi nūc aut humanis in rebus iam ſupſtes eſt. Quarto rurſus anno neapolim p̄rexi: z lz ſepe poſt id tp̄s romā neapolimq; redierim. p̄me tñ impreſſiones herēt aio. Erat ibi tūc Robertus ſicilie imo italie imo regū rex cuius vita felicitas: moꝛs exitiū regni fuit. Ipſe qdē me digreſſo nō diuti⁹ ſuperuixit. Et plane ſi celo obſtāte uetabať igruētib⁹ malis occurrē ut ſolebat:vir cuiq; tēpeſtiuius mori p̄tingit:ut mihi plane ad eximiā vite felicitatē talis moꝛs acceſſiſſe videať. Ego aūt anno demū q̄rto ſic tūc vitā q̄ternario patiebar. Illuc rediēs nunq̄ rediturus niſi me clemētis tūc romani pōtificis iuſſus urgeret:muros qdē z plateas z mare z poꝛtū z circūfuſos colles nitiferoſq; emin⁹ hinc phalernū:hinc ueſeuū:indi capreas quoq; z iarimē z p̄chitā ictas fluctib⁹ iſulas z fumantes hibernis mēſib⁹ baias:notā mihi neapolim nō ueni. Semina vo cladiū multarū atq; ipēdentis ſigna miſerie clara p̄ſpexi:cuius me tā certū fuiſſe uatem doleo. At qd ide ſentirē nō vbo ſolū:ſed z lr̄is tonāte iaz fortuna:nōdū tñ fulminate teſtat⁹ ſum:que ita poſt illicet ipleta ſunt oia: z multa iſup addita:ut uaticiniū ipſum meū q̄uis horꝛibile infinita malorū ſerie vinceret:que deflere q̄ enüare facili⁹ multo ſit. Nō multo añ id tp̄s in has terras in qb⁹ adoleſcēs ſtudioſus fuerā ocioſus: z iā vir reuerſus amicitia trahēte illius cui⁹ adhuc memorie multuz debeo:ciſalpinā hāc galliā quā tm̄ mō p̄us attigeraz: totā vidi:nō ut aduena ſed ut accola urbiū multaꝝ Uerone in p̄mis z mox Parme ac Ferarie. demū Patauī:quo me illa quaz diſcutē neſcio:catena ea dē traxit amicitie. ſed alterius viri optimi cui⁹ caſū nunq̄ ſine dolore meminero: qui cū vndiq; maximus clariſſimuſq; vir eēt pegrini puiq; hois z ſolo noie cogniti:nec vnq̄ ut ipſe aiebat niſi ſemel vi ſi:idq; in trāſitu familiaritatē:diu ſic ambiuit quaſi per hoc magnū aliqd ſibi ſueq; reip. queſiturus. z eius qdē urbis icolat⁹ illo ſupſtite cōtinuus mihi ſicut auguroꝛ futurus:eodē reb⁹ exēpto ppetu⁹: tñ fuit lz iterrupt⁹ ex cāis. p̄inde urbs hec quo p̄imū tpe ad eā ueni:ſic recēti peſte illa terribili attrita erat:ut debinc p̄mogeniti illius p̄uidētia ac ſtudio z uſq; ad hoc tp̄s incōcuſſa pace fateri oporteat:vnā hāc ex oib⁹ erectā potius q̄ delectā. Ad id vo qō anno anteq̄ illuc uenirem. hoc eſt añ peſtis initiū fuerat iparē ſibi ac diſſil'em p̄ſus ut reliqs Mediolanū ſerius ac Ticinū nouī. Et qd vis dicā Nulla oium eſt que fuit:nō dico añ multa ſecula: ſed nup nr̄a memoria. viſa enim nō lecta loquoꝛ ul' audita. Ipſa urbs mediolanū quā añ mille qngentos annos florentiſſimā lego: z que ut puto nunq̄ magis q̄ nr̄a floruit etate. nūc non floret ut ſolita eſt: q̄uis adhuc magnitudine z potētia atq; ut dici p̄ōdere ſuo ſtet:ciues ſuos iterroga: fatebūtur hec ita eē. triſtiuſq; aliqō de ſuo addēt. Quid nūc Piſas ubi vite ſeptimū annū egi:ſeu qd Senas lo

Steⁿ⁹ de colū na

Mel'm

Maliz pomis laborare: qz carnibus: exhaustusqz ieunio qz distentis crapula pire: erit saltē purius: erit honestius cadauer. Jamqz de insolita ⁊ prorsus aliena materia satis superqz certatuz est. Qd cū alio quocūqz ex hijs qui medici tm̄: ⁊ nil amplius sunt nunqz in animū mihi uenisset ut facerē iaz solito magis lites ⁊ discordias abhorrēti. Nā qs equo animo videat sua oia uastari: seqz erepto vni co palliolo nudū linqui? Quis nō ad iraz atqz ad odiū atqz ad arma ꝓsiliat? Qd patēter quondam cū illis exptus sum pape medicis quoz supra memini. Ex te aūt tale nihil uereor: cuius scientie diuitiarū leuis accessio medicina est quā licet oli: ut sepe multi artes alias iuueniliter sis professus: pene tm̄ absqz illa modo qualicūqz iudicio maior eēs ac ditior. Jtaqz uelut opulentissimi pñsfamilias ⁊ amici fines latiqz ruris sterilē angulū securus ingredior: ⁊ proculco: obstātesqz rubos falce reseco. prope cupiens ut tui esse desināt: qui te hijs implicitā a cultu arui felicioris impediūt ⁊ auertunt. Utcūqz res cassura sit interim dum tu bellū instauras ego adero. Sepe ꝓgressus bellantiū ⁊ pñtes vultus sequestri pacis ⁊ pcordie fuerunt. Facile forsitan dū ultro citroqz acies instruitur pax erit. licet eni aliter atqz aliter tu a medicis ego adeo ambo tm̄ vnū uoluimus: ut quodcūqz scilicet vite restat sanus degā: quo vita ipsa sit letior longiorqz: qz qz cuz diu sigd est hic diu distulerimus moriēdū sit. Uale Euganeo in rure febricitans scripsi ut tātisp febris obliuiscerer. xv. Kal'. Decemb.

¶ Explicit liber. xij.

¶ Incipit Liber. xiij. Ad magnificuz Nicolaū marchionem estensem Ferrarie dominum: consolatoria sup fratris morte. Epistola. I.

Eu mihi duro nimiū ⁊ viuaci: ergo ego infelix ⁊ siniſtro natꝰ sidere in hac misera ⁊ fugaci vita
b tādiu ideo reseruatꝰ sum ut letū aut dulce nihil sentiens tristia ⁊ amara cūcta perpetiar: ad hoc solū viuo ut qtidie amicoz ⁊ chaSatyricꝰ roz mortes audiā: utqz ait satyricus multis in luctibus inqz ppetuo merore ⁊ nigraueste senescam per oēm vitā flendo fatigatus. Nulliꝰ deiceps hominiſ morte flere decreuerā. Jdqz ⁊ pfessioni mee debitū ⁊ etati rebar: sed nimis ad viuū tāgit dolor heu vir clarissime. Amisimꝰ imo pmisimus tu fratrē amantissimū atqz optimū: ego dignitate dñm mitissimū charitate filiū obsequentissimū: q nullis omnino meis meritis: sed sola sui nobilitate animi me ut nosti sic amare dudū ceperat nec tm̄ amare: sed colere ut ego ipse ⁊ gauderē uehemētissime ⁊ mirarer nō minus: vnde illa tāta dilectio: tantaqz ueneratio in tāta status: atqz etatis impitate. Solet eni illa etas hanc fugere uel horrere. Jlle vo nō ita. Memini: neqz vnqz obliuiscar: neqz obliuiſci debeo. ut hoc ipso anno dū Romā petens casu: illo terribili retardatus apd te: quo me sors mea in hoc saltē placata detulerat: qui mei curā non quasi alienigene paruiqz hominis: sed ut magni cuiuspiam viri tuo de sanguine suscepisti: dura ⁊ grauī: ⁊ ut publice creditū fuit: ultima egritudine laborarē qbus ꝓmonibus qua pietate: quo vultu per singulos dies ter aut quater ad me visendū illa felix ⁊ bñdicta aia ueniebat. Quaſ mihi assidue ꝓsolationes: quas oblatiōes: que lenimēta doloris afferebat uoce illa humili ac benigna ut prægaudio ⁊ sue admiratiōe virtutis meū ipse incōmodū vix sentirē. Sileo e longinquo salutationes amicissimaſ: sileo nūcios cū muneribus ⁊ munus oē vincentibuſ suauissimis atqz honorificētissimis litteris ad me missos: qd est sūmū: dico floridū adolescētē moribūdo sic astare seniculo: hei mihi nō credebaz nec credibile erat ipm̄ ante me mori debere: neqz accidere potuisset siqs eēt ordo rerū humanarū. Accidit autē: quia nullus hic ordo est: nulla ꝓstātia: nulla stabilis aut certa iucūditas: sed ꝓfusio ⁊ labor ⁊ dolor ⁊ gemitus: a quibus nulla sors homiſ: nulle opes: nulla liberat altitudo. Dānū quidē tuū nr̄m qz omniū qui te illūqz dilexim̄us. Neqz dissimulo neqz vbis iminuo. Magnū ꝓfecto rarūqz ⁊ eximi um vite decus: ac solatiū ad tempꝰ amisimꝰ: quod non flere etiā ad tēpus ⁊ desiderare nō possumus. Sūt tm̄ ⁊ magnis angoribꝰ inuenta remedia: de qbus agere nō breuis ep̄le sed libri mā sit ingentiſ.

¶ Unū hoc pro tēporis breuitate sufficiat. Siqui dē pro nobis dolemꝰ occurrit ciceronianū illd sem Licero per in hijs casibꝰ repetēdū. Suis icōmodis grauiter angi nō amicū sed seipz amātis. Si aūt ꝓpter illū uanꝰ est dolor: nō solū qz irreparabilis est euētus: sed etiā quia faustus utiqz illi est: audebo eniz dicere: qd uerū credo qz fratri tuo nihil mali imo multū boni accidit. Quis eni oculi nostri illuz anxie requirāt. Jlli tm̄ ꝓculdubio bene est tā nobilis animꝰ tā mitis atqz innocēs vita fuit: ut sperari de eo aliud nō possit. Uiuit ille qui mori oculis hominū visus est: imo nūc viuere incipit: hec eni ut sapientibus placet: que dicit vita mors est. viuit inqz ⁊ cum creatore suo cūqz angelis eius ac beatis sanctoz hominū spiritibus: euo fruit beato eruptꝰ mūdi piculis ⁊ ludibrio fortune. Neqz si reditꝰ pateat reuerti uelit. Gaudet eni laborē pmutasse cū rege cū securitate formidinē: cū felicitate miseriā. Naz licet ⁊ dum nobiscū erat felix: videret uere tamen nemo hic felix ut doctissimis visum est. felix ergo ille: nos miseri dū hic sum̄. Quocirca merē hoc Licero eiꝰ euētu vero: ut apud Ciceronē ait Lelius ne iuidi magis qz amici sit. Et ille quidē nūc ut mea bēt opinio recordat nr̄i: suoqz oēs in qbus: q: ita sibi placuit ego me numero sed in pmis tm̄ talēqz germanū quē semp vnice dilexit: eo nūc amat ardēti quo eterno ꝓpinquior est amori. Nō sumꝰ eni: deo gratias de illoz grege qui putāt aias cū corporibꝰ interire. Jn nr̄a igitur ⁊ nr̄oz morte immortalitas aie: ⁊ resurrectio corporū nos solātur: quarū pma ꝓsolatio ⁊ phis fuit. Altera nobis est solis: de qbꝰ si ipetū atqz ardorē animi seq ueli longus ero. Sz nō possum. vires eni mihi corporee nulle sūt. Neqz eni postqz a te ⁊ ab illo: heu ultimū discessi: ullus mihi sine gravibꝰ morbis actus est dies. Jtaqz vir hec ipsa perscripsi. Cōfido aūt de sapiētia ⁊ magnitudine animi tui: qz ⁊ hūc casum quo tibi iā nullus acerbior euenire pōt: ⁊ humana oia alta ⁊ inuicta mēte tolerabis: ⁊ igruētē sensibꝰ tristitiā insita leniēs virtute in oibꝰ diuine ꝓfirmaberis uolūtati ⁊ tecū i silētio cogitabis celestē ꝓuidentiā a qua taz multa ⁊ tā grandi recepisti tibi hoc nunc licet amarū gustui bonū tm̄. ⁊ ꝓsideratis mūdi malis salutiferū forsan ⁊ optabile tribuisse. ¶ Hec tibi manu

reliquias vite qua datur:in pace exigo: ⁊ defunctos ⁊ absentes amicos tenaci memoria animiq; ulnis arctius semper amplectẽs singulariter tui memor tui cupidus si qua sors sineret. Neue quid te lateat mearum rerũ:sepe per hos annos a romano põtifice atq; imperatore:q̃netiam a francor̃ rege:aliisq; p̃ncipibus multa cuꝫ instantia:ac sepe magna nescio quidẽ cur:qõ ne ob meritũ sed qõ magis re or fato quodã euocatus eque omnib⁹ hacten⁹ surdus sum. Contra multorũ enim sniam sic expediens arbitror libertati. Sed nimis te detineo:pce oro: ⁊ Uale pataui ad uesperam epiphanie.

¶ Ad Pandulphũ malatestã familiariter. Epl'a. IX

Pistolã tuam vir clarissime plenã tue illi⁹ e antique mũdo quoq; iã notissime charitatis:ante nõ multos dies accepam: dumq; ⁊ alijs ex causis ⁊ ut tibi opportunius rñderez di misso rure:ubi libentius multo q̃ in urbibus habito patauũ redijsiez:tibiq; qõ placiturũ certus erã de mea salute anxio scribẽ meditarer ex longa me scilicet egritudine ppe iaꝫ sanitati redditus: credo ut mestã potius vitatem q̃ letũ mendaciũ audires celitus effectum:ut me subito ad. viij. idus maias familiaris mea violẽtissima febris arriperet: ꝓuenerũt medici ⁊ quos domini iussus urgebat: ⁊ q̃s nostra trahebat amicitia ⁊ multis altercationibus hincinde habitis nosti morem diffinierunt me nocte media moriturum: ⁊ erat iam noctis illi⁹ p̃ma vigilia:vides q̃tulũ mihi vite spatium restabat:si uera essent:que hij nostri fabulãtur Hyppocrates ſz quotidie magis:ac magis me in illa quã de hijs semper habui opinione p̃firmant:dixerunt vnicuꝫ longiuscule remedium vite esse:si fidiculis nescio: quib⁹ astricto somnus abrumpereꝰ. Sic me ad aurorã forsitã peruenturũ exigui spatij tediosa merces. Cuꝫ tñ somnũ mihi in eo statu eripe eẽt haud dubie mortẽ dare. Itaq; nihil obtemparũ. Nã sic amicos oraui:sic famulis mãdaui:ne qd qõ a medicis dictũ sit:meo vnq̃ fiat in corpore. Si qd penitus fieri debet ꝯrium fiat:proinde noctem illam dulci ac profundo placideq; morti ut ait Maro:si millimo sopore transegi. ¶ Quid te vbis morer? Nocte media periturũ mane redeũtes forte ut ex equijs interessent scribentem inuenerunt: ⁊ attoniti nil aliud qõ dicerent habuere nisi hominem me esse mirabilem:totiẽs in me decepti ⁊ elusi:nec iterum ⁊ iterũ impudẽter asserere desinũt qõ ignorãt nec clipeũ aliũ inueniunt:quo ignorãtiã suã tagãt Et ut sim forsasse mirabilis quanto ipsi mirabiliores:nam qui illis credũt non iam mirabiles:ſz stupendi sunt. Dic ergo sum vir iclite sic mea me sors vsat ⁊ reuersat: ⁊ q̃q̃ sanus videar:nonnunq; semper tñ ut arbitror eger sum. Alioqn vnde tot tã rapide febres erumperent vicissimq; repullularent. Sed ecce ut aut nocte illa media obijssem:aut instanti obeam quid ad me. Ad hoc ibam. Et qd nocet mor casurum cadere:seu quid prodest surgere ilico ruiturum? Quando tñ generosum animũ tuam hec tam humilis cura cõtingit ut scire cupias q̃liter mihi sit:scito me de statu mei corporis prorsus incertum neq; me solum:sed omnes quicunq; hic viuimus mortales:eo me tñ incertiorez quo vilibilius quotidie ipsa cũ morte pfligo:que siue me cõfestim oppressierit:ut iam quater intra vni⁹ anni spatiuꝫ minata est:siue diuticule distulerit:diu nẽpe non differet. Christo deo meo eque de omnib⁹ gr̃as ago. Ipse enim nouit quid mihi expediat. Et ipse faciet. Utrum sane sit melius mori an viuere: deus scit:hominem quidem scire arbitror neminẽ ut moriens apud Ciceronez ait Socrates. Jn me tandem sic diffinio. Nec tibi virũ optime:nec eor quib⁹ carus sum cuiq; amplius cogitandum aliqd uel optandum nisi bonum finem. Et certe iam tempus est. Non expedit ad fastidium viuere:ad satietatem sufficit. Tu viue feliciter mei memor: ⁊ uale inter colles euganeos. vj. idus Junias.

¶ Ad eundez se tempore pestis ad loca salubria euocantem. Epistola. X.

Ua breuis ac predulcis epl'a:qua nil suauius cogitari potest:ingentem mihi letitiam q in aduersis attulit ac solamen:q̃uis nouũ uere nihil attulerit. Scio eni ab olim cor erga me tuũ:at qõ tritum ⁊ uetustũ in animo meo erat:tua hec p̃sens scriptura renouauit. Itaq; tantam inde dulcedinem legens cepi:ut presentium immemor dolorum totus in tui vultus:multumq; diuq; ex optata mihi presentia respirarem: ⁊ quiescerem:tã tusq; me subito scribẽdi ardor arripuit:qp si eũ sequerer ⁊ hos digitos iam defessos: ⁊ occupatas maioribus aures tuas fatigarem. Sed desiderio tempus deest:meq; aduersa impedit ualitudo:vir q̃ hec pauca perscribo: vnum hoc ergo suffecerit: oblationes tuas reuerẽter amplector: ⁊ quas possuꝫ gr̃as ago:uerq; deũ Christũ testor:me de nullo homine magis sperare q̃ de te: ⁊ siqua in fortune:que regum quoq; diademata vsat:ac pterit ad indigentiam coarctarer:nullus me q̃ tuã:seu domum:seu arculam:seu villã fidẽtius aditurũ. Nẽpe quã experientiam me docuit meam esse:uenirem fateor cupide quo me uocas:nõ metu mortis ipulsus sed desiderio tui tractus:nisi statu mei corporis ipedirer. Nobilis aũt uere meritoq; gratissima mihi charitas tua est:sin secura mihi metuẽs nil timẽti. Pone hunc igiſ metũ queso nã:nec Patauj: nec Uenetijs quibus nunc in urbib⁹ pestis regnat sed inter colles euganeos suꝫ loco quẽ nũcius hic tuus me mõstrãte oculis suis vidit delectabili admodũ ac salubri. Ad quẽ ⁊ mei amore ⁊ locor̃ spe Laus ar
cie capt⁹:harũ dñs regionũ amic⁹ tuus sepe uenit quade
⁊ morulas mecũ trahit. Reliquuꝫ est ut scias me tue mihi charissime:facie licet icognite ꝓiugis trã sitũ mesto aio pcepisse:nõ tã ꝓpter eã que relictis his miserijs haud dubie nũc felici vita fruiſ:is sibi ut nobilitatiſ atq; originis sic romane pudicitie splẽdor fuit:q̃ ꝓpter ai tui statũ quẽ turbidũ suspirijs atq; vndãtẽ fletibus cogitabã. Quis eni tanto nõ mouereꝰ dãno? Multa hic dici possunt:larga est mã:sed angustũ tẽpus:hec oium sũma est: tua magna virt⁹ ⁊ magnis in reb⁹ sepe cognita magnã banc vincat aspitatẽ. Jd magnitudinẽ tuã decet:hoc igiſ fac ⁊ Christus ꝓsolator optim⁹ te solet. Uale arquade Kal'. septembris.

¶ Ad eũdem se tempore belli ad loca pacifica iuitãtem. Epistola. XI.

Ec cessat tua mecũ nec lẽtescit humanitas u gr̃am habeo q̃tã qsq; grati bois speret e pectore. Anno altero ut me faucibus semẽtis late pestis eriperes blandis scriptis ac nuncijs ad loca salubria euocabas. Nunc belli minis ereptur⁹ ad loca pacifica me iuitas. sic in oi discrimie

pta est: nec minus pudoris attulit amissa q̄ capta decoris attulerat. Sed sic eunt fere res mortaliū. Raro sanū pfiliū ꝺdictore caruit. ¶ Ita dū in suā quisq; libidinē nō in cōmune bonū nitit quotidianū in ꝓcilijs malū melior pars maiore ⁊ numero ueritas victa est. vicit auara barbaries: vicit vilis amor prede: vicit interrūpende paululū metus uo luptatis: virtus nuda ⁊ icomitata succubuit. Itaq; onusti preda ad quā solā uenerant religiōe simulata. oneratiq; autē obrutiq; dedecore abierūt omisso neglecto fidei negocio quo nescio an ullū gl'iosius ab auoꝝ memoria cogitatum sit: hec hactenus. ¶ Unū anteq; desinam attingēdū est: ⁊ tue ꝓbatissime fidei testimonium perhibendū. Tu quidez vir egregie amicū e medio sublatū nō solum ligua et calamo affectū animi testantib⁹ dulci pietate ꝓsequeris: sed supstites etiā natos memori charitate cōplecteris bonā utiq; teq; rez dignā agis. Ne q; mihi neq; cuiq; suoꝝ dubitatio ulla est quin talis amici filios tuos ducas. Cui⁹ enim radix est ꝓpria ⁊ rami ꝓprij sint oportet. fuit vir ille usq; in finē tuus: neq; ut auguror vnq; magis q̄ nūc est qñ scilicet iexhausto sūmi amoris fonte pfusus totus est charitas. Certe Dauid rex filio Jonathe: a quo dilectū se fuisse meminerat q̄uis psecutiōes multas ab illius patre ppessus sese p̄buit indulgentez. Et massinissa rex Numidie pp memoriā africā totam ꝓgenie Scipionū miro amore usq; ad ultimā coluit senectutē. ¶ Sed iam satis est frenabo ipetū. Alioquin nullus erit flendi modus. Tu me fletu madidū flere uberius: tu me fletu exhaustū: fletū compmere docuisti. In dolore tibi parui: cur in ꝓsolatione non pareā? Consolabor: q; tu iubes: ⁊ q; necesse est. Stultus est eni luctus lōgior ⁊ lugēti dānosus: ⁊ illi inutilis qui luget. Nō cōmittam ut ꝓpter meā multiplicē miseriā illius morte ꝑctā letā illā felicēq; aiam gemitibus ampli⁹ turbē meis: suarum iā virtutū laurea coronatā de vitijs atq; inuisibilibus hostibus in arcu ethereo triumphantem. Tu viue: ⁊ defuncti ⁊ supstitis memor. Uale. Patauii: ꝑdie nonas nouembr.

Da-uid

Maſ ſanis-ſa

¶ Ad Joānē aretinū de scribētis origine. Epl'a. III.

Hnoti hominis sed noti nois epl'am libēs i legi: fuit Joannes alter aretinus quoq; cū quo longa mihi usq; ad illius vite exitū ac fida semper stetit amicitia. Joannis igitur aretini ad nomē in auribꝰ meis olim crebro dulciter soli tū sonare: longo uelut e somno exprectus caput at q; aium erexi: gratacq; mihi cari capitis memoria renouata est. In hoc altero Joanne delectauit me fateor nobilis indoles: ⁊ senilis in iuuene caniq; stili grauitas. Sed sup oia hic affect⁹: ⁊ hic amor erga hominē nescio: an aliquando visum ac certe nō cognitū: qui pfecto tātus esse nō posset in te alia qua mee virtutis opinio decepisset. Error ingens: sed honestus: ⁊ in tua p̄sertim etate laudabilis. Quosdā nempe nōnunq; falsi nomis sono ac splēdore excitos relictis a tergo quos p̄o ducibus sequebantur ueram pduxit ad gloriam. ¶ Optas ⁊ optādo oras ut familiaritate mea sterili quidez: ⁊ uel vnica te digner epistola: quā te ut thesaurū sanctasq; reliquias seruaturum spōdes: ad tuū ut ais tueq; posteritatis longū decus. Nō suz amice: vñ hoc speres paucoꝝ est ut nosti quibus scripserit fama dare: horū ego de numero non suz. Quomodo enim alijs dez q̄ mihi nōdū tāto studio queū ui. Scribo tū non ut te glorificem: sed ne spernaz. Et scribo inter angustias magno rerū circūuallat⁹ exercitu q̄ ut tibi sit grati⁹. Jaz me tēporis penuria parcū facit. Nō hoc tamē impediet quominus ad id tibi rñdeam q̄ tā obnixe flagitas an scilicet aretij nat⁹ sim. Jd eni te auguror audiuisse. Et ita hoc queris quasi magnos hinc titulos quesiturus pīie. Et claroꝝ certe hominū origines terras in q; bus orti sunt per se licet ignobiles ornāt fateor: atq; nobilitant. De Homero qdē dubitatio uet⁹ est: ⁊ multis indecisa lis gentibus: dū vnaquēq; illuz sibi vindicat: ⁊ tāti ciuis gl'iaz ad se trahit. Ad q̄ ꝓstat sic nascēdo pythagoras quidē Samon: penē Bias. Miletū Thales. Abderā Democrit⁹: clazomenas Anaragoras. Calcedonem Xenocrates. Eleani ẓeno. Stragiriz Aristoteles. Lesbē Theophrastus: ⁊ ex nostris arpinū Cicero: ⁊ qui tūc ades dicebatur inopem ⁊ angustū Mātue viculum Uirgilius. Tagastū Augustinus. stridonē Hieronymus honestauit. Sed neq; aut hoz ego rursus ex numero sum: aut patria tua ut sit nobilis vnius cuiusq; homis eget auxilio quā ab ipsis Romani imperij ꝑmoꝛdijs inter tria etrurie capita nūerata legimus. ¶ Quādo vo tā anxie me rogas plus etiam aliqd q̄ interrogas respōdebo. Nō solum ergo aretij sed in vico intimo ciuitatis illius qui ortus vulgo dicit: heu flos aridus ⁊ fruct⁹ insipidus nat⁹ satusq; etiam fui. Florentinis qdē parentib⁹: sed in exiliū actis: ea scilicet tēpestate: qua meliorē partem expulit qui creber nr̄is in urbib⁹ mos est: nostriq; naufragij ptez alterā Bononia altero pio gremio fouit aretiū. Addā huic histor'ie quod baud grauati te lecturū spero. Anno igit iubileo Roma reuertenti atq; aretio transeundi qdam nobiles ꝓcives tui qui me comitatu suo dignū cēsuerūt duz extra menia urbis adducerent ignarū me per illū deduxerūt vicū: atq; inscio ⁊ mirāti domū illam oñderunt in qua natus essem: haud sane amplā seu magnificam: sed qualis exulē decuisset: dixerūtq; inter multa vnū: q̄ apud me ut Tuij uerbo utar plus admirationis habuit q̄ fidei: uoluisse nonnunq; dominū domus illius eā amplificare publiceq; prohibitū: ne quid ex ea specie mutaret que fuisset qñ hic tantillus homūcio tantusq; pecator intra illud limen in hanc laboriosam ⁊ miseram vitā uenit. Proinde illa digito tui ciues ostendūt pluscq; aduene prestat Aretiū q̄ Florentia suo ciui. Sed hec ⁊ alia grauiora ferenda esse fortiter scio: ⁊ amara dulcibus pēsanda: q̄uis illa ꝓpōderent. Et sic facio cum p̄o alijs multis: tuz p̄o hoc vno nominatim deo gratias agens: qui būc mihi animum ⁊ hanc mentem dedit. ¶ Habes q̄ quesisti: vicit occupationem ⁊ tarditatē meam tue ꝓcis efficacia. Reliquū est: ut si amicitiam nr̄am cupis: non me deinceps videbitis ⁊ nō meis laudib⁹ oneres. Q̄ mereor facito. Ne me vnge sed punge: scinde: ure: increpa. Non etati debituz sed vite prona est materia. Nemo ad talia nō disertus fuerit. Auditū tibi meū nomē. audita ⁊ vitia sint oportet. Jndignū laudare irritus ⁊ magnus est labor: deniq; si me amas cum alijs de me ut libet: mecuz ut postulo: ⁊ ut te meq; pariter dignū est. Ne tu vno mihi pangericū cane: sed satyrā. Uale arquade inter colles euganeos. v. idus septembris.

tot salubres monitus prouenere. Et q̃uis hoc tẽpore quo nos interuiximus in eodẽ semper ego uestigio permanserim interdũ licet inuitatus ascendere. Tu nõ quãtum mereris multũ tamen uel inuitus ascenderis: omni quidem tempore vir illustris Sed tunc pẽsul exiguus: nunc maxim⁹ cardinalis familiaritate nihilomin⁹ illa antiqua indulgentissimum patrẽ meũ amplexus in memoriã temporis retroacti: z earuz peregrinationũ rusticationũ q̃z quas olim tuo in rure ad fontẽ sorgie per longũ diem usq̃z ad uesperã in siluis cibi obliti: earumq̃z vigiliarum quas ibidem inter libros somni immemores longis noctibus ad auroꝝ mira sepe cũ uoluptate transegimus reuocabo. Que omnia nũq̃z mea memoria dilabuntur: nec dilabi quidẽ possũt non modo alpibus aut freto angusto: sed ne toto q dem oceano: aut etiam ipsa lethe transmissa: quando tibi quotidie iuuenili ardore noui aliquid inter multa solitarie vite libros duos quãtilibet deuotione dictabã. Quos tam lete: tãq̃z alacriter suscepisti: ut sicut mihi post litteris tuis inotuit pene oẽs alios libros abijceres: z illos tibi ꝓtinue ꝑter morem etiam ad mensam legi faceres. Mihi autẽ ad reliqua ingens hac tua tãta dignatione calcar adijceres. Quanto ergo cũ gaudio hunc ꝓximuz diez sperem ipse cogita: qui animum meuz vides. Parcat tamẽ illis deus qui humeris tuis lõgo z honesto labore fatigatis hoc tã graue licet honorificuz pondus imponere uoluerũt idq̃z põtifici suaserũt. Nosco aũt mores: dum eis bene sit qualiter sit alijs nõ curãt. Neq̃z alienos labores aut pericula: sz suas tm̃ cogitant uoluptates. Sunt ex eis qdã q̃bus bonoꝝ oium sit inuisa presentia: eosq̃z non tm̃ abesse cupiant: sed non esse ut liberius possint sine ꝺictore z sine ꝓspicuo teste peccare. Sed illoruz qualẽcũq̃z propositum vtat in bonum deus. Et faciet spero: de bijs nil amplj⁹ in presens: nisi q̃ euz ipsum cuius incipiens mentionem feci adolescentem rare indolis atq̃z clarissime: qui summo z reuerenti amore te diligit z moribꝰ tuis captus te in patrem vnicũ preelegit obsequijs atq̃z honoribꝰ tuis toto animo deditũ: tibi non aliter q̃z me alteruz rcõmendo: qõ non facerẽ tam fidenter q̃uis z propter optimi patris memoriam omnia debeam: nisi eum tuo bonorũq̃z omniũ fauore dignissimum iudicarem. ¶ Restat ut ad id respondeaz quod in quadam litterarum tuarum parte perlegi: te pontifici de me meisq̃z de rebus digressu ultimo locutũ nomẽq̃z meum multo vborum onere celebrasse eorum litteris qui collogo interfuere cognoui. Illuz vo z benigne suscepisse ꝓmonem z liberaliter respõdisse. Neutrũ miroꝝ. Nã z ipsius dũ se adhuc romuleo cardine ꝓtineret primum nuncijs: debic viua uoce dum post Urbanũ romam petens me ticini compisset: demũ ubi supremum gradũ humani status attigit mitissimis litteris magna sue beniuolẽtie argumenta ꝓcepi: z tu qõ solitus es feciſti grãs agerem: nisi q̃ z semel pro oibus acte sunt: z rem suã bene gerentibus grẽ nõ aguntur. ¶ Ultimum est: qõ ais ingenti gaudio exultasse tuuz cor in eo q̃ masculos de me rumores audieris: qui q̃nis grauibus morbis z multiplici uexatus incommodo: bonuz dicoꝝ animũ habuisse. Non ad meã pater optime sed ad Christi laudẽ sit dictum ut z uberius tu gaudeas: z sibi pro me gratias agas: qui hunc mihi animũ dedit. Cum in malis: si sic dici debent: meis amici ad me quotidie conuenirent meq̃z viso discederent lachrymãtes: ego nec suspiriũ vnq̃: nec lachrymulaz vnam fudi: sz mãsi imperterritus z letus: ita ut ipsos medicos me manibus ꝓtrectãtes sepe cogerem in stuporẽ. Et me ipm̃ coegissem nisi q̃ eam mihi patiẽtiã nõ ex me: sed ex celesti auxilio sentiebã esse: qõ cum semper presens bijs mihi temporibꝰ presentissimũ fuit: ut crebro in memoriã rediret apl'icum illud ad corinthios: fidelis aũt deus est qui non patietur uos tẽptari super id qõ potestis: sed faciet cũ temptatiõe etiam prouentum ut possitis sustinere. Certe uehemẽs ista temptatio que me prope usq̃z ad vite odium addurit. Et si huic mortali corpusculo ualde nocuerit anime profuit ut spero. Agnosco fragilitatẽ meam. Agnosco misericordiam dei mei: qui patientiã meam insperata sanitate remunerauit. Dicã rectius misericordiam vnam altera misericordia cumulauit. Scriptũ est enim. Miserebor cui misereor. Et misericordiã prestabo cui miserebor: bijs duabus misericordijs tertiã si sibi placet adijciens: z has tantas asperitates quibus me uoluit exerceri meis in rõnibus poni iubens: de reliquo debito liberalis z pronꝰ ad ueniã esse uelit: sanguinis sui memor: qui non meis tantum sed omnium hoium piaculis iusta sub lance ꝑponderat. Quar tam quoq̃z misericordiam tribus accumulans tm̃ saltem mihi viriuz cum sanitate restituat: ut quod semper optaui quodq̃z ad primam aduentꝰ tui famam etiam speraui possim demum ad te visendũ pergere. In bijs tamen inq̃z omnibus dei uolũtaꝫ fiat. Si hic non possum ipso duce in prima te videbo: hoc extremum mihi Christe ne neges. Nõ me ab illo post mortem separes quẽ in hac vita charissimũ sensi. Posco ego de meo vnico peccatoꝛ humilis quod de suis duobus Gratiano z Ualentiniano sacer poscebat Ambrosius. Illud interest: q̃ is suis ea prece prospiciebat: ut essent secũ. Ego hac pater amantissime mihi prospicio ut sim tecũ. Uale. Arquade. vj. Kal'. Jul'. Ambrosius

¶ Ad Franciscum bruni pape secretariũ de qbusdã suis secretis affectibus. Epl'a. XIII.

Missis familiarium rerum curis: quibus ingentem epistolam cõpegisti: quas nec stilo dignas censeo: z de quibus agendi locꝰ alter dabitur: ad id uenio qõ me p̃mit: quodq̃z tuis in lr̃is ridens legi Philippus sabinensis virꝝ optimus z eccl'ie mundoq̃z utilis mihi vo superin dulgens pater in legationem italicam profectur⁹: z in crastinũ moturus sero papatu adijt: z accepta licentia post omnia ut latius nomen meum memorie eius imprimeret me sibi recõmendauit instantissime: rem serena fronte z vbis lenibus approbãti urgente demum hora: ut paucis multa comp̃hẽderet. Habeto iquit oro pater sanctissime commẽdatum hunc hominem: z ppter me qui ad eum supra q̃z dici possit afficior: z ppter seipsum magis. Crede eni mihi uere phenix vnicus est in terris. Hoc iterũ atq̃z iterum cũ dixisset abijt. Unus aũt e patribus reuerendis qui digito celum uoluunt illo iam digresso sermonez de me habitum reatium psit z laudatorem: z laudatum mordaciter irridendo phenicis appellationem in diuersa distorsit. Et quamuis tu insita modestia utrunq̃z sup-

in pectus tuuz quãto potes altius demitte: q nisi ualde te amarẽ z ualde tibi metuerẽ: ista nõ dicerẽ. Neqz vo q: sim doctio: sed q: suz senio: te moneo. Narrabis tũ hec cum ꝑmũ poteris patri tuo amico meo: z si ꝓsiliũ meũ ꝓbat bene erit. Alioqn fac q ille iubet qui te genuit. Uale.

¶ Ad Franciscum quendam adolescentem romanũ rhetorice studiosum. Epl'a. VII.

Ua prio: epistola que serius ad me uenit: t tui mihi nominis nouũ peperit amorẽ: delectatus suz ingenio: delectatus stilo: z qõ minime soleo iuuenilib⁹ blãditijs atqz affectu isto: tã uehemẽti: qui nullo ignoti hois ex merito: sed e sola amantis pietate proficiscitur. Senis amor in adolescẽte signũ optimũ. Romana deniqz delectatus origine qua nulla sub celo clario: aut fuit: nisi fallor augurio aut futura est. Adde q haud q̃q̃ silẽtio obruendũ erat: q: epl'e auctor illius op⁹ est: magnanimi z inuicti pandulphi: quo nil cari⁹ hẽo in terris. Altera autem epistola ingentez mihi metum attulerat ac merorez super morbo graui atqz ancipiti Petri nostri rhetoris tui: z amici mei optimi. Quez eni tãti viri casus ad lachrymas nõ moueret nisi hostis esset scientie ac virtutis? Ita sane mihi persuadeo neminẽ esse mortaliũ: qui me magis illum amet: quem ꝓfundius sua tangat aduersitas. Cõsternato equidem mestoqz aio: z humentibus oculis epl'am illam legi: atqz illicet ut iubebas: iubebat z pauor meus mẽtẽ vultum uocẽ manus ambas ad celũ tollens oraui boni ois auctorem ne adhuc virũ mũdo utilem eriperet: neu me hoc vite solatio spoliaret: neqz me illi sed illũ mihi superstitem eterna fatoꝝ lege decerneret. Id enim uero sepe me peccatum in amicis alijs: sed heu uota sepe irrita fuisse mestus memini. In hoc autem z si ego ꝓcator indignus: q: tamen preces in se digne sunt exauditum iri spero: eoqz maxime q mẽti interfluxerunt dies: z nil noui audio. Neqz vo talis viri obitus famam publicam: neqz illa aures meas ad nil aliud nunc intentas fallere potuisset. Uiuit ergo: ut auguror Petrus meus: z ut diu hic felix: tandem in celo semper felix viuat: Christum preco:. At tu illum solare meis vbis z ut spes fessas erigat: atqz humana ferre sciat humanitus admone: postremo mei memorem saluere illum iube z Uale.

¶ Ad Matheum longum archidiaconuz Iacodien. de utriusqz statu. Epl'a. VIII.

Rat forte dies festus ac solẽnis quem mi- e bi soleniorem fecit ac letiorem tuarum aduentus subitus lr̃arum: dies inq̃ qui ad uestigia saluatoris adoranda reges olim ab oriẽte perduxit. Nunc ad me preduleiter salutandum mitissimas talis amici lr̃as ab extremo attulit occidente: videntem omnia Christum testor: vir tale aliquid letius poteram audire. Multos eniz iam per annos de te certi nihil audieram cũ facies tua semp bijs affixa precordijs inhereret: quam inde diuellere: nec locis nec temporib⁹ nec fortune vnq̃ licuit aut licebit. dubitabaz tamẽ z humani more animi metuebam: precipue postq̃ Mediolano abij: z amicus meus quidam fidissimus pgamensis rebus abijt humanis: qui uoti mei consci⁹ sepe me de tua vita ac salute certiorem nunc vbo: nunc lr̃is faciebat. Quis autem nos mortales nã ꝓtulerit: ut neqz immortalitatem sperare neqz mortez metuere debeamus: mecum tamẽ ipse recogitans ꝑter te z reuerendissimum Philippum olim dum in curia que romana dicitur: vsaremur cauellicensem: nunc sabinensem episcopum cardinalem: nullum mihi iam eorum quos a iuuentute dilexerim superesse non poteram: fateor non timere: de utroqz sollicitus de te autem eo sollicitior quo icertior: z damna mea metiens atqz dinumerans crebroqz suspirans in silentio dicebam. O quid agit nunc ille carus pater z amicus tuus. O si viuit z uestitur aura etherea. o si bene secum agitur: o utinã viuat z ualeat nec me solũ in hac miseriarum ualle desti tuat. Nunc gratias deo de quo timui iam gaudeo z exulto: non viuum modo illum: sed incolumẽ audiens. Feciſti optime ut soles omnia qui breui epistola lõga me sollicitudine liberasti. ¶ De meo vicissim statu: si status dicitur assidue labi: de quo in parte tuarum litterarum ut scriberem postulasti breuibus accipe. Sum animo per Christi gratiaz quieto satis ac tranquillo: z iuuenilibus nisi fallor pridem passionibus expedito: contemptor magn⁹ omnium qui miratur humanum genus familiariter tecum: sed in domino glorior: q: licitum mihi spero. Corpore diu sanus fueram: hoc biennio infirmus z sepe ꝓ mortuo habitus: viuo tamẽ adhuc quantuluscũqz sim tuus ut soleo. In reb⁹ alijs pene omnibus sic est mihi ut erat quando ultimuz me vidisti: ex quo si rite numero hic quartus z vigesimus annus est tempus vite: prope ne dicã absentie longum satis: potui equidem altius ascendere sed nolui: omniꝫ mihi altitudo suspecta est. Mã si ergo in humilitate mea: id utilius credens: atqz iocundius z ad summam nulla re ferme auctor sũ q̃ fui nisi tot annis z aliquot libellis. Mallem scientia ac virtute nulla re imminutior nisi ualitudine prospera z amicis: quos mihi q̃plurimos paucis annis dura mors rapuit: patientiamqz meam uehementer exercuit. Aliquandiu Uenetijs moras traxi. Nunc sum Pataui in ecclesia residens. Fecit deus inscio me ut tempestiue admodum inde discederem instante inter has urbes hoc grauissimo quod nunc seuit bello. Futurus ibi suspectus hic sum carus. Magnas tamen partes temporuz rure ago: nunc etiam: ut semper solitudinis appetens z quietis: lego. scribo. cogito. hec vita. hec delectatio mea est: que mihi semper ab adolescentia mea fuit. Mirum tam iugi studio: tam pauca tanto in tempore didicisse: de reliquo autem nulli hominum inuideo. Nullum odi: z quod ante longissimum tempus scripsi. Nullum despicio nisi me. Nunc multos despicio: primum me. Fuit igit̃ prima etas mihi tumore atqz errore iuuenili contemptrix omnium preter se media autem grauitate virili sui solius contemptrix: hec ultima libertate senili z sui ipsius ante alios z pene omnium: nisi quos virtus clara contemptui eximit: rarum genus. ¶ Ad hec nullum ualde metuo: nisi ualde amem. Nihil ualde cupio nisi bonum finem. Turbam famulorum uelut hostium fugio: fugitur⁹ omnes si liceret. Id ne liceat etas atqz fragilitas efficiunt. Uisitatores nullo usquaz secessu: nullis latebris fugere ualeo: honorificum vite mee tedium ac laborem. Extruxi mihi in collib⁹ euganeis paruam quidem sed decoraz atqz honestã domũ. Ibi

refrixerit quid mirari habeã uel irasci? Nõ suꝫ humanarũ adeo inexpt⁹ rerũ. An non põtifex homo est: an non ore dauitico spiritus sanctus ait. Omnis homo mẽdax: nec ullus excipit: an nõ tũc mẽtitus est pontificũ omnium princeps Petrus: quãdo cũ iuramẽto negauit q̃ non noui hominẽ? An pontifici huic nostro non licet: uel dixisse olim qõ in animo nõ habebat: uel nũc nolle qõ uoluit? Neutrũ tamẽ credo. Sed habeo ibi ego: habet ꝛ vitas aduersarios magnos qui toto nisu emolumẽtis ꝛ honoribus meis obstant. Qui si scirẽt quanti eos facio quantoq̃ mihi est melius cum mediocritate mea: q̃ꝫ eis cum oi eoꝝ pompa atq̃ inani magnitudine: desinerent forsitã aduersari: uel fortassis iuidie stimulis agitati: multo etiã aduersarent. ardẽtius q̃tum mihi a bonis ꝛ insignib⁹ viris honoris ipenditur: mihi inq̃. Nã qõ sibi fieri putãt non fit eis: sꝫ eoꝝ infulis phaleriscq̃. Et q̃ꝫ multi sunt: qui eos uenerãdo despiciũt ꝛ oderunt. Et quid queso opes inopes: cum omnib⁹ earuꝫ curis ac uoluptatibus? Quid honores inglorij ꝛ uẽtosi cum omnib⁹ infulis onerosis ac ridiculis quibus stulti tument ac superbiunt: ꝛ sibi placent cũ bijs ipsis ꝛ deo displiceant ꝛ mundo? Quid hec inq̃ in hora illa nouissima infelicem animam adiuuabũt: aut illud cibatũ diu coꝛp⁹ opipare futurũ mox uermiũ vilem cibũ visu horridũ: odore autẽ importunũ: horam quidẽ illam sero uẽturam sibi fingũt? Naz uẽturã sciunt utiq̃. Illa vo magne illorũ parti ꝓpter seniuz iurta est ꝓpter imbecillitatẽ mortaliũ ꝛ vite breuitatẽ ꝛ uarietatẽ casuuz omnibus ꝓpe est: ꝛ lõge esse non põt. ¶ Hoc est sane ne quid tibi ꝓtra amicitie legẽ celẽ: hoc est vnde tibi irascerer: si liceret: qõ hoꝝ metu ac stupore obmutuisti mecum: ita q̃ mihi in aiũm nunq̃ uenisset ut crederẽ: hostes meos q̃ murice uestiuntur: ualde suspicis: quos ego ob idipsum ualde despicio ab adolescẽtia spretor maximus ignauoꝝ diuitum: putas ne quos spuerim iuuenis senex mirer? Contra est: multa que mirabar iuuenis: senex sperno: ꝛ tu spernere incipies mox ut te raptanti cupiditati indomite frena substrinxeris pacre oro. Indignatio loquitur: nõ ego. Quid enim in ceno illo fetidissimo: iã diues ꝛ iaz senex hereas miror: quo tibi proficiscendi auctor fui suadente rei familiaris angustia ꝛ etate ide cassis cessantibus tibi digrediẽdi auctor sim? Naz ut ait anneus. Quis exitus erit? quid expectas donec desinas hẽre qõ cupias? nunq̃ erit tempus lege que sequũtur. Et tibi nõ alteri dici puta lucilio loquebatur: tibi loqtur: imo oib⁹ eodẽ morbo animi laborantib⁹. Epla est nisi me memoria frustrat vndeuicesima: dixi ego qõ debui. Facies tu quod uoles: dũ memineris q̃ nitens Florentia te expectat: olens te iã fastidit Auinio: ubi mori malis eligẽ ꝛ qcqd elegeris ꝯelũ meũ boni ꝓsule. Amor ꝛ pauor loqui cogũt. Alioquin non soleo mihi officiuz repbensoris aut ꝓsultoris assumere. Satis in me habeo qõ reprehendam. ¶ Ut vo iam tandẽ hanc ꝛ mihi ꝛ tibi ut arbitror inamenam mãm reliquamus. Illud ad sũmam meo iure postulo ne amplius q̃ꝫ nolo q̃ꝫ q̃ꝫ expedit penes pontificem sollicit⁹ sis mei. Nil eniz mihi posset esse molesti⁹: cõmitte rem ipsam uolũtati sue ꝛ fortune mee: imo diuie dispositioni cuncta cõmitto: ꝛ qm̃ nondũ satis notus video: cui esse notissim⁹ arbitrabar: bona fide oẽs tibi latebras mei cordis apiam. Scito igitur ꝛ cõpertum habe: nihilo magis me magnis opib⁹ gauisurum q̃ꝫ honesta pauptate. Quez paupertas animum qetaret: hunc mediocritas nõ quietabit? Ea vo mihi semp affuit: vnde usq̃ ad hoc tẽpus sat liberaliter vixi ita nulli vnq̃ iuiderim: cũ multi mihi semp iuiderint: aliquãtoq̃ magis uereor ne mihi si accesserint opes obsintq̃ꝫ q̃ ꝓsunt spero: ꝛ hoc mecũ ipse recogitans: q̃ epla ad te superiore direrã: ut si deus nomẽ meũ ad memoriã pontificis reuocasset de me disponeret ut videreꝫ imuto: ꝛ qõ ad hoc attinet oro ne reuocet. Atq̃ ita sentio utilius mihi multo esse q̃ pauperior fiam q̃ꝫ q̃ ditior: ꝛ qui mihi aduersantur ꝛ si ledere cogitent ꝓsunt tamẽ atq̃ hostilib⁹ animis reb⁹ ipsis mecum sentiunt. Tu vo quasi spe magna deiect⁹ ꝛ magno ꝓlio victor taces: q̃ me scilicet diuitẽ nõ feci: immo vo assurge animo: ꝛ aude contemnere opes: ut Maro ait: non tm̃ pro te sed pro amicis etiaz: ꝛ siquis forte me ditare uellet obnitere ꝛ ingenti nisu obsta. Ego nũc pontifici nihil' scribo ne illum in memoriam mei sueq̃ promissionis reuocẽ. Inq̃ꝫ si per seipm forte redierit: animũ illi meũ: quem iaz puto nosce incipis clare dic: ut intelligat quãto felicior anacharsis hannone diogenes Alexandro. Neq̃ vo tam hoꝝ exẽplis initi uelim: q̃ꝫ ꝓtinẽtissimi xenocratis: qui de quinquaginta talentis que sibi idẽ miserat Alexander ne donũ regiũ spernere videreꝫ ac nuncios ꝓtristaret: triginta minas tãtũ magni muneris exiguam partẽ cepit: hũc sequar: ex omnib⁹ quidẽque mihi pontifex romanus: aut dare uellet aut posset litteras suas quib⁹ualde meum nomẽ honestauit ꝛ insertã litteris bñdictionẽ aplicam amplector ac teneo. Aliud penitus nihil uolo. ¶ Quid ergo: durus ne adeo es dicat aliqs ut nihil uelis? Ego vo bonum oẽ seu illud publicũ seu priuatũ uolo ꝛ cupio: hoc exẽplo hoꝝ me nihil que bona vulgus appellat inter bona nũare: q̃ꝫ uis ꝛ delectabilia videãtur: ꝛ sint sepe humanis usibus opportuna: sepe vo pestifera ꝛ funesta. Quid cupiã ergo si queritur: bonũ illõ qõ cupio qõ semper est bonũ: neq̃ in malũ flecti vnq̃ põt: uenit in animum mihi nunc ut ipse tecũ vbũ meũ repetam: qõ ad illũ qui me in magnã mutãdi seculi spem erexit felicissime recordatiõis Urbanũ quintũ scripsi olim opto ut bene eãt res humane: ut quas in statu pessimo viuẽs vidi in optimo moriens relinquã. Ille quidem abijt: ꝛ qõ mestus dico nobile inceptũ ini quissima susurronũ persuasione destituit ut daret intelligi nõ magna aggredi sed perseuerare difficile. Abijt inq̃ꝫ ꝛ mox obijt: ꝛ nescio quid de illis suspicer: nec solus ego sed mũdus qui illius ad reditũ pronũ animum metuebãt: quibusq̃ ꝓpositũ est christi ecclesiã quoad possint in exilio detinere. Ille quidẽ diuticule si mansisset in hac vita: diu eniz nullus hic permanet habuisset haud dubie que iã cepta erat epla meã nouã: in qua quid mibi de eius habitu videreꝫ magna parui hominiꝫ liberta te legisset expressum. Et si ꝑmaz in qua illũ acrib⁹ vbis increpueram q̃ cõmissam sibi petri sedẽ in illo fixisset ergastulo libenter legit: remisisq̃ ad me litteris copiose admodũ laudauit: qõ mihi certissimum bene institute mẽtis iudicium fuit: hanc ut puto multo etiaz laudasset uberius: tãto eni acriotibus reprehensionum aculeis accingebar: quãto

Maro

Anacharsis Diogenes Xenocrates

Jnq̄ omni siue elementoꝝ siue hominum motu pia me amplexus memoria te etate filium amore: ac sollicitudine patrē geris: urges litteris que pos sint duris e rupibus saxa conuellere. Addis comites: addis equos: nihil omnium prętermittis: quā uis ꝛ equorum ꝛ comitum satis sit: ꝛ desiderij infinitum. At virium ꝛ vigoris coꝛporei parum est: occupationum vō longe nimium. Hec ad te pꝛopantem animum meum frenant. Adde asperum tēpꝰ: iter intractabile: ꝛ super omnia pudoreꝝ hoc instatu rerū abeundi. Nolim q̄ nunq̄ fui timidus nūc videri. Qō si res iste miteſcerēt: fieri posset: ut circa ueris aduentuꝝ pꝛesens te inuiserem: tuisq̄ nec minus meis oculis aliquando morem gererem: te cumq̄ quiescerem. Neq̄ est opus ut locoꝝ amenitate solliciter. Scio loca eē qualia ꝛ tu scribis ꝛ ipe olim aliqua puer vidi: ꝛ pꝛeterea locus omnis ubi tu sis nunq̄ nisi amenus ac iucundus videri animo meo pōt. ¶ Augellas meas vulgares: que utinaꝝ tuis manibꝰ: tuis oculis: tuoq̄ iudicio digne eēnt per hunc nuncium tuum ad te familiariter uenientes videbis non patiēter modo sed lete: non dubito cupideq̄ atq̄ aliqua uel extrema bibliothece tue per te dignabere. Multa ibi comperies excusationis egentia: sed benigni censoris iudicium subiture ueniam non desperant. Ante omnia opusculi uarietatem uagus furoꝝ amantium de quo statim in pꝛincipio agitur ruditatem stili etas excuset: nā que leges magna ex parte adolescens scripsi. Si excusatio ista non sufficit: excuset tue petitiōis auctoritas cui negare nil ualeo. Jnuitus fateoꝝ hac etate vulgari iuueniles ineptias cerno: quas oibꝰ: mihi quoq̄ si liceat ignotas uelim. Et si enim stilo quolibet ingenium illius etatis emineat: ipa tamē res senilem dedecet grauitatem. Sed qd possum? omnia iam in vulgus effusa sunt: leguntuꝝq̄ libentius q̄ que serio postmoduꝝ ualidioribus animis scripsi. Quomodo igitur negarē tibi sic de me merito tali viro: tāq̄ anxie flagitāti que me iuito vulgus habet ꝛ lacerat? Qualiacūq̄ sint igitur nō habes qō queraris: habes ꝛ enim qō petisti. Tu mō te iussisse pater romane memēto. Jnq̄ meis culpis tu tibi da uenīā: ut ait Ausonius magnus ad theodosium augustum. Ad hec ꝛ plebeios atq̄ incomptos apices scriptorum raritas absoluat: qui hinc famoso quondam studio miruꝝ dictu fere nulli sūt Tarditatem vō scribentis inertia ꝛ belloꝝ fragoꝝ: diu ante missurus hec fuerā nisi mare circūtonās uetuisset. Jncoꝝrectionem operis si qua occurret: mea excuset occupatio qua obsessus feci hec p alios reuideri. Deniq̄ exterioris habitus pauperta-tem mea excuset absentia: profecto enim si fuissem pſens duꝝ in libri formā ligaretur ꝛ sericū tegmen ꝛ fibulas saltem argenteas habuisset. Multa nūc de tua graui egritudine: que me uehementer exterruit ꝛ afflixit: multa quoq̄ de tuoꝝ casibus mihi pꝛo virili parte flebilibus stilo sese offerunt: que iā fessus calamus recusat. Nolo quidem putes illaꝝ me epistole tue partez sine suspirio: ne dicā lachrymis legisse qui mihi in eternū uenerabilis ac pclare pꝛiugis simulq̄ magnanimi frīs tui dulcē acerbāq̄ memoriam renouauit. Jlla enim quem suis nunq̄ sed tuis oculis tātum vidit: non aliter q̄ parentem me dilexit honestiq̄ vicē meruit amoris. Jlle autem familiarissime cognitum ꝛ amauit ꝛ coluit: non vbo tm̄ ut huius temporis mos est: sꝛ reliqꝰ multis ꝛ magnis obsequijs: ꝛ ad summā alter immo idez ipse mihi pandulphus euaserat. Jtaq̄ coram Chꝛisto loquoꝝ vir alij duo mori poterant: qui coꝝ mēcum pari cuspide vulnerarent. Sꝛ quid agimus non est pꝛeter patientiam remedij genꝰ ullum. Jd tibi suadere supfluum non solū: q̄ res hec a maximis viris ꝛ a me pusillo sepe tractata est. Sed q̄ quicquid etiam hac in parte dici solet aut dici pōt: tibi notissimū sit optet pꝛudētissimo atq̄ obseruantissimo casuum humanoꝝ. Jlla omnium pꝛsolatio summa est: q̄ ambo rectum iter ad supos tenuisse credendi sunt. Ea amborum vita fuit. Ea insignis matrone fides: pietas: castitas: ea viri illustris excellētia. Cessat igitur altera dolendi causa. Si quid enim mali accidit nobis accidit. Jdq̄ ipꝛ magnitudine animi superanduꝝ est: ne nimis nos amare nimis molliter ferre nr̄a incōmoda videamur. Uale. patauī p̄die nonas Janua. algentibus digitis: ꝛ feruente bello.

¶ Ad Philippum sabineñ. episcopum sedis ap̄lice legatum. Epl'a. XII.

Udieram non multis ante diebus tue rumorem egritudinis per lr̄as egregij eqtis filijq̄ mei amantissimi ac deuoti tui illius qui de tua salute sollicitus: animiq̄ mei pſcius mihi scripserat te grauiter egrotasse: rem tamen ad salutem iā spectare. Me vō non tam conualescentie q̄ egritudinis rumoꝝ mouit. Omnes enim hoies facile que cupiunt credunt. Unus ego que metuo. Jtaq̄ laborem vie cogitans ꝛ anni tempus: ꝛ etatis aduersum: non eram sine pauore perpetuo donec lr̄as tuas tandem animi dubius ac suspensus accepi: tum salute tua cognita metuq̄ sepositō totus in gaudiuꝝ vsus: ꝛ pia uota ꝛ gr̄arum meritas actiones diem festum egi: non letius audierūt grecie populi se romani ducis edicto: uoce pconia libertati redditos q̄ ego tuarum testimonio lr̄arū: te superni regis imperio liberatum. Quidni autē ex omnibus quos ab adolescentia dilexi tu mihi pene iam solus superas: diuq̄ superes pꝛeco: cūq̄ erit abeundum bene feliciterq̄ adeas me pꝛogressō: dura nempe p̄ditio diu viuentis: suaq̄ oia pignora pmittētis: ꝛ nigra ueste (ut ait satyricꝰ) senescentis. ¶ Tuum sane ad has partes aduentuꝝ lete audio: quem ꝛ tibi glorioſum ꝛ italie utilez ac felicem spero talis te innocentie ac virtutis fama p̄uenit omniumq̄ iā animos occupauit. Gaudeo singulariter pꝛopter me: cui iam hinc vicinitate locorum uera utinaꝝ spes offertur id qō vnice cupio faciem tuam saltem semel anteq̄ moriar reuidendi: cuius aspectu. O sors rerum inuida pene iā q̄tuoꝝ integris lustris pꝛiuoꝝ. Quāuis eniꝝ anno retro tertio gl'ioso pontifice tunc Urbano quinto teq̄ certatim euocantibus. Romam vsus iter arripuissem: quo tunc nouiter illiꝰ viri auspicijs ac ducatu eccl'ia Chꝛisti nimis diu peregrinata: sed non satis diu mansura redierat: medio tm̄ calle moꝛbo graui: dicā uerius: temporali moꝛte pꝛeuentus retrocedere sum coactus: neq̄ illū videre neq̄ te reuidere contigit. Quem casum ex meis ad eum: ꝛ multorum huius ore pꝛocerum lr̄is intelligere potuisti. Nec sim dubiꝰ doluisti. nūc nisi in finē mea mihi sors iuiderit te tenebo: dexteraq̄ illā oscula-boꝝ: vſi mihi tot dulces epl'e: tot pie cōsolationeꝫ

Ausonius magnus

Satyricus

inanis ac tremula ⁊ infirma est: sicut omnium mor talium: sed mea aĩ omnes: dum saniſſimus video or subito nescio quidẽ vnde ul' nature uel fortũe mee insidie erũpunt. Quãobrẽ nõ ante me sospitẽ arbi trabor q̃ oĩb⁹ vite malis excessero: qđ utinaz cito sit: mõ Christo propitio egressurus sim: bijs tĩ in malis hoc saltẽ boni est: q̃ de omnib⁹ deo gratias ago: bñdict⁹ ipse qui hunc mihi aiuz p̃stat: ⁊ licet magis de statu alio gauderẽ iste tĩ fortaſſis est me lior. Nõ semp aut amara obsunt aut ꝓsunt dulcia Qđ quidem scribis in eo te quictu refici solere: at q̃ ideo absentiã egre ferre nõ miror. Est hec ꝓpria ⁊ ꝑpetua vis amoris. At qđ addis ⁊ ꝓfici hoc non mirari fateor nõ possum. Quomodo ꝓficiat imꝑfectus tu videris qui dixisti. Sed est hic quoq̃ nõ inhonestus error amãtiũ: ut sibi quem diligũt q̃lẽ cupiunt talẽ fingant: utcũq̃ se res habeat tua hac opinione gaudeo ⁊ exulto ac repeto qđ oli solitari am vitã scribẽs tũc cauallicẽsi episcopo Philippo me dixisse memini. Siquidẽ in hoc erras gaudeo neq̃ hunc errorem excidere tibi vnq̃ posse uelim gl'iosum mihi: tibi delectabilẽ: damnosum nulli: ⁊ hec hactenꝰ. Qđ ego autẽ vice v̄sa tua gaudeam sospitate ne dici qdez opus est: eoq̃ magis quo ex urbe nobis rure degentibus indies grauiora nũciant. Hratior est enim inter labores reges. Inter picula securitas. Inter aduersa ꝓspitas. Uale arquade. v. Kal'. Septembꝫ.

¶Ad eundem. Epistola.XVI.

Ncolumitas tua gaudiũ meum est: tedia autem ⁊ tuor langores ac funera vulnera animi mei sunt: sed nõ eges monitis: hũana oia humanitus ferre hoiez oportet. Ad hec na ti sum⁹. Que de impfectione mortaliũ scribis pla ne approbo. Nihil est v̄ius. At qđ addis te ex me ⁊ si nõ perfectionẽ illam ultimã que est paucorum seu nullor hoium perfectũ tm̃ non exiguũ sentire: atq̃ ideo mee te auidũ pñtie. Gaudeo hercle: si sic est: si nimis dixi p̃idem: ⁊ repeto gaudeo sic vide ri: plura scriberẽ. Sed ipse mox adero. Uale mei memor. Arquade. iij. Kal'. Nouembꝫ.

¶Ad Gasparũ Ueroñ. de se. Epla.XVII.

Ura tua de me: ⁊ sollicitudo ⁊ metus amo ris comites nõ sunt res noue: nec icognite uerũ olim non mihi soli: sed oĩb⁹ quoq̃ no tissime: quas nũc tĩ tuis efficacissimis litteris re cognoui. Agerem gr̃as: nisi q̃ vnũ sumus: ⁊ nemo sibiipsi gr̃as agit. Ego ad ciuitatẽ redij: iam tertiꝰ dies est: ⁊ familiolã meam rure dimissaz hodie ul' ad tardius cras expecto: libellos quos ibi habui: mecũ abstuli: domũ ⁊ reliq̃ ꝓseruabit Christus qui sollicit⁹ est mei: quicq̃ a pueritia imo ab utero ma tris mee licet indignũ ⁊ imeritũ me custodit: que si tĩ omnino destinata eẽt incendio: fiat uolũtas dei: mihi decetero satis est sepulchr̃ domus ultima. Nã qđ amor dictat ⁊ tu scribis de inscribendo no mẽ meũ ipso dom⁹ in limine piũ magis q̃ accõmo datũ est reb⁹ atq̃ tẽporibus. Studioſoꝝ nomina mars nõ curat. Nõ est amice nomẽ meũ ut tibi sic alijs carũ uerendũq̃. Neq̃ ego me tanti facio: ut ne dicã bello sed ne pace quidẽ nomẽ meum mul tũ mihi ꝓfuturũ sperem. Totũ igitur deo cõmit tit ut ꝓdixi qui rore pacifico odij hostilis ardorẽ uel lenire uel extinguere potẽs est: vnũ ⁊ si ualde ꝑ perem siluisse uoluerim: si qdẽ hac tua tanta tã tre

Mer⁹ ⁊ cura sũt amoris comites

pida sollicitudie effeciſti: qđ impossibile iudicabã ut plus etiam q̃ soleo: Hasparũ meũ amẽ. Uale ⁊ ꝓ me deũ ora. Patauii. xv. Kal'. Decembꝫ.

¶Ad eundẽ de statu belli. Epla. XVIII.

Itterulã tuã nõ absimilẽ soror legi plenã solliciti amoris ac timoris: gratum hẽo ut debeo. Nolim tĩ te in talib⁹ animo labora re: ⁊ generosas occupatiões tuas interrumpe: fa milia illa mea cui magis longe q̃ mihi metuebaz: inter ipsa tonitrua martis euasit: ⁊ hic deo gratia⁹ mecũ est. Nõ eni tibi nũc aliud scripturus: ſ̃z ut lit terule modũ impleã: subit animũ res noua qdez ⁊ ex parte ridicula stulti scilicet cuiusdã minime stul tũ dictũ bijs inꝑere: dũ quodã tẽpore magni mo tus inter florẽtinos ac pisanos exarsissent: qui pec catis utrorũq̃ crebri nimis ac pene ãniuersarij no bis sunt. Jãq̃ exercit⁹ florẽtinus portis egredere tur: stult⁹ qdã qui per urbẽ nudus ibat specie rerũ mor⁹ inq̃uit: ⁊ qd rei esset: rñsumq̃ a ꝓximo quo dã fuit. An ignoras fatue: ꝓtra pisanos bellum eẽ ſuſceptum? Ad hec stultus. An non ingt belli hui⁹ par erit? quõ ait is qui loquebaꝝ pacẽ cogitaſ: o de mẽs nũc maxime bellũ incipit. Quero tĩ ingt stul tus an nõ belli hui⁹ aliq̃ pax futura sit? Atqui ait alter. Nullũ bellũ sempiternũ est erit utiq̃ pax q̃ñ q̃ sed nũc bellũ est. An nõ igitur ait stultus satius eẽt nũc pacẽ facere: anteq̃ incipet bellũ uel ꝓcede ret? Quid vis dicaz? nisi q̃ si dici liceret ille mihi hoc v̄bo stultus sapiẽs fuisse videreꝝ. Qđ nũc uti nã bij nr̃i bellatores acrius libr̃arent: esset forte ul' non ceptũ uel finitũ bellũ anteq̃ damnis min⁹ ⁊ bellicis calamitatibus p̃meremur: post quaſ utiq̃ pax futura est. Bona illa quidẽ licet sera: que tẽpe stiua esset optima: uerũ aures sanis ꝓsilijs clause sunt utq̃ ait ille: ꝓficitur bello imo deficitur: insa nitur: peccata hominum ꝓfecto oium cause sunt malor: hec hactenus de euentu videbimus ⁊ ex pectabimuſ celestis domini uolũtatẽ. Uale. Pata uii decimo Kal'. Decembꝫ.

¶Explicit liber. xiij.

¶Incipit Liber quartusdecimus. Ad magnificum Franciscum de Carraria Patauii ut dominuz qua lis esse debeat qui rẽpublicã regit. Epistola.I.

fideliter executurus puellam iam nubilem excellē tem forma: preclaroq; conspicuam ornatu: germa numq; suuꝫ sil' annum iam septimū agētem ducēs cum eximia nobilium comitiua statuto die iter arripuit. ¶ Hec inter ualterus solito ut uxorem rentaret ingenio doloris ac pudoris ad cumulum in publicum adducte coram multis. Satis iquit tuo coniugio delectabar: mores tuos non originē respiciens. Nunc quoniaꝫ ut video magna omnis fortuna seruitus magna est: non mihi licet: qō cuilibet liceret agricole. Cogunt mei ꝛ papa consentit uxorem me alteram habere: iamq; uxor in via est: statimq; aderit. Esto igitur forti animo: danſq; locum alteri ꝛ dotem tuam referens in antiquaꝫ domum equa mente reuertere: nulla homi perpetua sors est. Contra illa. Ego inquit mi domie semper sciui inter magnitudinem tuam ꝛ humilitatem meam nullam eē ꝓportionem: meq; nunc̄ tuo nō dicam ꝓiugio sed seruitio dignaꝫ duxi. Inq; hac domo in qua tu me dominam feciſti deum testor: aio semp ancilla permansi: de hoc igitur tempore quo tecum multo cum honore longe supra omne meritum meum fui: deo ꝛ tibi gras ago: de reliquo parata sum bono pacatoq; animo paternam domum repetere: atq; ubi puericiam egi senectutem agere ꝛ mori: felix semp: atq; honorabilis vidua que viri talis uxor fuerim. Noue coniugi uolens cedo: que tibi utinam felix aduenīat atq; hinc ubi iucundissime degebam q̄ ita tibi placitum est non inuita discedā. at qō iubes dotem meaꝫ mecum ut auferaꝫ quale sit video: neq; enim excidit ut paterne olim domus in limine spoliata meis tuis induta uestibus ad te ueni: neq; omnino alia mihi dos fuit q̄ fides ꝛ nuditaſ: ecce igitur ut hanc uestē exuo anulumq; restituo: quo me subarrasti. Reliq anuli ꝛ uestes ꝛ ornamenta quib⁹ te donante ad inuidiā aucta eram in thalamo tuo sunt. Nuda e domo patris egressa nuda itidem reuertar: nisi q̄ indignuꝫ reor ut hic uterus in quo filij fuerunt quos tu genuisti populo nudus appareat. Quāobrem si tibi placet ꝛ non aliter oro atq; obsecro ut in p̄ciuꝫ virginitatis quā huc attuli: quāq; non refero: unicaꝫ mihi camisiam linqui iubeas earum quibus tecuꝫ uti soleo: qua uentrem tue quondam uxoris operiam. Abūdabāt viro lachrymę ut ꝓtineri amplⁱ iam non posset: Itaq; faciem auertens ꝛ camisiaꝫ tibi unicā habeto uerbis tremētib⁹, vir exp̄sit. Et sic abijt illachrymans: illa coram cunctis seſe exuens solā sibi retinuit camisiā: qua ꝓtecta nudo capite pedibusq; nudis corā cūctis egredit atq; ita ꝓsequentib⁹ multis ac flentibus fortunāq; culpātibus siccis una oculis ꝛ honesto ueneranda silentio ad paternam domum remeauit. ¶ Senex qui has filie nuptias semper suspectas habuerat: neq; unq; tantam spem mēte conceperat: semperq; hoc euenturum cogitauerat ut satietate sponse taꝫ humilis exorta domo illam quandoq; vir tantus ꝛ more nobilium superbus abijceret: tunicam eius hispidaꝫ: ꝛ attritam senio: abditā parue domus in parte seruauerat. Audito ergo non tam filie tacite redeuntis q̄ comitum strepitu occurrit in limine: ꝛ seminudā antiq; uestē cooptuit. Mānsit illa cū patre paucoſ dies eq̄nimitate atq; humanitate mirabili. Ita ut nullum in ea signū animi tristioris: nullum uestigium fortune ꝓsperioris extaret: quippe cum in medijs opibus inops semper spiritu vixisset atq; humilis. Jam panici⁹ comes ꝓpinquabat ꝛ de nouis nuptijs fama undiq; frequēs erat: p̄missoq; uno ex suis diem quo salutias puēturus esset acceperat. pridie igitur ualterus ad se griseldam euocans deuotissime uenienti: cupio ait ut puella cras huc ad prandium uēnura magnifice excipiaſ: uiriq; ꝛ matrone qui secum sunt simulq; ꝛ nr̄i qui ꝓuinio intererūt: ita ut locoꝝ ꝛ horumq; honor iteger singulis pro dignitate seruet: domi tū feminas ad hoc opus idoneas non habeo: proinde tu q̄uis ueste inopi banc tibi que mores meos nosti optime suscipiendorum locandorumq; hospitum curam sumes. Non libenter modo inquit illa sed cupide ꝛ hec ꝛ quecūq; tibi placita sensero faciam semper. Neq; in hoc unq; fatigabor aut lentescaꝫ dum spiritus huius relige ulle supererunt: ꝛ cum dicto seruilia mor instrumenta corripiens domuꝫ uerrere: mēsas instruere: lectos sternere: hortariq; alias ceperat ancille in moduꝫ fidelissime. ¶ Proxime lucis hora tertia Comes superuenerat. Certatimq; omnes ꝛ puelle ꝛ germani infantis mores ac pulchritudinem mirabantur. Erantq; qui dicerent prudenter ualteruꝫ ac feliciter permutasse: q ꝛ sponsa hec tenerior esset ꝛ nobilior: ꝛ cognatus tam speciosus accederet. Sic feruente cōuiuij apparatu ubiq; p̄sens omniumq; sollicita griseldis nec tanto casu deiecta animo: nec obsolete uestis pudore ꝓfusa: sed sereno vultu itrāti obuia puelle fiero poplite fuilē in modū: vultuq; demisso reuerēter atq; humil'r. Bñ uenerit dña mea inquit: de hic ceteros dū ꝓuiuas leta facie ꝛ vbor mira suauitate suscipet: ꝛ imensam domum multa arte disponeret: ita ut omnes ꝛ p̄sertim aduene vnde ea maiestas moruꝫ atq; ea prudentia sub tali habitu uehementissime mirarentur: atq; ipsa in p̄mis puelle pariter atq; infantis laudib⁹ satiari nullo modo posset: sed vicissim modo virgineam modo infantilem elegantiam predicaret. Ualterus eo ipso in tempore quo assidendum mensis erat in eā uersus: clara uoce coraꝫ oib⁹ q̄si illudēs. Quid tibi videt inqt griseldis de hac mea spōsa: satis pulchra atq; honesta est: plane ait illa nec pulchrior ulla: nec honestior inueniri potest: aut cum nulla vnq̄: aut cum hac tranquillam agere poteris ac felicem vitam: utq; ita sit cupio ꝛ spero: vnum bona fide te preco: ac moneo ne banc illis aculeis agites quibus alteram agitasti. Nam q ꝛ iunior ꝛ delicatiuſ enutrita est pati quantum ego auguro: nō ualeret Talia dicentis alacritatem intuens atq; ꝓstantiaꝫ totiens tamq; acriter offense mulieris examinans ꝛ indignam sortem non sic merite miseratus ac ferre diutius non ualens. Satis inquit mea Griseldis cognita ꝛ spectata mihi fideſ est tua: nec sub celo aliquem esse puto: qui tanta coniugalis amoris experimenta perceperit. Simul hec dicēs charaꝫ coniugem leto stupore perfusam ꝛ uelut e somno turbido experrectam cupidis ulnis amplectitur: ꝛ tu ait sola uxor mea es. Aliam nec habui: nec habebo. Jstā autem quam tu sponsaꝫ meam reris filia tua est: hic qui cognatus meus credebatur: tuus est filius: que diuisim perdita videbātur simul omnia recepisti. Sciant qui contrarium credidere me curiosum atq; experientem esse non impium: probasse coniugem non damnasse: occultasse filios

Tabula.

¶Incipit tabula librorꝫ rerū seniliū.

¶Liber primus.

I ¶Ad Simonidē suū phemiū. Olim socrati meo
II ¶Ad Franciscum sanctorꝫ apostolorꝫ de Florentia fortune blāditias contemptu magnifico repellendas. Jam ante.
III ¶Ad eundem amice consolationis approbatio. Pergratam.
IIII ¶Ad Talarandū albañ.epm cardinalem oblati laboriosi honoris recusatio. Litteras.
V ¶Ad Joannē de certaldo de uaticinio morientiuꝫ. Magnis me monstris.
VI ¶Ad Franciscū bruni:contra imodicā amici laudē uera sue paruitatis expressio. Suauis mihi.
VII ¶Ad eundem:vite finem proximum ⁊incertum:fugam mortis nullam:⁊astrologos multa mentiri. Qō me ad fugam.

¶Liber Secundus.

I ¶Ad Joannē de certaldo obiectorꝫ stilo criminum purgatio. Aut tacere oportuit.
II ¶Ad Franciscū bruni:⁊in egestate ⁊ in diuitijs virtuti ac glorie locum esse. Ad id qō.
III ¶Ad eundem quanti laboris⁊ periculi sit scribere: scribendum tamen ⁊qualiter. Quanta vis eēt.
IIII ¶Ad Leliū suum quid sit peius an sua scriptoribus eripere:an aliena ingerere. Qō adulantium.
V ¶Ad eūdē de silētio utili⁊ dānoso. Bonū censeo
VI ¶Ad Robertū comitē de battifolle. Et tui nois.
VII ¶Ad eundem. Spem de te.
VIII ¶Ad porē magnum camalduli. Pro benigna.

¶Liber Tertius.

I ¶Ad Joannē boccatiū de hac peste ultime etatis ⁊ astrologorum nugis. Presentiam tuam.
II ¶Ad eundē de illius statu anxie. Casus nostros.
III ¶Ad Nicolaum magnuꝫ regni Scicilie senescallū querimonia. Dudum magne vir.
IIII ¶Ad ignotū quendam de ingenio ac moribus barbati sulmonēsi. Barbati mei nomen.
V ¶Ad Joannem boccatium de tedio scabiei ⁊medicorum remedijs. Satis superqꝫ tacuimus.
VI ¶Ad eūdē de mortalis istabilitate ꝓpositi Dū nil
VII ¶Ad Nerium morādū foroliuiensem de fama mortis sue sepi²oficta⁊ figmēti causis. Stupor tu².
VIII ¶Ad Guillelmum rauēnatē phisicuꝫ deborta tio a studio eloquentie. Multis⁊ ualidis.
IX ¶Ad fratrem Bonauenturam baffro uenetum grauis patrie rumores. Una hora.

¶Liber Quartus.

I ¶Ad Luchinum de uerme ueronensem uenetoruꝫ belli ducem aduersus rebellātem cretam que sint summo duci necessaria. Non uereor.
II ¶Ad eundem gratulatio uelocis incruenteqꝫ victorie. Bene habet.
III ¶Ad Petrum Bononiensem rhetorem de victoria uenetorum. Et si presens.
IIII ¶Ad eūdē de famulorꝫ puicacia. Uenit ad me.
V ¶Ad Fredericum aretinum de quibusdam fictionibus Virgilij. Juuenilia inter.

¶Liber Quintus.

I ¶Ad Joannem boccatium:descriptio urbis ticinensis. Feciſti optime.
II ¶Ad eundem de appetitu anxio primi loci. Habeo tibi aliquid dicere.
III ¶Ad eundem de audacia⁊ pompoſo medicoruꝫ habitu. Meum tibi.
¶Ad Donatum apennigenam grammaticum ꝰtuꝫ medicis sit fidēdum. Forte sic accidit. IIII
¶Ad eundem de inconstantia iuuenili⁊ ut utileꝫ sapienti sic damnosam stulto laudem. Inter vite. V
¶Ad eundem de eadem re. Ille quidem. VI

¶Liber Sextus.

¶Ad Joannem boccatium miserabilis amici terribilis casus. Tris ingentes. I
¶Ad eundem de seipso. Animaduerti. II
¶Ad Franciscum bruni pape secretariū de hocipso. Noueram te. III
¶Ad Pilleum epum paduanum deborta tio ad animi constantiam. Etate. IIII
¶Ad Philippū ꝑiarchā hierosolymitanū,pmissi libri trāsmissio⁊ dilationis excusatio. Misi tādē V
¶Ad amicū grauiſ icrepatio degñiſ studij ꝓfect⁹ VI
¶Contra auaritie magros⁊ de senum diuitumqꝫ⁊ regum auaritia. Scio tibi magistrum. VII
¶De auaritia iterum ingenijs adiuta multorum. Et miramur. VIII
¶Ad Philippum patriarcham hierosolymitanum laudē etiā in re qualibet suspectā. Sicut igētia. IX

¶Liber Septimus.

¶Ad Urbanū qntū de dilato nimis nec iā ampliuſ differēdo eccl'ie reditu in suā sedem. Aliqꝫdiu. I

¶Liber Octauus.

¶Ad Joannem boccatiuꝫ:de etatis parte dubia ut aiunt. Mos est. II
¶Ad amicos de senectute propria⁊ eius bonis. Senui fateor. III
¶Ad Thomam de garbo florentinū phisicū de opinione⁊ fortuna de qb⁹ ille qsierat. Peregrinā. IIII
¶Ad Luchinum de vme egtem ueronensem cōtra turchos ꝓfectū exhortatio ad reditū Tenes ut V
¶Ad Jacobum de uerme de luchini patris sui obitu. O insidiosa. VI
¶Ad Donatū apennigenā grāmaticū de penitētia:⁊ad hāc efficacib⁹ scōrū libris. Due qdē nuper VII
¶Ad Fredericum aretinum de notorum modestia. Magnam parua. VIII
¶Ad Joannem Boccatium de anno etatis.63. frustra infami. Annus est. IX

¶Liber Nonus.

¶Ad Urbanū papam quintuꝫ:gratulatio ꝓ reducta in suas sedes eccl'ia:⁊ exhortatio ad perseuerantiam. In exitu israel. j
¶Ad Frāciscū bruni pape secretariū de materia superioris epl'e⁊ de crebra loci mutatiōe. Nescio. ij

¶Liber Decimus.

¶Ad Sagramoꝫ de pomerijs ex equite armate militie monachum cistercien.exhortatio ad perseuerantiam. Semper⁊ viuis. j
¶Ad Guidonem septem archiepm Jañ. de mutatione temporum. Scio iam binc. ij
¶Ad Paulum de Bernardo uenetum transfretātē uotis reditus prosequitur. Lusi tecum. iij
¶Ad Donatum apennigenam grammaticum cōsolatoria super illius filij suiqꝫ simul nepotis immaturo obitu. Tres ex ordine. iiij
¶Ad eundem de eadem re⁊ de amicitie sue facilitate. Dulciter. v

¶Liber Undecimus.

¶Ad Urbani pape qnti familiares litteras responsio. Tua me. j
¶Ad Franciscum bruni pape secretarium:de mate- ij

¶Incipit liber decimusoctauus. Ad posteritatem: originem: conuersationem morumq; ⁊ studiorum suorum successus explanantis: Epistola.

Franciscus Petrarcha: Posteritati: Salutē. Fuerit tibi forsā de me aliquid auditus: q̄q̄ ⁊ hoc dubium sit an exiguum ⁊ obscurum longe nomen seu locorū seu temporum peruenturum sit. Et illud forsitā optabis: nosse quid hois fuerim: aut quis operum exitus meorū: eorū maxime quorus ad te fama peruenerit: uel quorū tenue nomē audieris? Et de primo qdē uarie erūt hoiu uoces. Ita enim ferme q̄sq; loquit: ut ip ellit nō vitas sed uoluptas: nec laudis nec infamie modus est. Uestro de grege vnus: fui autē mortalis homuncio: nec magne admodum nec vilis originis: familia (ut de se ait Augustꝰ Cesar) antiqua. Natura quidem nō iniquo neq; inuerecundo animo: nisi ea cōsuetudo contagiosa nocuisset: Adolescentia me fefellit: iuuenta corripuit: senecta autē correxit: experimentoq; perdocuit uerus illud qō diu ante perlegeram: Quoniaꝫ adolescentia ⁊ uoluptas uana sunt: Immo etatus temporumq; omnium conditor: qui miseros mortales de nihilo tumidos: aberrare finit interdum: ut peccatorū suorum uel sero memores sese cognoscant. Corpus iuueni nō magnarus virium: sed multe dexteritatis obtigerat. Forma non glorior excellenti: sed que placere viridioribus annis posset. Colore viuido inter candidum ⁊ subnigrum: uiuacibus oculis: ⁊ visu per longum tempus acerrimo: qui preter spes supra sexagesimum etatis annum me destituit: ut indignanti mihi ad ocularium confugiendum eēt auxilium. Tota etate sanissimum corpus senectus inuasit: ⁊ solita morborum acie circūuenit. Honestis parentibus Florentinis origine: fortuna mediocri: ⁊ (ut uerum fatear) ad inopiam uergente: sed patria pulsis: Aretij in exilio natus sum: anno huius etatis ultime: que a Christo icipit. 1304. die lune ad auroram kalendas Augusti. Diuitiarum contemptor eximius: non q̄ diuitias non optarē sed labores curasq; oderaꝫ: opum comites inseparabiles. Non ut ista cura esset lautarum facultas epularum. Ego autem tenui victu ⁊ cibis vulgaribus vitam egi letius: q̄q̄ cum exquisitissimis dapibus omnes Apitij successores. Conuiuia que dīr (cuꝫ sint comessationes: modestie ⁊ bonis moribꝰ inimice) semper mihi displicuerunt: laboriosum ⁊ inutile ratus sum ad hunc finem uocare alios: nec minus ab alijs uocari. Conuiuere autem cuꝫ amicis adeo iucundum: ut eorum superuentu nil gratus habuerim: nec vnq; uolens sine socio cibū sum pserim. Nihil mihi magis q̄ pōpa displicuit. Nō solum q̄ mala ⁊ humilitati ptraria: sed q̄ difficilis ⁊ quieti aduersa est. Amore acerrimo sed vnico ⁊ honesto in adolescentia laboraui: ⁊ diutius laborassem: nisi iam tepescentem ignem: moꝛs acerba: sed utilis extinxisset. Libidinum me prorsus exptem dicere posse: optarem quidez: sed si dicam mētiar: hoc secure dixeris: me q̄q̄ feruore etatis ⁊ cōplexionis ad id raptum: vilitatem illam tamē semper animo execratum. Mox vō ad quadragesimū annum appropinquans: duꝫ adhuc ⁊ caloris satis esset ⁊ virium: non solum factum illud obscenum: sed eius memoriam omnem sic abieci quasi nunq; feminam asperissem. Qō inter primas felicitates meas memoro deo gratias agens: qui me adhuc integrum ⁊ vigentem tam vili ⁊ mihi semper odioso seruitio liberauit. Sed ad alia procedo. Sensi superbiam in alijs non in me: ⁊ cum paruus fueriꝫ semper minor iudicio meo fui. Ira mea mihi perse pe nocuit alijs nunq;. Amicitiarum appetētissimꝰ honestarum ⁊ fidelissimꝰ cultor fui. Intrepide gl̄ior: q: scio me uerum loqui: indignantissimi animi: sed offensarum obliuiosissimi beneficiorum pmemoris. Principuꝫ ac regum familiaritatibus ⁊ nobiliuꝫ amicitijs usq; ad inuidiam fortunatus fui. Sed hoc est supplicium senescentium: ut suoruꝫ sepissime mortes fleant. Maximi regum ⁊ mee etatis amarunt ⁊ uoluerunt me: Cur autem nescio: ipi viderint. Et ita cum quibusdam fui: ut ipsi quodāmodo mecum essent: ⁊ eminentie eorum nullum tedium commoda multa perceperim. Mltos tamē eorum quos ualde amabam effugi: tantus fuit mihi insitus amor libertatis: ut cuius uel nomē ipm libertati: uel illi esse cōtrarium videretur: omni studio declinarem. Ingenio fui equo potius q̄ acuto ad omne bonum ⁊ salubre studium apto: ſꝫ ad moralem precipue philosophiam ⁊ ad poeticam prono. Quam ipsam pcessu temporis neglexi: sacris l̄ris delectatus: in quibus sensi dulcedinem abditam: quam aliq̄n contempseram: poeticis l̄ris non nisi ad ornatuꝫ reseruatis. Incubui vnice iter multa ad notitiam uetustatis: qm̄ mihi semp etas ista displicuit: ut nisi me amor charor in diuersum traheret: qualibet etate natus esse semper optauerim ⁊ hanc obliuisci nisus animo me alijs semper inferere. Historicis itaq; delectatus sum: non minꝰ tamē offensus eorum discordia: secutꝰ in dubio quo me uel ueri similitudo rerum uel scribētium traxit auctoritas: Eloquio ut quidam dixerunt claro ac potenti: ut mihi visum est fragili ⁊ obscuro. Neq; vō in communi sermone cum amicis aut cum familiaribus eloquentie vnq; cura me attigit: miror q; eam curam Augustuꝫ Cesarem accepisse. Ubi autem res ipsa uel locus uel auditor aliter poscere visus est: paulo annisus sum: idq; q̄q̄ efficaciter nescio: eorum sit iudicium coram quibus diri: Ego modo bene viri ssem: qual'r dixissem: paruifacere uentosa gloria est de solo uerborum splendore famam querere. Tempus meum sic uel fortuna uel uoluntas mea nunc usq; partita est. Primum illū vite annum neq; integrum Aretij egi ubi in lucem natura me protulerat: ser sequentes Anciſe paterno in rure supra Florentiam quatuordecim passuum milibꝰ: reuocata ab exilio genitrice octauū Pisis: nonum ac deinceps in gallia transalpina ad leuam rhodani ripam: Auinio urbi nomen: ubi Romanꝰ pontifex turpi in exilio Christi tenet eccl'iam ⁊ tenuit diu: licet ante paucos annos Urbanꝰ qntus eam reduxisse videretur in suam sedem. Sed res ut patet in nihiluꝫ redijt: ipso (qō grauiꝰ fero) tunc etiam superstite ⁊ quasi boni operis penitente. Qui si modicum plus vixisset: haud dubie sensisset quid mihi de eius habitu videret. Jam calamus erat in manibus: sed ipse confestim glorioſuꝫ principium ipsum cum vita destituit infelix: Qui feliciter ante Petri aram mori: ⁊ in domo ppria potuisset; Siue enim successores eius in sua sede mā

¶ Epistola missa per dominum Franciscum Petrarchā dño Andree Dandulo illustri Venet. duci: vigēte bello inter Venetos ⁊ Hennenses. Epla.I.

Talig ad te scribā inclite dux: hinc mea fides: hic humanitas tua suggerit. illinc rerū pñtiū ac tēpoꝝ stat⁹ cogit. Nec qdē pstat ut loq ueliz. nec ut audeā. ille aūt ut tacē neqeā. Quis eni ab amāte sollicito silētiū regrat? Libtas amoris vecūdie frenuz nescit. Os lz obstruxerit rōnis manus: ⁊ magnitudini rerū se iparez recognoscēs aius quiescēdum tacendum ue denunciet. erūpet tamen anxium pectus in uoces: non pegrinas sententias aut vba uenabit. qcqd ad manū uenerit: qc quid dolor metusqz suaserint: loquet. festina trepida: tumultuaria: ⁊ quod natura rerum fert simillima mentis fluctibus exibit oratio. Id si nunqz alias: nūc mihi psertim euenire noueris. Moueor equidem vir illustris ⁊ ualde permoueor: ⁊ si prium affectus mei nomen exigis: permetuo frementes in circuitu procellas. ⁊ quos vndiqz cernimus rerum motus. Sed ut totius humani gñis lamenta pteream: italicus homo ad italicaz querelā uenio. Surgitis nunc ad arma duo potētissimi populi: due florentissime urbes: duo ut dicam breuiter italie lumina. que ut mihi qdē videt peropportune adeo hinc illinc: circū ausonij orbis claustra distribuit natura parēs. ut uobis ad arthon ⁊ ad ortum solis: illis ad meridiē ⁊ ad occasum uersis uobis superum: illis inferum mare frenātib⁹: post debilitatum inclinatumqz iam ne dicā prostratuz prorsus ⁊ extinctū romanū imperiū: adhuc reginam italiā q̄dripartitus orbis agnosceret. De qua re ⁊ si quarūdam forte gentium supbia in terris litē factura videat in alto: certe nullius vnqz impudentia controuersiam mouebit. Ceterum si in uosmetipsos: quod nedum spectare: sed ominari horreo: victritia nūc arma cōuertitis: haud dubie uestris proprijs manib⁹ saucij perimus: uestris proprijs manibus spoliati: ⁊ nomen ⁊ multis quesitū laboribus imperium maris amittim⁹. Ita tamen ut quod sepe alīs malorum solamen habuim⁹: non pdamus. Calamitatibus eniz nostris gaudere poterunt hostes: sed minime gloriari. Inter cūcta nimirū quibus angor aut terreor: nil magis q̄z intra etabiles animos ⁊ consilia iuuenū paueſco. Ignara etas est: ac fortune uolubilis inexperta: ⁊ cuius impetu magna olim imperia corruerunt. Omnia sibi que cupiunt pollicentur: eoqz sepissime fallūtur. Ut enim uerum est quod ait apud Liuiuz ille clarissimus bello vir. Non temere incerta casuum reputat: quem nunqz fortuna decepit. Sic ⁊ quod sequitur uerum est. Nusqz minus euentus respondere q̄z in bello. Falli proculdubio necesse est eos quibus vnus dumtaxat: isqz serenus ac trāquillus fortune vultus apparuit. Bifrons est eniz. aliquā toqz sepius violenta q̄z mitis. Ideoqz letus audiui: te res ambiguas ad senile ꝓsiliuz reiecisse. Hoc prudētiā moresqz tuos decuit: quoꝝ grauitas atqz maturitas: te in illa acie pmū fecit. cū adhuc in altera sis etate. Adolescētie ferocia: senio prudētiaz ascribūt. Ut nō imerito illi q̄ndā romane reipublice magistri: quoꝝ virtuti nihil inaccessum fuit: siue ob honorem: siue ob silitudinē pine sollicitudinis pies dicti: ob etatez certe senatoꝝ nomē acceperunt.

Qua cura iuuenib⁹ pmum mox etate nra pueris quoqz pmissa: ex q̄z alto ceciderim⁹ utinā nō tā publice notū foret. Sed de hoc alibi. Neqz eniz leue est dolori ac pudori simul obsequētē: ⁊ deflere pterita: ⁊ uenietia ꝓuidere: dare dāno lachrymas ⁊ piculo cautionē. Ad id ergo qō uēturi metu crucior reuertor. Sollicitū me fateor atqz attonitū me habet: pie tue status. De te qd dicam? Cuius eni glie gratulor: si cōpatior labori parū ipse mihi cōsentiam. Ingenio tuo nō cōpati non possum. Sentio nāqz qd iterfit iter armoꝝ strepitū ⁊ pieriā getē: q̄z tenuiter inter martis tubas plectrū sonet apollinis. Quia vo nihil patrie negare potes: que de te sic in pace merita est: ut eā nec belli tedio nec mortis terrore desereres. sed relicto tantisper elicone ac feriantibus libellis: secutus es publici fati viam ⁊ grati ciuis: ⁊ boni viri ⁊ egregij ducis officio funct⁹ es. Ita tñ ut armatus pacē cogites: pacē ames: atqz ita persuasum habeas: nullos te triūphos clariores: nulla opimiora patrie spolia referre posse q̄z pacē. Libēter ubi de pace agit (Manni balis vbo utor.) quo. s. ex ore bellicosissimi viri: vitas ipsa videat loquētis aduersuz studijs testimoniū extorsisse. Is ergo apō eūdem Liuiuz qd ait? Melior tutiorqz ingt certa pax q̄z spata victoria. Hoc ille vincendi desiderio ardens: ⁊ qui pacē toto orbe turbauerat. Quid igit amicus pacis? Nō ne pot⁹ dicat. melior sanctiorqz est certa pax q̄z certa victoria? ꝓpterea q illa quietis claritatis ⁊ grē hec laboris ⁊ criminū ⁊ insolētie plena est. Quid aūt pace iucūdius? qd felicius? qd dulciuz? Quid vo sine pace vita hominū nisi piculū pauoꝝ perpetuus ac tristis curaꝝ imortaliuz officina? Que nā ista uoluptas oro est. sub diuo pnoctare classico somnū frāgere. corp⁹ lorica. atqz ut ait Maro. Canitiē galea premere: ferreis semp vinclis artatum mori subito. ⁊ que ultia viroꝝ fortiū cura est ihumanū abici? Iuuat mordaci sollicitudie: iuuat metu ⁊ odio miserū cor atterere: ⁊ his studijs incertū huius breuissime vite tps ipendere? Siccine tuz est cum pelago simul ⁊ cum hoste certare. hoc est gemina pariter cum morte luctari. Nemo eniz queso uos fallat. cū asperrima atqz inuictissima. ⁊ qō tristius dico cū italica gente bellū geritis. Utinā inimice urbes nobis eēnt damascus aut susis: utinā mēphis pot⁹ aut Smirna q̄z Janua. utinā aduersus psas aut arabes: utinā aduersus tracas aut illiricos pugnaretis. Nūc vo qd agitis? Siq̄ latini nois reuerētia est: q̄s delere molimini fres sunt. Et heu nō tantū apud thebas fraterne acies sed per italiā instruunt amicis flebile: letum hostibus spectaculū. Quis autem belli finis? ubi seu victores fueritis seu victi? Anceps est enim alea fortune. Necesse est ut alterum e duobus italie lumi nibus extinguatur. obscuret alterū. De tāto enim hoste incruētam sperare victoriā: vide ne nō tā generose fiducie q̄z incurioſe dementie signū sit. Sane uos videritis viri magnanimi: ⁊ prepotētes populi. Quod enim vni dico: dictū ambob⁹ itelligo. nisi qz ut ad te potissimū hec scripta pueniāt: ⁊ deuota familiaritas que mihi cum virtutib⁹ tuis est: ⁊ ipsa locoꝝ vicinitas causaz prebuere. Uos inq̄z videritis quorsum pergatis animo. quis sit iraruz modus. quis terminus odioꝝ. qd de salute ꝓpria. quid denicz: cuius nō parua portio pendet ex uo-

magno pro mũere posceret. Quod negare nec potui: certe nec uolui. Super eo tandem pro quo ueneram certum mihi deputauit diem: et a meridie ad uesperam me tenuit. Et quoniam crescente materia: breue tempus apparuit: duobus proximis diebus idem fecit. Sic triduo excussa ignorantia mea: die tertio me dignum laurea iudicauit. Eam mihi Neapoli offerebat: et ut assentirer precibus etiam multis urgebat. Uicit amor Rome uenerãdam tanti regis instantiam: Itaq; inflexibile ppositum meum cernens: litteras mihi et nuncios ad senatum romanum dedit: quibus de me iudicium suum magno fauore professus est. Qõ quidẽ tunc iudicium regium: et multorum et meo in primis iudicio consonum fuit. Hodie et ipsius et meum et omnium idem sentientium iudicium non probo. Plus in eum ualuit amor et etatis fauor: q̃ ueri studium. Ueni tamen et quamlibet indignus: tãto tamẽ fretus fisusq; iudicio: summo cum gaudio romanor qui illi solẽnitati interesse potuerunt: lauream poeticam adhuc scholasticus rudis adeptus sum. De quibus etiam et carmine et soluta oratione epistole mee sunt. Nec mihi laurea: scientie nihil: plurimũ vo quesiuit inuidie. Sed hec quoq; historia longior est q̃ poscat hic loc⁹. Inde ergo digressus Parmam ueni: et cum illis de Lorigia viris in me liberalissimis atq; optimis: sed inter se male pcordib⁹ qui tunc urbẽ illam tali regimine gubernabant: q̃le nec ante in memoria hominũ habuerat ciuitas illa: nec etate hac ut auguror habitura est: aliquantulum tempus peregi. Et suscepti memor honoris sollicitusq; ne indigno collatus videretur: cuz die quodam in montana pscendens forte trans Entiã amnem reginis in finibus: siluam que plana dicit adijssem: subito loci specie pcussus: ad itermissam Africam stilũ uerti: et feruore animi qui sopitus videbat excitato: scripsi aliq̃tulũ die illo. Post continuis diebus quotidie aliqd: donec Parmam rediens et repostam ac tranqllam nactus domũ: que postea empta nunc etiam mea est: tãto ardore op⁹ illud: non magno in tempore ad exitum deduxi: ut ipse quoq; nunc stupeam. Inde reuersus ad fontez Sorgie et ad solitudinem transalpinam redij: cum iam quartum et tricesimum etatis annum post terga relinquerem: diuq; t Parme et Uerone vsatus et ubiq;: deo gratias: char⁹ habitus: multo ampli⁹ q̃ ualerem. Longuz post tempus viri optimi et cuius nescio an e numero dominorum quisq̃ similis sua etate vir fuerit: immo vo scio q nullus Jacobi de Carraria iunioris fame pconio beniuolẽtiam adeptus: nuncijs quoq; et lris usq; trans alpes qñ ibi eram et per Italiam ubicũq; fui multos per annos tantis precibus fatigatus sum: et in suam sollicitatus amicitiaz: ut q̃uis de felicibus nil sperarẽ: decreueram tandem ipsum adire et videre quid sibi hec magni et ignoti viri tanta uellet instãtia. Jtaq; sero quidem Patauum ueni ubi ab illo clarissime memorie viro non humane tantuz: sed sicut in celum felices anime recipiuntur acceptus sum: tãto cum gaudio tãq; inestimabili charitate ac pietate: ut q̃ equare eam uerbis posse non spero: silẽtio opprimenda sit. Inter multa sciens me clericalem vitam a pueritia tenuisse: ut me non sibi solum: sed etiam pie artius astringeret: me canonicum Padue fieri fecit. Et ad summam si vita sibi lõgior fuisset: mihi erroris et itinerum omniũ finis erat: Sz heu nihil inter mortales diuturnum: et si qd dulce se obtulerit: amaro mox fine concluditur. Biennio non integro eum mihi et patrie et mundo cum dimi sisset deus: abstulit: quo nec ego: nec patria: nec mũdus (non me fallit amor) digni eramus. Et licet filius sibi successerit prudentissimus et clarissim⁹ vir et qui per paterna uestigia me charuz semper atq; honoratum habuit: Ego tñ illo amisso cuz quo magis mihi presertim de etate ꝓuenerat: redij rursus in gallias stare nescius: Nõ tam desiderio visa miles reuidendi: q̃ studio more egrorum loci mutatione tedijs consulendi.

¶ Finis Epistolarum rerum Senilium.

ge impari: dum euertendi infestissimam athenarum urbem: lacedemonijs oblata esset occasio: nec de potentia iam sed de uoluntate sola supereet questio:e duobus grecie luminibus erupturos se alterū negauerunt. Preclarissimus sane responsum: ⁊ prisca illa spartanorum dignissimus disciplina. Quod si ex ore illorum sonuit:quos victoriarum principandiq; libidinis notat Plato.quid uobis mitissimis ac modestissimis viris visū iri arbitror? Certe ego qui in tantis motib⁹ nō moueri nequeo: ut diuersis affectibus amore.metu.spe:unum pectus urgentibus: secumq; certantibus pace animi careo:iusta me reprehensione curaturum credidi:si cum bij siluas in classem traherent: bij gladios acuerent ac sagittas:illi muros ac naualia connumerent: quod unum mihi telorum genus erat: ad calamum confugissem:non belli auctor sed sua sor pacis. Finem facere iādudum.cogito.nō ignarus quanto uerborum freno ubi deceat cum superioribus colloquentem.sed nullus est amore superior. Ille te coget ad ueniam qui ad multiloquium me cogit. Hoc unum in finem corā duorum populoruq; ducibus affusus ⁊ lachrymosus obsecro. Infesta manibus arma proijcite date dextras.miscete oscula.animos animis: signis signa coniungite. Sic nauigantibus oceanus ⁊ euxinij maris ostia patebunt.nulluſq; regum aut populoruq; nisi uenerabundus occurret. Sic uos indus:sic britānus ethiopsq; permetuet. Sic thoprobanē:sic fortunatas insulas:fumosamq; sed incognitaq; tylem: ⁊ omnem australem atq; hyperboream plagam:securus uester nauta transiliet. Modo inuicem tuti sitis.nil aliunde trepidanduq; est. Uale ducuq; ac uirorum optime. Patauj. xv. kal'. aprilis. 1351.

Franciscus petracus uester: ⁊ uestre reipublice deuotus.

¶ Responsio domini ducis predicti ad ultrascriptā epistolam. II.

Romissam diuq; optatam epistolā de manu latoris libenter accepimus:quam degustare tm̄ sed ⁊ postea legere proponebam⁹ ex commodo:ni stili sublimitas procedere lōgius suasisset. Qui q̄ diserus fuerit:ex hoc q̄ tāta dulcedine nos traxit: ⁊ tenuit.ut illam sine dilatione non tantum delectati sed gauisi legerimus:indicatur. Mirabamur in ea vires animi precellentis:alti profunditatem ingenij: ⁊ redolentis facundie lenimentum. ⁊ dum hec concurrere cernim⁹:vix credere possumus:ut compositio tam virilis ⁊ sancta: nisi e pectore sacro defluerit. Decuit namq; virum sincerum:qui reliquit forum ⁊ curiaq;:ut in ampliora presenti uentureq; profecturus etati secederet: pacis exordiri dictamina: ⁊ eloquentiam a celesti numine prestitam. Magna est enim admiratio copiose sapienterq; dicentis. ⁊ difficile dictu:quāto pere cōciliet animos comitas affabilitasq; sermonis:in salutē proximi exēplo Ciceronis uertere. Nouimus equidem nec possumus diffiteri uir optime:q̄ si suauis ⁊ dulcis trāquillitatis amenitas. ⁊ quo ad nos attinet humane ifirmitatis memini mus. ⁊ vim fortune:ac omnia quecūq; peragim⁹: subiecta mille casib⁹ esse scim⁹. Sed si philosophica ⁊ quod preponi debuit diuina dirimantur consilia:prosecutio iusti belli quod gerim⁹ laudari q̄ reprehendi potius: ⁊ si ulla vis rationis existit:seu quod mage credēduq; est:deo nostro queuis curamortaliuq;:exitus sperari felices merito debuerūt. Quid eni infelicius est felicitate peccātiū? Quid amentius q̄ pati diu patientiaq; virtutem insignē: nō modo virtuosos sed vitiosos: ⁊ aduersus penitus effectus producere? Sane maleficos viuere: seu impunitam laxare perfidiam:diuinis ⁊ humanis institutis prohiberi didicimus. Secus imperante malitia:nedū premijs iustus carebit:sed subiectis pedibus calcaretur iniustis. Cause nostre iustitiam: ⁊ quantis obprobrijs ac demum acerbis lacescitos iniurijs:improba Jani nequitia inuitos nos ⁊ renitentes ad querelam excusserit superuacuum explicare credidimus. Cum satis vulgatum ⁊ notum minime dubitamus. Testis est deus:qui ⁊ secundos dedit ⁊ dabit euentus:q̄ eos fraterna ⁊ sincera dulcedine non tamen mutua relatione cō fouim⁹. Ut enim pretereuntes antiqua:noua sectemur.libertatem precioſissimum boni genus nobis molliuntur eripere. ⁊ duq; licita prohibent cogunt ad arma.ut merito cesarianum illud occurrat. Arma tenēti omnia dat qui iusta negat. Fratres ergo an domesticos hostes istos uocemus:quoruq; nulla pestis magis efficax ad nocendum? Fuit virtus hec in romana republica.nec redarguendi sunt taq; uenerabilis imitatores exempli.ut viri fortes vicinum pernitiosumq; hostem:acrioribus supplicijs q̄ remotum ⁊ acerbissimum cohercerent. Quam diu patientia nostra abusi sunt? q̄ diu nos furor eorum elusit? Nullum ad finē sese effrenata iactauit audacia. O utinaq; famam italicā quā peuntē sepius deploraſſe videmini:nostris tm̄ tēporib⁹ inquinassent. Sed uetus est querela. q̄ obtenebratum sit eoꝝ astutijs regine quaq; dicitis diadema. Mare sibi reddiderunt infestum. terrarum orbem ero sum. ⁊ inimicas singulas nationes. De quorū moribus breuem summaq; accipio. qō conuenire neq; cum alijs qui minime cū seipso. Negetur forte uera sint que supra describimus:conuincemus si negari contigerint. Quo cognito. neminē extimam⁹ tam improbum:tam perditū:tamq; mentis expertem:qui non iure per nos factum esse fateat. Plura dicenda forent.sed omittim⁹ ut finē claudamus epistole. Bellum ita suscepimus: ut nihil aliud q̄ pacem honorabilem patrie:que vita nostra nobis est carior: querere videamur. ⁊ quemadmodum superbe ac violēter nos agere si spernemur:placatū cedentēq; hostē. sic nunc cū prope ꝓfractuq; resistentem:ac tergiuersantem traxerimus:nulla uerecundia sumus obstricti:si bella hos contra permittimus:qui pacem pati minime potuerunt. Uale viroruq; peroptime. tibiq; persuade nobis esse charissimū:sed multo fore chariorē:si nos sepius recreare curaueris similibus monimentis. Uenet. 22. Maij. 1351.

¶ Alia epistola dicti domini Francisci ad dominuq; ducem supradictuq;:super eadē materia. III.

Jl audies noui.nil insolituq; legeſ:sed ea tā n tūmodo recognoſces:quib⁹ iaq; sepe aures tuas oculoſq; lassaui. Meministi enim credo clarissime ducum:ante hoc ferme triennium cū iam duos prestantissimos populos arma terrifica mars funestus induceret:prius tamen q̄ mare ceruleum sanguine rubuisset:non mihi sed italie metuens:in qua fateor mea quoq; temporalis salus

ria ſuperioris epl'e. Forſan amice.
iij ¶Ad eundem de eadem re. Quid vis.
iiij ¶Ad Colutium de ſtignano pape ſecretarium alterum. Aliquot ante.
v ¶Ad Guillelmū maramaurum neapolitanū equitē male fundatas amicitias non durare. Orphe⁹.
vj ¶Ad Franciſcum de urſinis noue contractus amicitie. Jucunduz in.
vij ¶Ad Antoniū dōati apēnigene filiū. Fili lr̄ulam
viij ¶Ad Franciſcum bruni commendatio iuuenis ſtudioſi. Dic cuius e.
ix ¶Ad Hugonem de ſancto Seuerino commēdatio eiuſdem. Juuenis iſte.
x ¶Ad Lozbardū a ſerico breuis ꝓſolatio. Dulci.
xj ¶Ad eundem vite huius compendioſa deſcriptio. Quid mihi.
xij ¶Ad Urbanū gn̄tū romanū pōtificē pro inocentia gn̄alis miſtri ordis fratrū minoz. Multa iam.
xiij ¶Ad Hugonem eſtenſem marchionem. abſtinēduz ludis inanibus ꝛc̄. Petrus.
xiiij ¶Ad magr̄m Bonauēturā ordis hēmitaz pfeſſorē ſacre pagie ꝓſolatoria ſup morte fr̄is. Qualez.
xv ¶Ad Philippū ſancti Marcellini ꝛ Petri pſbyterū cardinalē de ſtatu ſuo. Littere tue me.
¶Ad Urbani quinti lr̄as eum ad ſe Romaz iſtāti⁹ euocātis rn̄ſio ꝛ dilatiōis excuſatio. Jnt̄ cūcta.
¶Ad eūdē excuſatio ipoſitatis pp mortiferū ꝛ horrēdū caſum ſibi in itinē occurrētē. Mltos eoz

¶Liber Duodecimus.

j ¶Ad Joannem patauinū phiſicum inſignem de q̄busdam ꝓſilijs medicine. Obtuliſti mihi.
ij ¶Ad eundem de eadem re. Uideo amice.

¶Liber Tertiuſdecimus.

j ¶Ad magnificū Nicolaū marchionē eſtēſem ferrarie dn̄z ꝓſolatoria ſup fratris morte. Heu mihi
ij ¶Ad Philippū de maſerijs militem regium ꝛ Cypri cancellarium ſuper cōis amici morte ſimiliter conſolatio ꝛ lamentum. Fontem lachrymarum
iij ¶Ad Joānē aretinū de ſcribētis origine. Jgnoti
iiij ¶Ad eundem. Deſiderium recularum.
v ¶Ad Donatū apēnigenā grāmaticū cū libello quodam ſibi inſcripto. Habes en amice.
vj ¶Ad Antoniū ſupradicti donati filium de vitandis artium erroribus. Litterulam tuam fili.
vij ¶Ad Franciſcum quēdā adoleſcētē romanū rhetorice ſtudioſum. Tua prior epiſtola.
viij ¶Ad Mattheuz longum archidiaconum leodienſ. de utriuſq̄ ſtatu. Erat.
ix ¶Ad Pādulfuz malateſtā familiariter. Epl'az tuā
x ¶Ad eundez ſe tempore peſtis ad loca ſalubria euocantem. Tua breuis.
xj ¶Ad eundem ſe tempore belli ad loca pacifica iuitantem. Nec ceſſat.
xij ¶Ad Philippum ſabineñ. epm ſedis apoſtolice legatum. Audaciam.
xiij ¶Ad Franciſcum bruni pape ſecretarium de q̄busdam ſuis ſecretis affectibus. Omiſſis.
xiiij ¶Ad eundem ijſdē rebus exp̄ſſius. Et amice.
xv ¶Ad Joannem de dondis phiſicum patauinum. Ex mea ſoſpitate.
xvj ¶Ad eundem. Jncolumitas.
xvij ¶Ad Haſparum ueronenſ. de ſe. Cura tua de me
xviij ¶Ad eūdē de ſtatu belli. Lr̄am tuā nō abſimilez

¶Liber Quartuſdecimus.

j ¶Ad magnificū Frāciſcū de carraria padue dn̄m q̄ lis eē debeat qui ꝛ rēpublicā regit. Dudū tibi.
¶Ad eūdē eſſe hūana mirabilia ꝛ nō eē. Affectū. ij

¶Liber Quintuſdecimus.

¶Ad Stephanum de columna protbonotariuz papе. Multas tibi. j
¶Ad eūdē rn̄ſio ad nocationē romani pōtificiſ Hzegorij. xj. Scribis inter multa. ij
¶Ad Lozbardum a ſerico de habitatione ruſtica ꝛ urbana. Scripſiſti mihi. iij
¶Ad Guillelmum maramaurum equitem neapolitanum. Feciſti amice. iiij
¶Ad fratrem Herardum cartuſienſem germanum ſuum. Magnum tempus. v
¶Ad fratrem Ludouicum marſiliuz ordinis ſancti Auguſtini exhortatoria. Magnam tuis. vj
¶Ad eundem cum libzo confeſſionum ſancti auguſtini. Merita de te. vij
¶Ad Joānē boccatium excuſatio ſilētij. Potes. viij
¶Ad Donatū apēnigenā grāmaticū nihil in amicitia expetēdū pter aiuz amici. Quotiēs monui. ix
¶Ad Petrum rhetorem bonoñ. contemnenda mozx talia. Jngens mihi.
¶Ad Beneuenutum rhetorem imoleñ. de poetis. Ad reſpondendum. xj
¶Ad inconſtantiſſimum uagumq̄z hominem quendam. Hzatuloz tibi. xij
¶Ad Haſparū vonenſem. Litterulaz tuam xiij
¶Ad Philippum ſabineñ. epm cardinalem de ſtatu ſuo. Et mirari. xiiij
¶Ad eu ndē cū vficulis ab eo petitis. Rogas ꝛ

¶Liber Sextuſdecimus.

¶Ad Lucam de penna pape ſecretarium de libzis Liceronis. Dabis ueniam. j
¶Ad Franciſcum ſeneñ. phiſicum noue contractus amicitie. Epiſtola quedam repens. ij
¶Ad eundem de libzo vite ſolitarie. ꝛ de medicis. Epiſtola quedam tua. iij
¶Ad Philippū ſabineñ. epm cardinalē de abſentia amicorum equo animo ferenda nec minus amari que oculis nō videnť. Sperabam qō iiij
¶Ad Karolū quartū romanū impatorē de falſitate p̄uilegij auſtria ab impio eximētis. Laudum. v
¶Ad doimuz grāmaticū placētinū ibi maiorē ſpez pfert ubi de ſe opio ſcie miozx eſt. Nō poſſum. vj
¶Ad eūdē eſſe adhuc virtutis aliquos imitatores modo ulla ſit virtus. Noli amice. Noli. vij
¶Ad dn̄z Joannem p̄orē magne cartuſie: ut pro ſe deum oret. Jta ego ſtupens. viij
¶Ad eundem excuſatio q̄ viuentem laudauerit. Lauiſti mihi caput. ix

¶Liber Decimuſeptimus.

¶Ad Joānē boccatiū de certaldo. Ad lr̄as tuas. j
¶Ad eundem de non interrumpendo per etatez ſtudio. Epl'a ſtatus tui. ij
¶Ad eundem inſignis obedientia ꝛ fides uxoria. Librum tuum iij
¶Ad eundem de reliquijs ſupioris epl'e ꝛ de iponēdo iā tādē fine huic epl'ari ſtilo. Arſit amoz tui iiij

¶Liber decimuſoctauus.

¶Ad poſteritatem de ſucceſſibus ſtudiorum ſuorū Franciſcus poſteritati ſalutem ꝛ ꝛc̄. j

Finis.

res strage hominum ac cadaueribus delectantur. Hijs ne tu beluis morem geres? Eque carnem ⁊ ceforum exuuias esuriunt: eque sanguinem sitiunt atq; aurum. Noli queso noli committere: ut florentissimam tue creditam custodie rempublicam: atq; omnem hanc que inter appenninum ⁊ alpes interiacet opulentissimam atq; pulcherrimam italie partem: externorum ac famescentium predam facias luporum a quibus nos bene: quod in ore semper habeo ipsarum iugis alpium solers natura secreuerat. De nullo queri possumus: nostra illis impatientia viam fecit. dum leuia quelibet in nostros ulciscimur: passi sumus ut alienigene nostris impune pascantur: saginenturq; visceribus. Ha q̃to melius inedia consumentur ⁊ rabie. quod facient statim ut gregis italici pastores resipiscere ceperint. Pastorum prouidentia mors luporum est. Id sane ante alios facere ⁊ fecisse iam spero. Nisi enim falsum fama loquitur. ⁊ nisi fallor augurio: stomachari incipis. iam stipendiarij militis insolentiam auaritiamq; fastidis. Quid expectas igitur? Ad cor redi. ⁊ si externi displicent tuos ama. Siquid autē forte in animo rubiginis: siquid odij est: amore patrie ⁊ malorum communium miseratione deterge. Nec tibi persuadeas: pereunte italia Venetiam saluam fore. pars illius est enim: ⁊ natura partis ea est: ut sequatur sui totius uel subsistentiam uel ruinam. Hoc tecum sepe recogitans noli dux optime rerum summam in extremum adducere. ubi ⁊ vinci miserum est ⁊ vincere sceleratum. eoq; ipso miserius est: q̃ vinci melio in nostros hostes: quibus utinam careremus: q̃ in nosmetipos hec tela uerterentur. Melius hec diuitie uel necessariorum presidia bellorum uel pacis fuerint ornamenta: q̃ uoluntarie instrumenta seuitie. Quantū potes accelera. quoniam preteritis succurrere non licet. instantibus saltem malis occurrere nec expectes. Dum tota hec impendens belli nubes in nostrum caput detonuerit: ⁊ sanguine proprio italia omnis inundauerit: quo iam gemitui non iam cōsilio locus erit. Expergiscere tuosq; ciues excita: ⁊ publicum illis ostende periculum. Hoc fac prius q̃ cuncta depereant. priusq; italia uel desertus uel barbaries fiat. Caue ne cum natura te mitē pacificumq; genuerit: populumq; tuum omnem ⁊ in immensum aucta felicitas: non bellorum sed pacis ⁊ iustitie fundamentis initur: de illorus grege videamini qui ut ait psalmista. Cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prelia. ne forte eiusdem imprecatio in uos cadat. Dissipa gentes que bella uolunt. Nihil enim ut arbitror odiosius deo est: q̃ curare ⁊ niti: ut cum ille te aliqua singularis dote virtutis ornauerit: tua sponte ⁊ uoluptate quadam effera malus fias. Quamobrem etiam atq; etiam hic insisto calamo. Sequere non vulgi furorem sed naturam tuam: dexteram sempitem. ⁊ ad optima quelibet te uocantē. Et si vulgaribus auris eo forte prolapsus es quo non oportuit: retrahe nunc etiam pedem ab incepto precipiti: dum licet. dum nondum signis signa collata sunt: dum tonat adhuc nedum fulminat mars horrendus: dum inter amaras ⁊ horribiles belli minas: audiri potest dulcissimum pacis nomen. Denicq; dum spes vna tam multis nondum cōsumpta terroribus: viua uelut magnis in tenebris lux apparet irreditura forte si spernitur. Arripe illam dum se exhibet: dū dicaris italice pacis auctor nomenq; tuum multis ⁊ magnis rebus cum hac precipue glorioſum mittas ad posteros. Nil tibi suadeo nisi quod tuum est: rationem sequi non impetum. cauere ne omnia in precipitium tecuz trahas. Cum enim id turpe omnibus: tum tibi turpissimū ⁊ penitus alienum est. Nam quid hec littere profuerint. quid studia hec artium honestarum: quibꝰ te pre cunctis etatis nostre ducibus abundantissimum fama predicat: nec mentitur: si cum meliora prouideris: deteriora sectaris. Absit hoc ab animo tuo scelus. ⁊ ut iam loquacioris q̃ putabam epl̃e modus sit. oro. precor. obsecro. obtestor atq; adiuro te per virtutis amorem ac studium: quo nulli cedis. per patrie charitatez qua cunctos exsuperas. postremo per quinq; christi vulnera quibus sacratissimus ⁊ innocentissimus sanguis fluxit: quo redempti sumus. si bene: si pie: si fideliter locutū putas: mihi aures animūq; non neges. Et si consiliū placet non contemnas auctorem. Alioquin omnia videꝫ deus christus: ⁊ presens in omne euum epistola testes sint: ut a Plutarco philosopho aliquid sumam: tuq; sis hodie traianus meus: q̃ in perniciem italie: non modo non pergis auctore Francisco: sed pro viribus reluctante. teq; quādo aliqd nequit: alto suspirio ⁊ magnis animi gemitibus reuocante. Vale. v. kal'. Junij. 1354.

Ille tuus seipsum siquid est.

¶ Responsio domini ducis ad premissaz epl'az. IIII.

a Mice. dum singulare desiderium nos teneret: serie pollicite pridem nobis epistole causas nosce: quibus summe virtutis ⁊ cōstantie viro: cui os ⁊ sapientiam dedit deus: ut alios neduz lingua doceret: sed confirmaret ⁊ opere: frequens locoruz mutatio aduersa quippe studijs contigisset. alterius tenoris epistolam nostre quietis ⁊ pacis utiq; suasiuam: nō minus libentes excepimus. In qua ⁊ si tue mentis fidelem affectuz multorum dictis prudentium ornaueris. quod tamen breue a nobis respōsuz accipias: huius quod viget fratris potiusq; uerbis insistere: tēporis conditio nos excuset. Ad explicandam enim cum Januensibus cause nostre iustitiam: non nimis innititur: q̃ ipsa ex se ueritas satis nota: ⁊ prosperorū successuū celitus nobis accumulata felicitas: abūdantius sunt professe. Et q̃uis in belleſponto nos semel victos esse describeris: q̃ in facto sic erraueris ut de loco: quem prepontum nostri nominauere maiores: uenia dāda est. Sepe namq; ipsos etiam prudentissimos factum fallit. ut autem in statū rerum presentium: vnde digressa est: nostra reuertatur oratio: pacem deo teste: testeq; mūdo cordialiter optauimus ⁊ optamus: precipue cum quibus ⁊ lōga familiaritas ⁊ uetusta sinceritas nobis fuit. Que profecto si turbata non esset: iam ultro ueniens ⁊ nobis sponte se offerens: nedum italie sed orbis totius multa iocūditate vigeret. eo maxime q̃ nec ad eam alius ante victoriam animus nobis fuit. nec amplius q̃ tunc a victis hostibus petebamus. memores quanta sit gloria principis uti mā suetudine post triumphum. Nec modica quidem admiratione: mouemur: q̃ animi repugnantis ad pacem duritiem nobis impingis. cum mitis ⁊ honesta responsio tibi ⁊ socijs tuis facta: ⁊ subsecuta

